STATUTA CAPITULORUM GENERALIUM ORDINIS CISTERCIENSIS

(1116 - 1786)

BIBLIOTHÈQUE DE LA REVUE D'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE

FASC. 9

Statuta Capitulorum Generalium Ordinis Cisterciensis


AB ANNO 1116 AD ANNUM 1786

Opus in lineamentis ab eximio A. Trilhe († 1930) non ita adumbratum suscepit, ampliavit, ad librorum manu scriptorum fidem recognovit, annotatione critica enodationibusque instruxit et

EDIDIT

D. Josephus-M^ia CANIVEZ

ORD. CIST. REF.



TOMUS I

AB ANNO 1116 AD ANNUM 1220

LOUVAIN

BUREAUX DE LA REVUE :

40, RUE DE NAMUR, 40

1933

IMPRIMATUR

De mandato,

† P. Ladeuze, *Rect. Univ.*

Lovanii, die 14ª Maii 1933.

De licentia Superiorum.

INTRODUCTIO

Inter ecclesiasticae historiae fontes merito adnumerantur, et non ultimo loco, Statuta capitularia antiquorum monasticorum ordinum. Unica cum intentione proprias leges ferendi textus isti exarati sunt, et eorum auctores omnino latuit quem in finem in posterioribus saeculis ab historiographis usurpandi essent. Sed in hoc precise adest ratio quamobrem apud modernos pretiosiores habeantur istae leges in claustris et pro claustris conditae et de ipsis nunquam exiturae.

Iam a pluribus saeculis editi, fideles temporis acti testes, hodie nobis praebent isti textus documenta necessaria ad elaborandam historiam, praesertim illius ordinis in quo exarati fuerunt. Ibi enim, v. g. quoad Cisterciensem ordinem, perfectum exemplar propositum simul et rigorem primaevarum legum invenimus ; liturgiae ampliationem progressivam ; praelatorum regularium conatus ad disciplinam sive integram servandam, sive restituendam iis praesertim temporibus quibus fervor in sancto servitio crescentibus saecularibus curis evanuerat.

Multa singulorum quoque monasteriorum historiae inservientia documenta in his continentur textibus, ut sunt fundationis tempus et aliae circumstantiae, cum vicinis abbatiis simultates et tractationes, abbatum gesta, sive electio, sive correctio vel depositio ; cum episcopis relationes et cum civili potestate, etc.

Ecclesiae tandem generalis historia in his Statutis propria etiam habet elementa, nam magnae illae christianitatis mediaevae vicissitudines capitula ordinum generalia attingebant, et in eorum decretis vestigia reliquerunt. Cruciatae, bella, hereses et alia huiusmodi proprio nostros textus inseruit signo.

Haud mirum est ergo domnum Martène sollicitum fuisse de edendis in tomo IV° *Thesauri Anecdotorum* [1] nonnullis collectio-

[1] *Thesaurus novus anecdotorum... varia concilia, episcoporum statuta synodalia,*

nibus Actorum capitulorum generalium antiquorum ordinum, ut sunt : « *Antiqua Statuta ordinis Grandimontensis ; — Statuta ordinis Carthusiensis ; — Antiquae consuetudines et quaedam decreta capitulorum generalium ordinis Vallis-Caulium ; — Acta capitulorum generalium ordinis Praedicatorum.* Sed super alia omnia huiusmodi documenta, *Statuta ordinis Cisterciensis* [1] non dubitat collocare, rationem reddens his verbis : « Porro inter omnia religiosorum ordinum capitula generalia insigniora prae ceteris videntur Cisterciensium. Nam sive convenientium dignitatem, sive merita, sive numerositatem spectes, nullis certe hac in re aliis ordinibus religiosis secundi existimandi sunt. Omnes quippe abbates, omnes doctrina ac sanctitate, primis praesertim saeculis, illustres, idque tanto numero, ut nullus qui depositionis poenam evadere vellet, ab iis abesse praesumeret. Hinc mirum videri non debet, si reges et principes, episcopi et etiam pontifices, sanctissimas illas congregationes aliquando in propria persona, saepe autem suis litteris visitaverint, ab iisque orationum suffragia poposcerint [2].

« Hinc colliges quanto haberi debeat in pretio, quam hic exhibemus, capitulorum illorum generalium collectio, ex qua omnem ordinis Cisterciensis disciplinam deprehendere licet, varias ad vitam religiosam pie sancteque instituendam regulas accipere, atque historiam monasticam mirum in modum illustrare » [3].

Attamen « *Selecta* » tantum *Statuta capitulorum generalium ordinis Cisterciensis ab anno* 1134 *ad annum* 1547 edidit Martène, non obstante sua circa eorum pretium solemni declaratione. Ad manum non habuisse videtur illa capitulorum generalium Registra quorum mentionem facit Carolus de Visch [4],

---

illustrium monasteriorum ac congregationum edita praesertim in capitulis generalibus decreta. Paris, 1717.

[1] *Thesaurus*, t. IV, col. 1243-1647.

[2] « Chascun an il enveoit devotes lettres au chapitre general qui est fet a Cystiax dan en an... » *Vie de saint Louis*, roi de France, par le confesseur de la reine Marguerite. Cité dans *Recueil hist. Gaules*, t. XX, p. 81. Cf. infra, ann. 1215, p. 431.

[3] *Thesaurus*, t. IV, Praefatio, p. VII.

[4] « Extant etiam ibidem (i. e. Cistercii) varia Registra Capitulorum generalium antiquorum et recentiorum, quorum unum incipit ab anno 1190 pertingitque usque ad annum 1282 inclusive. » Ita apud *Auctarium D. Caroli de Visch ad Bibliothecam Scriptorum S. O. Cist.* edit. a J. Canivez, 1927, p. 55. Cf. *Le véritable gouvernement de l'ordre de Cîteaux* [auct. D. Louis Meschet], Paris, 1678, p. 427.

id est Statutorum collectiones authenticas et completas ; sed particularibus contentus fuisse collectionibus quae, ex praecepto capituli [1], in unaquaque abbatia servandae erant et quas ipse Martène citat in suo opere supra laudato [2].

Anno Domini 1678, abbas Ludovicus Meschet, procurator generalis ordinis cisterciensis, noverat ut completas collectiones statutorum XII et XIII saeculi illas quae exstabant apud Claramvallem, apud abbatiam B. M. de Laude (Loos, in Flandria), et apud Fulienses Parisienses. Quid de Claravallensi collectione acciderit, nescimus ; fauste exstant adhuc Laudensis (seu Insulensis) et Fuliensis collectiones, nempe codex Insulensis (*J*) in publico Archivo urbis Insularum (27 H., nº 70) et noster primus codex Parisinus (P^1), i.e. ms. 926 bibliothecae dictae de l'Arsenal.

Conferenti haec duo manuscripta cum textu a Martène edito apparet statim quod in *Thesauro* (t. IV) Statutorum numerus est fere medietate minor quam in duobus supradictis fontibus. Sit sequens exemplum :

Anni	Statut. numerus *M*. (Martène)	*J* : codex Insulensis	P^1 : ms. 926 Arsenal
1190	43	57	61
1191	27	63	65
1192	23	52	55
1193	33	65	68

Aliunde vero *Thesauri* textus multis scatet erroribus ita ut aliquando nullum prae se ferat sensum. Ita v. g. anno 1189, nº 15 apud Martène legimus : « Audistis vero quia amicis crucis Christi, nec pro usura, nec sine usura aliquid mutuo accipere liceat ». Nostrorum fontium [3] vera lectio haec est : « A Iudeis vero qui (quia) inimici sunt crucis Christi, nec pro usura, etc. » Item anno 1190, nº 7 apud Martène legimus : « Consideratio cleri pro constituenda abbatia ad Anglorum regis petitionem committitur

[1] « Districte praecipitur ut a Capitulo redeuntes eas definitiones secum deferant, in capitulis suis recitandas. » Stat. 6 ann. 1212. Et pluries simile quid in Statutis legimus, v. g. 1184, n. 5 ; 1204, n. 8 ; 1224, n. 9.

[2] Pro anno 1134 : ms. abbatiae B. M. de Josaphat ; pro ann. 1152 : ms. ex Igniacensi abbatia ; pro ann. 1157 : ex duobus mss. uno ex abbatia Belliprati Bellovacensi, altero ex abbatia B. M. de Columba.

[3] $D^3HP^3P^4P^6T^3$; cf. infra, ann. cit.

abbatibus... ». Nostrorum vero fontium [1] genuina lectio haec est : « Consideratio *loci* pro constituenda abbatia... ».

Ideo iam a longo tempore expressum fuit votum completae et correctae editionis cisterciensium statutorum. Domnus Carolus de Visch († 1666), in sua *Bibliotheca scriptorum S. O. Cisterciensis*[2], sibi gaudium pollicebatur opus illud brevi post salutandi ; sed Claudius Chalemot [3], abbas de Colomba, a morte preventus fuit antequam desideratum opus perficere potuisset.

In suo doctissimo libro *Origines cistercienses*, Dr Leopoldus Janauschek, ord. cister., adhuc scribebat : « Optime ille mereretur qui ex veterum Statutorum codicibus, ex diplomatariis quum variorum Europae regnorum tum singularum abbatiarum cisterciensium, ex libris denique Constitutiones capitulorum anno 1547 posteriorum complectentibus novam eamque plenissimam illarum editionem pararet, quippe sine quibus historia cisterciensis conscribi nequeat. [4] »

Haec scribens, cisterciensem tantum historiam attingere videbatur auctor ; verumtamen in pluribus scientiarum provinciis deprehenditur nostrorum textuum multiformis utilitas.

* * *

Iam pauca attingenda de codicibus quibus usi sumus ut fontibus. Registra ipsius Cistercii velut primarii fontes nobis apparent, in quibus quotannis fideliter omnia capitularia statuta inscribebantur. Etiam si de eorum existentia de Visch et L. Meschet tacuissent, ex ipsis capitulorum generalium textibus illa innotuisset, speciatim ubi de praecedentium annorum statutis retractandis et ordinandis agitur [5].

Sed, proh dolor, iam a longo tempore interierunt ista originalia abbatiae matris Registra. Ex parte iam deficiebant circa annum 1733, quando domnus B. Schindler, pro sua abbatia, Sancti Urbani in Helvetia, completam Actorum capitulorum generalium

---

[1] *JL¹L²P¹P¹⁰* ; cf. infra, ann. cit.

[2] 2ª editio, Coloniae, 1656, p. 76, 78.

[3] Cf. FÉRET, *La Faculté de théologie de Paris et ses docteurs les plus célèbres*, t. V, Paris, 1907, p. 295.

[4] *Origines cistercienses*, Vindobonae, 1877. *Introductio*, p. XIII.

[5] Cf. ann. 1214, nº 31 ; 1215, nº 15 ; 1216, nº 50 ; 1217, nº 54 ; 1218, nº 52.

collectionem perficere tentavit. Ita legimus in illius transcriptionis capite : « In prima [parte huius voluminis] habentur omnes Diffinitiones antiquorum Capitulorum generalium iuxta ordinem annorum quibus celebrata fuerunt, quae autem scripta sunt ex duplici seu diverso compendio antiquitus collecto et ad nos transmisso. Originalia et formalia primaevorum ordinis Capitulorum iniuria temporum perierunt.

In secunda parte referuntur Capitula ordinis generalia ex originalibus descripta quae adhuc exsistunt et in Archivis Cistercii asservantur in ordine annorum et temporum quibus celebrata leguntur, et ad nostra usque tempora in sequentibus voluminibus seu formis continuantur talia et qualia adhuc in praedictis Cistercii archivis habentur ; cetera omnia et singula ordinis Capitula generalia bellorum et incendiorum devastatione atque etiam infideli quorumdam malignorum invidorumque Ordinis alumnorum depraedatione et rapina irreparabiliter interierunt. »

Ad tale damnum, in quantum fieri potest, resarciendum, una superest via : Particulares colligere undique collectiones quae olim in unoquoque monasterio exsistebant et ex illis omnibus sparsis documentis de novo conflare et conficere collectionem. Eritne haec omnino completa ? Nemo est qui hoc futurum esse sibi audeat polliceri ; quia ex documentis insperato detectis aliquod exsurgere potest complementum statutis iam notis addendum.

Attamen essentialia seu maioris momenti documenta haberi putamus, quia statuta quae universalioris erant argumenti a multis nostris collectionibus adhuc superstitibus abesse non potuissent. Particularium illarum collectionum nota est origo. Unumquemque abbatem e generali Capitulo discedentem statuta Capituli seu definitiones seipsum vel suum monasterium tangentes deferendi obligatio premebat. Anno 1212 nova lex positiva lata est : « Quoniam aliqui abbates dicuntur esse minus solliciti quam deberent, definitiones Capituli generalis secum deferre ad domos proprias, districte praecipitur, ut singuli abbates ad Capitulum venientes definitiones generales habere satagant, in suo reditu in suis capitulis, recitandas. Qui hoc neglexerit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Visitatores vero tempore visitationis suae definitiones illius anni exigant sibi praesentari, et quemcumque abbatem invenerint huius mandati transgressorem, illi poenam supradictam pera-

gere denuntient a Capitulo constitutam. Illis vero abbatibus, qui eo anno non venerint ad Capitulum, patres abbates per se vel per visitatores definitiones illis faciant exhiberi. »

Iterum anno 1224 legimus in statuto 8° « Diffinitiones Capituli generalis omni anno ab omnibus uniformiter habeantur, sicut fuerint ab originali diffinitorum transcriptae ». [1]

Quidquid sit de practico modo istam uniformitatem attingendi, superstites nunc collectiones antiquorum statutorum ad tres classes referri possunt : sunt enim plenissimae, vel breves, vel brevissimae.

Plenissimae illae sunt quae generales leges simul et omnes particulares casus fideliter continent. Notum erat olim cisterciense Registrum omnia haec praebens ab anno 1190 usque ad annum 1282, et ut exemplar assumptum fuit ad transcriptionem in abbatia B. M. de Laude factam saeculo XV et ad Patrum Fuliensium transcriptionem saeculi XVIII ; citatur etiam apud de Visch in eius *Auctario ad Bibliothecam scriptorum ord. cister.*, p. 55. Originale hoc exemplar hodie desideratur, sed duae supradictae transcriptiones (J. P^1) adhuc conservantur, ut iam supra diximus.

Breves collectiones illae sunt quae generales leges simul et quorumdam particularium casuum solutionem praebent. Tales sunt domni Martène *Thesaurus* (M), codices Lucernenses infra descripti (L^1L^2), Fuliensium codex : P^{10}.

Brevissimae collectiones illae sunt quae generales tantum leges continent, nihil de particularibus referentes casibus ; imo si aliquando ex speciali casu usurpant legem ibidem citatam, illam referunt sublata facti mentione [2]. Tales sunt codices infra signati : $C^1D^3P^3P^4T^3T^4V$.

---

1 Cf. *Cistercienser Chronik*, t. XV, ann. 1903, p. 80, 120, quaedam notatu digna circa statutorum redactionem et transcriptionem.

2 Cf. ann. 1196, n° 52 ; 1197, n° 46 ; 1200, n° 25, 28, 34, 38 ; 1201, n° 1 ; 1203, n° 13 ; 1204, n° 3, 7, 10, 11, 13 ; 1208, n° 18 ; 1210, n° 40.

SERIES FONTIUM MSS CUM SUIS SIGLIS.

Hic illos tantum recensemus codices qui ad praesentem tomum contexendum aliquid contulerunt, vel qui notabiliores sunt sive propter antiquitatem sive propter collectionis Statutorum amplitudinem.

CODICES ABBATISVILLAE.

Quatuor sunt codices in abbatia cister. de Valloriis, dioec. Ambianensis, quorum tres priores exarati sunt circa annum 1718 a F. B. Comeau, Cistercii religioso; asservantur nunc in publica bibliotheca civitatis Abbatisvillae sub nº 28, 29, 30, 31.

A¹ Ms. 28 statuta annorum 1285 ad 1298 refert.
A² Ms. 29 » » 1601 ad 1618
A³ Ms. 30 » » 1624 ad 1704.
A⁴ Ms. 31 » » 1513 ad 1520, et 1601 ad 1657. Confectus est iste codex saeculo XVII.

CODEX CAMBERONENSIS.

Ms. e Camberonensi abbatia, in Hannonia Belgii, scriptum membranaceum in prima parte XIII saeculi; continet fol. 100ʳ et seq. Statuta capitulorum generalium ab anno 1204 ad 1234. Hodie asservatur in Montibus Hannoniae, in publica bibliotheca sub nº 31/192. **C1**

CODICES DIVIONENSES.

E Cistercii abbatia originem habent et asservantur hodie in publica civitatis Divionensis bibliotheca.

Ms. 615 (363) XVIII saeculo confectum ad monialium usum, titulum habet: *Les Statuts de l'ordre de Cîteaux pour le gouvernement des religieuses qui en suivent l'institut.* Pauca tantum excerpta continet ab anni 1203 usque ad annum 1738 et in gallicam linguam translata. **D1**

D2 Ms. 603 (355) XVIII saeculo confectum ; Statuta annorum 1731, 1738 refert pg. 49 et 129.

D3 Ms. 601 (354) membranac. saec. XII et XIII ineuntis. Fol. 159 sq. leguntur « Diffinitiones capituli generalis » quae sunt anni 1182 et seq. usque ad annum 1220.

D4 Ms. 228 (190) saeculo XII/XIII exaratum ; fol. 98vo et 99 praebet Frederici II litteras ad Capitulum generale et Capituli responsum ann. 1215.

H Codex hispaniensis.

Ex antiqua hispaniensi abbatia Matallanensi, ord. cister., nunc asservatus in bibliotheca monasterii Sancti-Isidori de Dueñas, ord. cister. in Hispania ; saeculo XII vel XIII conscriptus, statutorum collectionem satis conspicuam nobis exhibet. Nam praeter *Librum Usuum* et *Instituta capituli generalis*, *Usus* continet *conversorum* et multas definitiones modo propriis assignatas annis, modo sparsim vagantes absque ordine, nulloque servato temporum discrimine. Isto forsan in codice specimen tenemus quaternionum quos e Cistercio ad propria revertentes secum efferebant annuatim abbates. Insimul enim religata videmus plurima folia amplitudine chartae et scriptura diversa : qualia quidem aestimamus capitulares secum e Capitulo generali reportasse. Statuta continet annorum ab 1174 ad 1240, intermediis annis plurimis omissis, textumque *Libri Usuum* a recepto satis difformem, certe antiquiorem.

J Codex insulensis.

Saeculo XV exaratus in abbatia de Laude (Loos) ord. cister. prope Insulas, nunc in publico istius civitatis Archivo signatus 27 H, nº 70. Plenissimam refert collectionem ab anno 1190 ad annum 1220 ; ultimi anni tamen prima tantum verba, non obstante titulo : « Statuta capituli generalis ab anno 1190 ad annum 1282 ». Deinde statuta iterum exscribit amanuensis ab anno 1387 ad annum 1405.

Codices Lucernenses.

Octo sunt codices in-fol. confecti ann. 1733 et sq. apud Divionem a quodam laico nomine Ster, cura et sumptibus domni Benedicti Schindler, pro suo monasterio Sancti Urbani, ord. cister. in partibus Helvetiorum. Hodie in Archivo Status

Lucernae asservantur sub n° 544. Huius transcriptionis historiam et vicissitudines optime texuit D. Gregorius Müller, ex ipsius Schindler epistolis, in periodico *Cistercienser-Chronik*, t. XIII (1901), pg. 266 sq.

Domni Edmundi Martène collectio paulo ante edita, nempe anno 1715, domnum Schindler latuit, ut videtur ; siquidem eius divionensis transcriptio minorem Statutorum refert numerum quam quae habetur in *Thesauro*, saltem in primis saeculis, quamvis eius sollicitudo collectionem quam locupletissimam conficere studuerit. Notum est etiam quod pluribus scatet defectibus ista compilatio, nam saepius locorum nomina vel personarum scriba non bene legit aut male transcripsit ; nonnullique alii errores passim irrepserunt. Quibus omnibus non obstantibus, magno in pretio habendi sunt codices Lucernenses, quorum argumentum sic distribuitur :

Tomus I pg. 1 ad 290 : « Definitiones ab anno 1157... ad annum 1282. » **L1**

Tomus I, pg. 291 ad 465 : « Extractum ex registro capitulorum generalium sacri ordinis cisterciensis ex anno 1190 ad 1266 inclusive. » **L2**

Post pg. 465, paginatio nova : « Capitula generalia ordinis Cisterciensis ab anno 1387 ad annum 1405. » **L1**

Tomus II statuta refert annorum	1406 ad 1446 inclusive.	**L3**
Tomus III » » »	1449 ad 1474.	**L4**
Tomus IV » » »	1476 ad 1512.	**L5**
Tomus V » » »	1490 ad 1531.	**L6**
Tomus VI statuta refert annorum	1517 ad 1521 ; 1533 ad 1573 ; 1613 et capitulum nationale 1635.	**L7**
Tomus VII » » »	1560 ad 1618 ; 1738.	**L8**
Tomus VIII Indices continet.		**L9**

CODEX MONTISPESSULANUS.

Saeculo XII apud Claramvallem exaratus, nunc sub n° 322 in bibliotheca Scholae medicinae Montispessulanae asservatur ; statuta annorum 1157, 1158, 1159, 1160, 1161 praebet. **O**

CODICES PARISINI.

In primis citandi sunt sex illi qui ex Fuliensium bibliotheca proveniunt, et in altera parte XVIII saeculi transcripti fuerunt.

P1 Ms. 926 (27 H. L.) bibliothecae dictae de l'Arsenal. Titulum habet : « Registrum capitulorum generalium ordinis cisterciensis, ab anno 1190 usque ad annum 1282. » Haec est plenissima pro istis annis collectio, et 1325 paginis constans, magna cum sollicitudine transcripta saltem usque ad annum 1220, sed postea salebrosam lectionem aliquando praebens.

P2 Ms. 782 eiusdem bibliothecae ; titulum habet : « Excerptum ex 2°, 3°, 4°, 5°, 6°, 7°, 8°, 9°, 10°, 11°, 12°, et 13° registris capitulorum generalium Cisterciensium, ab anno 1387 usque ad annum 1557. »

P3 Ms. 783 (40 J. L.) eiusdem bibliothecae ; titulum praesefert : « Excerptum ex quibusdam antiquis capitulis cisterciensibus, ab anno 1190 usque ad annum 1220. » Deinde pg. 89 : Capitulum anni 1419 ; pg. 361 Statuta annorum 1601 ad 1651.

P4 Ms. 785 (40 J. L.) eiusdem bibliothecae, qui inter alia continet : « Definitiones capituli generalis ordinis Cisterciensis, quae conditae fuerunt ab anno quinto post obitum B. Bernardi, id est ab anno 1157 usque ad annum 1201 ». Deinde « Definitiones aliquorum capitulorum generalium ordinis nostri, anno Domini 1207. Ex manuscripto Cheminionis. »

P5 Ms. 786 (40 J. L.) eiusdem bibliothecae. Indices praebet collectionum supradictarum.

P10 Ms. 1758 (2421) bibliothecae Mazarinae ; pars erat dictae Fuliensium collectionis. Titulus : « Excerptum ex primo registro capitulorum generalium Cisterciensium ab anno 1190 usque ad annum 1282. »

P6 Ms. 430 bibliothecae Nationalis, nouv. acq. lat. Iste codex ab ipsomet Leop. Delisle descriptus fuit in libello : *Collections de M. Jules Desnoyers. Catalogue des manuscrits anciens et des chartes*, Paris, 1888, p. 24.

Exaratus fuit saeculo XII exeunte et XIII ineunte in Savigniacensi abbatia, et inter alia continet, fol. 108 sq. quaedam statuta annorum 1188, 1189, 1190, 1200, 1201, 1202, 1203.

P7 Ms. 12169 eiusdem bibliothecae, fol. 115 statuta anni 1134 conservat.

P8 Ms. 1402 eiusdem bibliothecae. Iste codex ab ipsomet Leop. Delisle descriptus fuit in libello : *Catalogue des manuscrits du fonds de la Trémoïlle*, Paris, 1889, pg. 38. Pluries, nempe fol. 1, 79, 80, mentionem refert : « Liber monasterii Sancti Anastasii de Aqua Salvia », prope Romam. Re quidem vera, plura ad istud

monasterium pertinentia continet pro annis 1152, 1153, et insuper Statuta capituli generalis anni 1154; et fol. 123 statuta ann. 1317 ad annum 1321. Folia 1 ad 77 saeculo XII scripta fuerunt; folia 81 ad 129 saeculo XIV.

Ms. 10894 bibliothecae Nationalis statuta anni 1317 ad annum 1343 praebet. **P9**

CODEX LONDINENSIS. **Q**

Ms. 11924 Musaei Britannici saeculo XIII exaratum, statuta annum 1257 ad annum 1288 continet.

CODEX MONACENSIS.

Apud bibliopolam L. Rosenthal, Catal. CVI, ms. nº 5316 statuta annorum 1350 ad 1437 refert. **R1**

CODEX PICTAVIENSIS.

Ms. 128 (302) Pictaviensis bibliothecae, ex antiqua abbatia cister. de Stella, Codex saeculo XIII confectus, fol. 54 statuta annorum 1260 ad 1264 refert. **R2**

CODICES TRECENSES.

Numero sunt quinque in Claravallensi abbatia exarati.

In archivo Trecense, sub nº 3 H 282 et 283 asservatur codex statuta annorum 1344 ad 1352 referens. **T1**

Ms. 763 Trecensis bibliothecae publicae, scriptum XV et XVI saeculis; inter alia anni 1509 statuta continet. **T2**

Ms. 1285 eiusdem bibliothecae, XVII saeculo exaratus et referens: « Statuta capitulorum generalium ab anno 1180 usque ad annum 1651. » **T3**

Ms. 1309 eiusdem bibliothecae saeculo XIII confectus et decreta capitulorum annorum 1207 ad 1233 conservat. **T4**

Ms. 1796 eiusdem bibliothecae saeculo XVII confectus, et cui titulus: « Variae ordinationes seu decreta capitulorum generalium cister. ordinis extracta ex antiquioribus manuscriptis in archivis asservatis ». Incipit cum anno 1221 et pergit ad annum 1699, multis tamen intermediis annis deficientibus. **T5**

CODEX DUSSELDORFIENSIS.

Ms. C 32 et 34 bibliothecae publicae dictae civitatis statuta annorum 1292 ad 1313 praebet. **U**

Codex vindobonensis.

V Ms. 304 (2234) bibliothecae imperialis Vindobonae, statuta annorum 1258 ad 1350 refert.

Codex matritensis.

X Ms. B. 166 bibliothecae nationalis Matritensis, statuta annorum 1236 et 1237 conservat.

Codex augiensis.

Y Ms. inter annos 1787 et 1788 exaratum a D. Victore Frey, Maris Stellae (Wettingen) monacho et priore († 1818) ; vol. in-fol. 609 paginis constans, hodie in monasterio Augiae Maioris prope Brigantium (Bregenz) asservatur. Voluminis titulum et eius partes leguntur fol. 5° :

« 1. Ex Martène ab anno 1133 (ms. 1113) usque ad 1190.

2. Ab anno 1190 usque ad annum 1403 inclusive ex vetustissimo codice ms. archivi Salem.

3. Ab anno 1403 usque ad annum 1738 denique ex originalibus et copiis authenticis transumpta. »

In 1ª et 2ª parte istius collectionis nimia deprehenditur egestas in citatis statutis ; saeculo tantum XVI uberior habetur transcriptio.

Z Codex mediolanensis.

Ms. bibliothecae Ambrosianae sub signo Z. 71 suppl., statuta annorum 1259 ad 1271 et 1290 ad 1313 continet.

Collectiones editae

Illas tantum hic notamus Collectiones quibus ad hunc primum tomum conficiendum usi sumus.

M *Thesaurus Anecdotorum* a Domno Edm. Martène et D. Urs. Durand, Parisiis, 1715, tomus IV, col. 1243 ad 1646 continet : « Statuta selecta capitulorum generalium ordinis Cisterciensis ex variis codicibus manuscriptis. »

Conspicua est ista collectio, non obstantibus supradictis de eius defectibus et erroribus ; annos 1134, 1152, 1157 attingit ; deinde annos 1180 ad 1282, 1289 ad 1306 ; 1318, 1321, 1322, 1323, 1330 ; 1387 ad 1547 deficientibus tamen pluribus annis.

Totus Domni Martène textus de Statutis cisterciensibus legitur quoque in Holstenii-Brockie opere : *Codex regularum monasticarum et canonicarum*, Aug. Vindel, 1759.

In opere cui titulus : *Nomasticon Cisterciense* (editio nova, Solesmis, 1892). D. Hugo Séjalon, ord. cister. omissa a D. Martène supplere intendens, ex parte saltem codicem 601 (354) Divionensis bibliothecae transcripsit, pg. 260 ad 285. **No**

Franz Winter in libro suo : *Die Cistercienser des nordöstlichen Deutschlands*, Gotha, 1868-1871, sub fine tertii tomi, pg. 100-354, et ipse publici iuris fecit paucas quasdam definitiones capituli generalis cisterciensis ab anno 1182 ad annum 1531 quae, ut plurimum, ad abbatias Germaniae partium spectant. **W**

SERIES AUCTORUM SAEPIUS CITATORUM.

Acta Sanctorum, edit. Palmé. **ASS**

A. Manrique, *Cisterciensium seu verius ecclesiasticorum annalium a condito Cistercio tomi IV, Lugduni*, 1642-1659. **AC**

U. Chevalier, *Répertoire des sources historiques du Moyen Age. Bio-Bibliographie*, Paris, 1905. **BB**

Du Cange, *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, Niort, 1883. **DC**

Gallia christiana in provincias distributa, Paris, 1715-1877. **GC**

Ph. Guignard, *Les Monuments primitifs de la règle cistercienne*, Dijon, 1878. **Gu**

C. Eubel, *Hierarchia catholica medii aevi*, 2ª edit., Monasterii, 1913-1923. **HC**

C. Henriquez, *Menologium cisterciense*, Antuerpiae, 1630. **HM**

Monumenta Germaniae historica, Hannoverae et Berolini, 1826 et sq. **MGH**

L. Janauschek, *Origines cistercienses*, Vindobonae, 1877. **OC**

Migne, *Patrologia latina*, Parisiis, 1844-1864. **PL**

P. Gams, *Series episcoporum*, Lipsiae, 1931. **SE**

U. Chevalier, *Topo-Bibliographie*, Montbéliard, 1894. **TB**

* * *

In ipso collationis manuscriptorum limine non modica occurrebat nobis difficultas : statutorum nempe eorundem diversa quoad annos attributio in nostris fontibus. Nisi putare velimus idem decretum similibus verbis et annis diversis a generali Capitulo promulgatum esse, errores admittere compellimur potius apud

amanuenses. Et re quidem vera, qui saeculo XVII et postea primaeva transcribebant statuta, de eorum recta quod ad annum attinet attributione minus solliciti deprehenduntur. Unicus eorum scopus, ut videtur, legum antiquorum patrum conservatio erat ; unde quosdam videmus sub eodem anno quasi sub unico titulo multa colligentes statuta quae alibi vagantia invenerunt, omissa proprii anni mentione [1]. In hac nostra editione, quantum potuimus, ad certum et proprium annum unumquodque statutum retulimus, antiquorum manuscriptorum freti auctoritate, recentiorum tamen fontium servata, sive in notis sive in corpore, diversae attributionis mentione. De cetero fere primi tantum saeculi statuta tangit haec diversitas.

Quoad modum transcribendi antiqua haec nostra statuta seu orthographiam, hodiernum admisimus calamum, paucis exceptis casibus, ut diversas nostrorum fontium (a XII saeculo ad XVIII) lectiones ad unitatem reduceremus et etiam ne lectoribus inexpectatam iniicieremus difficultatem vel haesitationem. Notatu dignus est in hac parte codex Insulensis (*J*) : eius transcriptoris, nempe Laudensis monachi saeculi XV, manifeste conatus apparent ad antiqua statuta in puriori reddenda latinitate. Unicum hunc testem audire non potuimus ita ut eius textus aliis praeferretur omnibus qui saepe concorditer vocem antiquorum patrum referre videntur veriorem ; in notis tantum latinitatem monachi nostri puriorem licebit legere.

Textus infra editi optimam praebent materiam commentariis sive historicis, sive iuridicis, sive etiam liturgicis. Sed in hac *Textuum editione*, ne cogitare quidem licebat tam amplum lectoribus suppeditare opus. Aliunde vero multa locorum nomina nobis occurrunt sub inusitata forma, et ad haec aenigmata solvenda necessariae sunt notiones topographicae et historicae nostro Ordini saepe propriae. Unde consultum fuit ut duplici notarum apparatu ornarentur istae paginae ; in primo registro citantur pro unoquoque statuto fontes et variae lectiones ; in secundo breves leguntur notiones historicae seu topographicae pro personarum et locorum nominibus interpretandis.

Ab anno saltem 1119 et deinceps quotannis generale Capitulum apud Cistercium celebratum pro comperta re habemus, non

---

[1] Cf. ex. g. *M.* ann. 1152, 1157 ; P^3T^3 ann. 1199.

obstante statutorum illorum annorum deficientia. Anno 1134 Raynardus de Bar, Cistercii abbas († 1151), Capitulo obtulit statutorum annorum praecedentium collectionem, iam a praedecessore suo, sancto Stephano, paratam. Deinde annorum 1152, 1157 habemus statutorum series quae potius compilationes esse videntur, et usque ad annum 1180 expectandum est ut aliquid certum inveniamus. In his vacantibus annis, utile visum fuit citare «facta» in Capitulo habita, ut sunt v. g. Pontificum, Regum vel abbatum epistolas receptas, sed illas tantum edere consensimus quae maioris sunt momenti, vel quae nondum editae fuerunt.

Indices, pro eruditorum facilitate et utilitate, in fine totius operis tantum prodibunt.

---

* * *

Ut documentum liminare statim edimus CARTAM CARITATIS cuius textus fideliter deprompus est ex antiquo cisterciensi ms. (XII|XIII s.) nunc in Divionensi bibliotheca sub nº 601 (D^3) asservato. Distinctiones in § XXX apud L. Meschet leguntur in opere : *Le véritable gouvernement de l'Ordre de Cisteaux,* Paris, 1678, p. 56 sq.

CHARTA KARITATIS.

Antequam abbacie cistercienses florere inciperent, domnus Stephanus et fratres sui ordinaverunt ut nullo modo abbacie in alicuius antistitis diocesi fundarentur antequam ipse decretum inter cisterciense cenobium et cetera ex eo nata exaratum ratum haberet et confirmatum, propter scandalum inter pontificem et monachos devitandum. In hoc ergo decreto predicti fratres mutue pacis futurum precaventes naufragium, elucidaverunt et statuerunt, suisque posteris reliquerunt, quo pacto quove modo, immo qua caritate monachi eorum, per abbacias in diversis mundi partibus corporibus divisi animis indissolubiliter conglutinarentur. Hoc etiam decretum cartam caritatis vocari censebant quia eius statutum omnis exactionis gravamen propulsans solam caritatem et animarum utilitatem in divinis humanis exequitur.

I Quia unius veri regis et domini et magistri nos omnes servos licet inutiles esse cognoscimus iccirco abbatibus et confratribus nostris monachis quos per diversa loca Dei pietas per nos miserrimos hominum sub regulari disciplina ordinaverit, nullam terrene commoditatis seu rerum temporalium exactionem imponimus. Prodesse enim illis omnibusque sancte ecclesie filiis cupientes, nil quod eos gravet, nil quod eorum substantiam minuat erga eos agere disponimus, ne dum nos abundantes de eorum paupertate esse cupimus avaricie malum quod secundum apostolum ydolorum servitus comprobatur evitare possimus.

II Curam tamen animarum illorum gratia caritatis retinere volumus ut si quando a sancto proposito et observancia sancte regule declinare, quod absit, temptaverint, per nostram sollicitudinem ad rectitudinem vite redire possint.

Nunc vero volumus illisque precipimus ut regulam beati Benedicti per omnia observent sicuti in novo monasterio observatur. Non alium inducant sensum in lectionem sancte regule, sed sicut antecessores nostri sancti patres, monachi scilicet novi monasterii, intellexerunt et tenuerunt, et nos hodie intelligimus et tenemus, ita et isti intelligant et teneant. III

Et quia omnes monachos ipsorum ad nos venientes in claustro nostro recipimus et ipsi similiter nostros in claustris suis, ideo oportunum nobis videtur et hoc etiam volumus ut mores et cantum et omnes libros ad horas diurnas et nocturnas et ad missas necessarios, secundum formam morum et librorum novi monasterii possideant; quatinus in actibus nostris nulla sit discordia, sed una caritate, una regula, similibusque vivamus moribus. IV

Nec aliqua ecclesia vel persona ordinis nostri adversus communia ipsius ordinis instituta privilegium a quolibet postulare audeat, vel obtentum quo modolibet retinere. V

Cum vero abbas novi monasterii ad aliquod horum cenobiorum visitandi gratia venerit, illius loci abbas ut ecclesiam novi monasterii sue ecclesie esse matrem recognoscat, cedat ei in omnibus locis monasterii, et ipse abbas adveniens locum illius loci abbatis, quamdiu ibi manserit, teneat ; VI

Excepto quod non in hospicio sed in refectorio cum fratribus propter disciplinam servandam comedet, nisi abbas illius loci defuerit. Similiter et omnes abbates supervenientes nostri ordinis faciant. Quod si plures supervenerint et abbas loci defuerit, prior illorum in hospicio comedat. Et hoc excipitur quod abbas loci illius etiam in presentia maioris abbatis novicios suos post regularem probationem benedicet. VII

Abbas autem novi monasterii caveat ne quicquam presumat tractare aut ordinare aut contingere de rebus illius loci ad quem venerit contra abbatis vel fratrum voluntatem. VIII

Si autem precepta regule vel nostri ordinis intellexerit in eodem loco prevaricari, cum consilio presentis abbatis caritative studeat fratres corrigere. Si vero abbas loci non affuerit nichilominus quod sinistrum invenerit corrigat. IX

Semel per annum visitet abbas maioris ecclesie vel per se vel per aliquem de coabbatibus suis omnia cenobia que ipse fundaverit. Et si fratres amplius visitaverit, inde magis gaudeant. X

Domum autem cisterciensem simul per seipsos visitent quatuor primi abbates de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle, de Mori- XI

mundo, die quam inter se constituerint preter annuum capitulum, nisi forte aliquem eorum gravis egritudo detineat.

XII Cum aliquis nostri ordinis abbas ad novum monasterium venerit reverencia congrua abbati ei exhibeatur, stallum abbatis illius teneat, in hospicio comedat si tamen abbas defuerit. Si vero presens fuerit, nil horum agat, sed in refectorio comedat. Prior autem loci negocia cenobii disponat.

XIII Inter abbacias illas que se alterutras non genuerunt, ista erit lex : Omnis abbas in omnibus locis sui monasterii coabbati suo cedat advenienti ut adimpleatur : honore invicem prevenientes. Si duo aut eo amplius convenerint qui prior erit de advenientibus locum superiorem tenebit. Omnes tamen preter abbatem presentis loci in refectorio comedent ut supra diximus. Alias autem ubicumque convenerint secundum tempus abbatiarum ordinem suum tenebunt ut cuius ecclesia fuerit antiquior, ille sit prior. Ubicumque vero consederint, humilient sibi mutuo.

XIV Cum vero aliqua ecclesiarum nostrarum Dei gratia adeo creverit ut aliud cenobium construere possit, illam diffinitionem quam nos inter confratres nostros tenemus, et ipsi inter se teneant, excepto quod annuum inter se capitulum non habebunt.

XV Sed omnes abbates de ordine nostro singulis annis ad generale capitulum cisterciense omni postposita occasione convenient, illis solis exceptis quos corporis infirmitas retinuerit. Qui tamen idoneum nuntium delegare debebunt per quem necessitas remorationis eorum capitulo valeat nunciari. Et illis item exceptis qui in remocioribus partibus habitantes eo termino venerint qui eis fuerit in capitulo constitutus. Quod si quis quacumque alia occasione quandoque remanere a nostro generali capitulo praesumpserit, sequentis anni capitulo pro culpa veniam petat, nec sine gravi adnimadversione pertranseat.

XVI In quo capitulo de salute animarum suarum tractent in observatione sancte regule vel ordinis si quid est emendandum vel augendum ordinent, bonum pacis et caritatis inter se reforment.

XVII Si quis vero abbas minus in regula studiosus vel secularibus rebus nimis intentus, vel in aliquibus viciosus repertus fuerit, ibi caritative clametur, clamatus veniam petat, penitentiam pro culpa sibi indictam adimpleat. Hanc vero clamationem non nisi abbates faciant.

XVIII Si forte aliqua controversia inter quoslibet abbates emerserit,

vel de aliquo illorum tam gravis culpa propalata fuerit, ut suspensionem aut depositionem etiam mereatur, quicquid inde a Capitulo fuerit definitum sine retractatione observetur.

Si vero pro diversitate sententiarum in discordiam causa XIX
devenerit, illud inde irrefragabiliter teneatur quod abbas cisterciensis et hi qui sanioris consilii et magis idonei apparuerint iudicabunt, hoc observato ut nemo eorum ad quos specialiter causa respexerit, diffinitioni debeat interesse.

Quod si aliqua ecclesia pauperiem intolerabilem incurrerit, XX
abbas illius cenobii coram omni capitulo hanc causam intimare studeat. Tunc singuli abbates maximo caritatis igne succensi illius ecclesie penuriam rebus a Deo sibi collatis, prout habuerint, sustentare festinent.

Si qua domus ordinis nostri abbate proprio fuerit destituta, XXI
maior abbas de cuius domo domus illa exivit omnem curam habeat ordinationis illius, donec in ea abbas alius eligatur et prefixa die electionis etiam ex abbatibus si quos domus illa genuit advocentur, et consilio et voluntate patris abbatis, abbates et monachi domus illius abbatem eligant.

Domui autem cisterciensi, quia mater est omnium nostrum, XXII
dum proprio abbate caruerit, quatuor primi abbates, scilicet de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle et de Morimundo provideant et super eos sit cura domus illius donec abbas in ea electus fuerit et statutus.

Ad electionem autem cisterciensis abbatis prefixa et nominata XXIII
die ad minus per XV dies convocentur ex abbatibus quorum domus de Cistercio exierunt, et ex aliis quos predicti abbates et fratres cistercienses idoneos noverint, et congregati in nomine Domini abbates et monachi cistercienses eligant abbatem.

Liceat autem cuiquam matri ecclesie ordinis nostri non solum XXIV
de monachis filiarum suarum ecclesiarum, sed de ipsis quoque abbatibus earum libere sibi, si necesse fuerit, assumere abbatem. Personam vero de alio ordine nulla de nostris ecclesiis sibi eligat in abbatem, sicut nec nostrarum aliquem licet in aliis monasteriis que non sunt de ordine nostro dari.

Si quis abbas pro inutilitate seu pusillanimitate sua a patre XXV
suo abbate domus illius unde sua exivit postulaverit ut ab onere abbacie sue relaxetur, caveat ille ne facile ei sine causa rationabili et multum necessaria adquiescat. Sed et si fuerit tanta necessitas, nichil per se inde faciat, sed convocatis aliquibus abbatibus aliis nostri ordinis, eorum consilio agat quod pariter noverint oportere.

XXVI Si quis vero abbatum contemptor sancte regule aut ordinis esse prevaricator vel commissorum sibi fratrum viciis consentiens innotuerit, abbas matris ecclesie per seipsum vel per priorem suum aut quomodo oportunius potuerit de emendatione eum admoneat usque quater. Quod si nec ita correctus fuerit nec sponte cedere voluerit, congregato aliquanto numero abbatum nostre congregationis, transgressorem sancte regule ab officio suo amoveant ac deinceps alter qui dignus sit consilio et voluntate maioris abbatis a monachis illius ecclesie simul et abbatibus, et qui ad eam pertinent, sicut supra dictum est, eligatur.

XXVII Si autem is qui deponitur aut monachi eius, quod Deus avertat, contumaces et rebelles esse voluerint ut sentenciis minime adquiescant, ab ipso abbate matris ecclesie et a ceteris coabbatibus eius excommunicationi subdantur, ac deinceps ab eo coherceantur prout potuerit et cognoverit expedire.

XXVIII Ex hoc sane si quis illorum ad se reversus de morte anime sue resurgere et ad matrem suam redire voluerit, tanquam filius penitens recipiatur. Nam sine hac causa multo semper studio devitanda, nullus abbas monachum alterius cuiuscumque abbatis ordinis nostri sine eius assensu retineat, nullus in domum alterius cuiuslibet sine eius voluntate suos ad inhabitandum monachos introducat.

XXIX Eodem etiam modo si forte, quod absit, abbates nostri ordinis matrem nostram cisterciensem ecclesiam in sancto proposito languescere et ab observatione regule vel ordinis nostri exorbitare cognoverint, abbatem eiusdem loci per quatuor primos abbates scilicet de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle et de Morimundo sub ceterorum abbatum nomine usque quater ut corrigatur ipse et alios corrigere curet admoneant, et cetera que de aliis dicta sunt abbatibus, si incorrigibiles apparuerint, circa eum studiose adimpleantur, excepto quod si cedere sponte noluerit nec deponere nec contumaci dicere anathema poterunt, donec aut in generali capitulo, aut si illud forte iam visum fuerit expectari non posse, in conventu alio convocatis abbatibus qui de Cistercio exierunt et aliquibus aliorum, virum inutilem ab officio suo deponant, et tam ipsi quam monachi cistercienses idoneum abbatem eligere studeant. Quod si abbas ille et monachi cistercienses contumaciter recalcitrare voluerint gladio excommunicationis eos ferire minime verentur.

XXX Postea vero si quis prevaricator tandem resipiscens et animam suam salvare cupiens ad quamlibet quatuor nostrarum ecclesia-

rum sive ad Firmitatem, sive ad Pontiniacum, sive ad Claramvallem, sive ad Morimundum confugerit, sicut domesticus et coheres ecclesie cum regulari satisfactione recipiatur quoadusque proprie ecclesie sicut iustum fuerit recunciliate quandoque reddatur. Interim autem annuum abbatum capitulum non apud Cistercium, sed ubi a quatuor supra nominatis abbatibus previsum fuerit celebrabitur.



Ex libro PRIVILEGIORUM ORDINIS CISTERCIENSIS
impresso Divione a Petro Metlinger, 1491,
opera et impensa
Joannis de Cireyo, Cistercii abbatis

Carta Karitatis.

Antequam abbatie cistercienses florere inciperent
domnus Stephanus et fratres sui ordinaverunt
ut nullo modo abbatie in alicuius antistitis diocesi
fundarentur antequam ipse decretum inter cisterci-
ense cenobium et ceteras ex eo natas exaratum ratum
haberet et confirmatum propter scandalum inter pon-
tificem et monachos devitandum. In hoc ergo de-
creto predicti fratres mutue pacis futurum precaven-
tes naufragium elucidaverunt et statuerunt
suisque posteris reliquerunt quo pacto quove modo
immo qua caritate monachi eorum per abbati-
as in diversis mundi partibus corporibus divisi animis

CHARTÆ CHARITATIS

textus, ut habetur in perantiquo cisterciensi ms (XII° s. exeunte vel XIII° ineunte), nunc asservato in Divionensi bibliotheca sub N° 601 (D³)

1116

PRIMUM CAPITULUM GENERALE CISTERCII [a]

« Stephanus Pater [1], paucos abbates statuit vocare, praefixa die Cistercii congregandos, quo videlicet ex mutuo omnium congressu, colloquioque, in unum mysticum corpus coadunati, anima etiam una efficerentur; et sicut olim credentium multitudinis, ita et tunc Cisterciensium monachorum unum cor, una mens semper existeret; quantumvis post diffunderentur per totum orbem, facile eo congressu concordandi, si discordaverint. Quatuor tantum, et pauperes abbates conficiebant capitulum : Stephanus, Bertrandus [2], Hugo [3], Arnoldusque [4] (nam Bernardus [5] abfuisse credendus est, desperata salute, pene et vita [6]) et si qui monachi illos comitabantur, ex antiquioribus. Et nihilominus ingens Ecclesiae princeps [7], nec minus moribus quam doctrina orbi illustris, non dedignatur provolvi ad eorum pedes, solo prosterni, et supplex exorare; nec reputat pontificiae dignitati quicquam detractum iri per obsequium.

Perierunt huius primi [capituli] reliqua acta, nisi quod tamen, si quae statuta sunt, inserta fuissent chartae charitatis, post tres annos confectae.

Indixerat ab ingressu Cistercii Bernardus bellum crudele carni suae, unde infirmitates. Non latuit carissimum sibi amicum et

---

[a] Ut supra iam monuimus, pro annis pro quibus desunt « Statuta » scripta, citamus saltem « facta » in capitulo habita.

---

[1] Sanctus Stephanus Harding, tertius abbas *Cistercii* † 1134. *BB.* I, 1378.
[2] Primus abbas *Firmitatis. HM.* p. 116. *GC.* IV. 1020.
[3] Primus abbas *Pontiniaci*, deinde Antissiodorensis episcopus, † 1151. *BB.* I, 2208.
[4] Primus abbas *Morimundi*, frater Friderici, Coloniensis archiepiscopi. *GC.* IV, 815.
[5] Sanctus Bernardus, primus abbas *Claraevallis*, † 1153. *BB.* I, 546.
[6] Cf. *Vita Bernardi auctore Guillelmo*, cap. VIII; *PL.* t. CLXXXV, col. 249.
[7] Guillelmus de Campellis, epis. Catalaunensis. *SE.* 534.

patrem venerabilem Catalaunensium praesulem, qui venit ad infirmum, et rogavit ut parceret corpori. Sed desperans reducendi Bernardum, comperto, quod Cistercii iam instabat celebrandum capitulum, Cistercium humilis decrevit proficisci, atque ad abbatum pedes provolutus, Bernardum petere sibi obediturum, ac suae committendum curae per annum integrum.

Episcopus impetrato, quod petierat, Claramvallem revertitur, Bernardum visitat, capituli generalis mandatum promit, sibique vel invitum ex tunc obediturum, nec iactabundus, sed gratulabundus, commemorat ».

(Manrique, *Annal. cisterc.* ann. 1116, cap. III, nos 1, 3, 4, 5, 8)

1119

I. Promulgatio Chartae Charitatis

« Cunctorum ergo consensu prius obtento (quem Venerabili patri quis negaret) atque capitulo Cistercii celebrato, per decem tunc abbates [1] totius ordinis, hoc anno millesimo centesimo decimo nono, a fundatione Cistercii vigesimo secundo, a prima eius propagatione (edita Firmitate) anno sexto, mense septembri, ut ab initio moris fuit : insignes illae primae Cistercii leges ordinem concernentes latae sunt, quas *Chartam charitatis* [2] appellamus ; nostris ad unitatem ; saecularibus in admirationem ; caeteris religiosis in exemplar. Summa illarum, ut sicut Christus Ecclesiam suam condidit sub Romano Pontifice, per quatuor Patriarchas, Archiepiscopos multos, sed plures adhuc Episcopos regendam ; sic Cisterciensis ordo sub abbate Cistercii supremo capite, pro Episcopis abbates filios habeat, pro Archiepiscopis abbates quos patres vocant, pro Patriarchis primos illos quatuor, per quos in charitate radicatus, ac mutuis inter se officiis devinc-

[1] Nempe Cistercii, Firmitatis, Pontiniaci, Claraevallis, Morimundi, Prulliaci, Trium-Fontium, Curiae-Dei, Bonaevallis et Boniradii.

[2] Saepe edita : Henriquez, *Regula, Constitutiones et Privilegia Ord. Cist.* Antverpiae, 1630, pg. 35. Manrique. *Annales cisterc.* Lugduni, 1642, t. I, pg. 109. — Tissier. *Bibliotheca Patrum cisterc.* Bonofonte, 1660, t. I, pg. 9. — *Nomasticon cisterciense.* Solesmes, 1892, pg. 68. — *PL.* t. CLXVI, col. 1377-1384. — Guignard. *Monuments primitifs de la Règle cistercienne.* Dijon, 1878, pg. 78-84, qui adamussim sequitur antiquum exemplar Cistercii scriptum circa finem XII s. nunc in bibliotheca publica Divionensi asservatum, *ms.* 601 (354). Multae eiusdem documenti transcriptiones adhuc extant in aliis publicis bibliothecis.

tus, sine alius interventu regeretur, Ioachimus abbas [1] paucis rem totam attigit, sedibus quamvis non ad dignitatem, sed ad tempus compositis, his verbis...» (*AC.* ann. 1119, cap. IV, nº 3).

II. Statuta

« Sequuntur leges, quae capitula concernunt, usu inter nostros 1
adeo diligenti, severoque, et ab exteris adeo venerato, ut Reges, Principes, Episcopi, Praelati atque ipsa etiam totius Ecclesiae capita (Romani Pontifices) ad eorum celebrationem convenirent, atque Cistercium tempore capituli, veluti loca sacra, visitarent, admiraturi viros, sessionesque, atque orationes ab eis impetraturi. Verum quo fructu per sanctos illos patres eiusmodi conventus celebrarentur, vel ipsa generalis aemulatio aliarum item sacrarum familiarum non parum indicat » (*ibid.* cap. VI, nº 5).

« Demum admiratione dignas censeo Stephani modestiam, et 2
charitatem, temporalia filiorum respuentem, in spiritualibus omnes sibi aequantem, quippe illa in Prologo reiecit, dum *nullam* (ait) *terrenae commoditatis, seu rerum temporalium exactionem illis imponimus* ; haec duodecima lege communicavit. Ut quemadmodum ecclesia Cisterciensis, ideo caput aliarum, quia initium : ita quibusvis matricibus ecclesiis, generali capitulo excepto, idem prorsus ius esset in proprias filias » (*ibid.* nº 6).

« Traditio est in hoc eodem capitulo, in quo *Charta charitatis* 3
confecta legitur, ordinis quoque caeremoniis fuisse provisum. Non quod ex tunc de novo instituerentur, sanctis patribus nihil magis intendentibus, quam omnia antiqua inconcussa reservare ; sed quod praxi receptas ab initio et continuato usu velut sancitas, scripto redigerent, minori ad posteros dubio transferendas. Hinc *Liber Usuum* [2] dictum opus illud non quod non leges aeque contineret, sed quod excerptas ex prisca consuetudine » (*ibid.* nº 7).

« Inter acta capituli huius anni illud etiam relatu dignum 4
censeo, quod continuandae narrationis gratia, in hunc locum

---

[1] † 1190. *BB.* II, 2637.

[2] Seu *Consuetudines*, item saepe editus, speciatim a P. Guignard, *op. cit.* pg. 85-287, iuxta exemplar Cistercii, ms. 114 (82) bibliothecae Divionis. Vide etiam primam editionem parisianam apud De Marnef, 1517.

consulto reservavi, frugalitatem et modestiam commendans illius aevi. Abbatibus Cistercii congregatis, titulo hospitii, et dignitatis prarogativa fervulum refectioni communi addi consuetum, ordinem mensae turbabat, et retardabat, in aliquale utrumque dispendium, licet levissimum, disciplinae regularis illud, hoc quietis fratrum. Sed vix ab eis animadverti potuit, cum reiiciendum omnimodis curarunt : nec destiterunt, donec sancita lege, non amplius propinandum relegaretur. Habemus id ex aliis statutis, quae beatus Rainardus compilavit, post annos quindecim. *Nos, abbates, illo tempore decem, sicuti solemus Cistercium post annum venientes, rogabamus dominum abbatem Stephanum, et fratres, ne nobis in refectorio solitae pitantiae, post duo pulmenta regularia propinarentur ; quia et in refectorio, in distributione videbatur esse quaedam inquietudo, et in mora illa diminutio dormitionis fratrum. Itaque abbate illo, et fratribus consentientibus, stabilivimus, ne ista nobis ullo tempore amplius fierent.* Haec sancti viri de gestis in hoc capitulo, quod ex numero abbatum datur intelligi » (*ibid.* cap. VII, nº 5).

1124

De capitulo generali hoc anno coadunato, illud tantum ad nos pervenit quod Arnaldi morimundensis tangit causam : huius enim abbatis propositum in Palestinam transeundi una cum suis monachis, Bernardus claraevallensis iam noverat et sua epistola [1] amicum et confratrem ab illicita evasione avertere tentaverat. Sed « cum nec sic quidem proficeret, haereditaria ab Arnaldo duritia cunctis imbibita, seu forte, ut solet, pudore patrati operis, opus ipsum pudendum protrahente : ipse ad Stephanum communem patrem omnium, Stephanus ad conventum abbatum, eodem anno ex more celebrandum, negotium grave, et urgens detulere. Ibi causa utrimque ventilata, utrimque discussa ; adversus desertores et contumaces excommunicationis sententia lata est, ni resipiscant, statim incurrendae. Iniunctum etiam Bernardo patri fuit, ut litteris curaret revocandos, quos sibi noverant prae aliis fore addictos. Ipse cum sciret, si Adamum semel traheret, caeteros omnes, eundem non minus reducerem,

[1] *Epist. IV* ; *PL.* t. CLXXXII, col. 89.

quam olim abeuntem sequuturos, quippe quem post Arnaldum venerabantur ; longam ad eum epistolam [1] scripsit... » (*AC.* ann. 1126, cap. I, nº 9.)

1128

Ad simultates componendas inter Ludovicum, [2] regem Franciae, et Henricum, [3] senonensem archiepiscopum, Capitulum generale huius anni (vel sequentis) ad Honorium papam direxit epistolam, quae inter bernardinas saepe legitur.

« Ad dominum papam Honorium [4] pro Henrico Senonensi archiepiscopo. Oportebat quidem, si ita vestrae visum fuisset auctoritati, ut in vestri praesentia causa domini Senonensis discuteretur, ne infensus videlicet Regi, in Regis praesentia et potentia suis pro se adversariis responsurus, traditus homo videretur in animam inimicorum eius. Sed quoniam, ut tenendum irrefragabiliter quidquid praecipitis, sic sperandum indubitanter bonum de omni re, quam decernitis : id solum a vestra, Pater, pietate deposcit omnium, qui apud nos esse videntur, religiosorum humilitas, ut si se ad vultum forte potentis (ut assolet) senserit praegravari, confugere sibi liceat ad viscera patris : quod utique hactenus oppresso nemini negatum audivimus. Alioquin videat Joseph vir justus, quid etiam sibi nunc faciendum sit de puero et matre eius, quia etiam nunc in Senonensi provincia Christus quaeritur ad perdendum. Nam, ut quod verum est manifestius proferamus, rex in archiepiscopo ex eo aperte novam persequi religionem dignoscitur, quod eum in antiqua saeculari conversatione et habitu, sicut promoveri omnimode voluit, sic ab omni penitus securum infestatione dimisit ». [5]

Hactenus litterae capituli ad Honorium. Sed et Bernardus, eo ardebat Ecclesiae zelo, ad Haimericum Cancellarium scripsit super eodem negotio.

« Viro illustri Haimerico Sanctae Romae Sedis Cancellario, Bernardus abbas dictus de Claravalle, salutem, et si quid potest

[1] *Epist. VII* ; *ibid.* col. 93.
[2] Ludovicus VI, † 1137. *BB.* II, 2871.
[3] Henricus Aper, † 1142. *BB.* I, 2098.
[4] Honorius II, 1124-1130. *BB.* I, 2176.
[5] *PL. loc. cit.*

peccatoris oratio. Quo usque durat illa sententia, Omnes qui pie, volunt vivere in Christo persecutionem patiuntur ? Quo usque relinquitur virga peccatorum super sortem iustorum ? Quis det, ut stare incipiant iusti in magna constantia adversus eos qui se angustiaverunt ? Quis iam serat [a] tantam inter coelum terramque discordiam, ut exultantibus angelis super emendatione malorum, filii Adam fremant et tabescant ? Quasi non sit passus Iesus pacificans in sanguine suo, quae in terra sunt et quae in coelo, aut in ipso Deus non fuerit, mundum reconcilians sibi ? Laudabatur quondam archiepiscopus in desideriis animae suae, et in saeculari vita et habitu benedicebatur, at nunc sub pannis infantiae Iesu quaeritur simonia, et inter nascentes virtutes, emortuorum vel cadavera, vitiorum scrutatur curiosa malitia. Videtis et nunc stare Iesum in signum, cui contradicitur. Per ipsum vos obsecro, pro ipso supplico vobis. Habet siquidem unde et illum revereamini, et unde illi misereamini. State pro nunc in defensione archiepiscopi, cui quandoque et vos astare habetis in examinatione vestri ». (*AC.* ann. 1128, cap. IV, nº 5. *PL.* t. CLXXXII, col. 158).

1129

CAPITULI GENERALIS EPISTOLA AD LUDOVICUM FRANCORUM REGEM

Hoc anno, ut videtur [1], a capitulo Cisterciensi missa est epistola ad Ludovicum, regem Francorum, pro rebus componendis inter ipsum regem et episcopum parisiensem, Stephanum de Senlis [2]. Legitur haec epistola apud Manrique, *Annales Cistercienses,* anno 1122, cap. VII, nº 9, et invenitur XLVᵉ inter bernardinas, *P. L.*, t. CLXXXII, col. 149.

AD LUDOVICUM REGEM FRANCORUM.

« Eximio regi Francorum Ludovico, Stephanus abbas Cisterciensis, totusque conventus abbatum et fratrum Cisterciensium, salutem, sospitatem, et pacem in Christo Iesu.

---

[a] *ferat* : *PL.* t. CLXXXII, 158.

---

[1] Cf. VACANDARD. *Vie de saint Bernard,* 4ᵉ édit. Paris, 1910, t. I, p. 271.
[2] *BB.* I, 1389.

Rex coeli et terrae regnum vobis in terra donavit, donaturus et in coelo, si id quod accepistis, iuste et sapienter administrare studueritis. Hoc est quod vobis optamus, et pro vobis oramus ; ut et hic fideliter, et illic feliciter regnetis. Caeterum vos quonam consilio eisdem nostris pro vobis orationibus (quas, si recolitis, olim tam humiliter requisitis) modo tam acriter repugnatis ? Qua enim iam fiducia manus pro vobis levare praesumimus ad Sponsum Ecclesiae, quam ita, et sine causa (ut putamus), ausu inconsulto contristatis ? Gravem siquidem adversum vos apud eumdem Sponsum et Dominum suum querimoniam deponit, dum quem acceperat defensorem, sustinet oppugnatorem. Attenditis iam cui ex hoc infensum vos redditis ? Non utique episcopo Parisiensi, sed Domino paradisi ; et quidem terribili, et « ei qui aufert spiritum principum » (*Psal. LXXV*, 12, 13). Ipse quippe est qui ad episcopos dicit : Qui vos spernit, me spernit (*Luc.* X, 16).

Haec ita vobis et pro vobis audacter quidem, sed amanter intimare curavimus : monentes et rogantes per illam invicem amicitiam nostram et fraternitatem, cui vos satis dignanter sociastis, sed nunc ipsam graviter laesistis, quatenus a tanto malo citius desistastis. Alioquin si non meremur exaudiri, sed contemnimur, et nos fratres, et amici vestri, et qui quotidie oramus pro vobis et filiis vestris et regno ; ex hoc iam noveritis parvitatem nostram, in quibus valuerit, non posse deesse Ecclesiae Dei, et ministro eius, venerabili videlicet patri et amico nostro episcopo Parisiensi : qui nostram adversus vos humilitatem interpellans, nostras pro se ad dominum papam iure fraternitatis litteras requisivit. Verum nos iustum ducentes his prius litteris vestram Excellentiam convenire, praesertim quia idem episcopus per manum omnium religiosorum se ad iustitiam offert, si tamen prius (quod quidem eadem ipsa iustitia videtur exigere) res ei suae iniuste ablatae restituantur : eius interim petitioni differendo supersedimus. Et siquidem Deo inspirante placuerit vobis nostris precibus aurem inclinare, nostro consilio studioque pacem cum episcopo, imo cum Deo reformare ; parati sumus huius rei gratia fatigari usque ad vos, quocumque vobis placuerit : sin autem, nos amicum audire, et Dei sacerdoti obedire necesse est. Valete ».

1132

EPISTOLA PETRI VENERABILIS AD CAPITULUM CISTERCII.

Legitur haec epistola apud Manrique, *Annales cistercienses*, ann. 1132, cap. IV, nos 2-9 ; — Marrier. *Bibliotheca Cluniacensis*, 1614, p. 704 ; — *P. L.* t. CLXXXIX, col. 170.

« Charissimis et venerabilibus fratribus nostris, domino abbati Cisterciensi, Claraevallensi, Pontigniacensi, et aliis in Christi nomine congregatis, frater Petrus humilis Cluniancensium abbas, salutem et veram in Domino dilectionem. Quo affectu, dilectissimi, inter omnes religionis professores, universitatem vestram semper dilexerim, quo honore veneratus sim, quibus, quod non improperans dico, beneficiis quosdam vestrum pro posse et tempore prosecutus sim, novit testis et conscius meus in Excelso, novit et integra ubique terrarum posita nostrae ecclesiae congregatio, noverunt, et si non omnes, tamen multi vestrorum, quos aut per me ipsum agnoscere, aut quorum notitiam, aliis mediantibus, quolibet modo accipere praevalui. Causa huius meae erga vos dilectionis non retributio percepti, vel spes percipendi alicuius temporalis commodi fuit : sed ille totius negotii origo, et materies extitit quem, quia in se non poteram, in vobis talibus officiis excolebam. Venerabar in vobis novae institutionis fervorem, laboris instantiam, victus parcimoniam, vestitus vilitatem, et alia innumera monastici instituti sonantia humilitatem. Amplectebar totius animi brachiis sanctorum exercitia operum, et bonum nominis vestri odorem inhians hauriebam : nec aliquem sinistra de vobis interpretantem pacatus audire volebam. Non eram contentus ista solus de vobis sentire, sed vester praedicator effectus, nostris et alienis conversationis vestrae praeconia praedicabam, et privatim ac publice multis laudibus, quae vestra sunt, efferens, etiam aversos ad vestrum amorem multorum animos convertebam. Et quia per gratiam Dei cum invidia tabescente iter non habui, dederat ipse efficaciam sermonibus meis, et fratrum nostrorum corda ille, qui facit utraque unum, [1] ita unitate spiritus sui vobis unierat, ut sicut fide, sic et cha-

[1] Ephes. II, 14.

ritate, iam non duae, sed una congregatio credi posset. Instabam ego augendo, et confirmando amori, ut salus, quae sine charitate servari non potest, illaesa maneret, et signum discipulatus Christi in nostris appareret, quo suos discipulos ab alienis distinguendos docuit dicens : In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. [1] Gaudebat, ut credo, de concordia nostra ordo coelestis, et evangelistae pacis, pacis spiritus hominibus bonae voluntatis collactabantur. [2].

Sed non tulit invidus hostis aliorum se diutius felicitate torqueri et inimicus homo semini divino nocturnum superseminavit zizania [3]. Iecit inter nos pomum discordiae, ut recedente una et sola charitate, universa virtutum genera minore labore valeat effugare, et praeciso bonorum omnium capite, membra simul omnia cogantur interire. Sic plane, sic fecit, quando ne a vestris decimae Cluniacensibus fratribus, vel aliis redderentur, et hoc privilegio apostolico firmaretur, nescio quibus, quia scio non omnibus persuasit. Quis enim credat hoc vobis omnibus persuasum ? Quis, inquam, credat, semel mundo mortuos, ei iterum vivere velle ? Quis credat sanctum collegium vestrum luxus et saeculi divitias pro Christo sprevisse, et nunc pro egestate, sordibus, et miseriis litigare ? Sed non debent, aiunt quidam ex vestris, laborum nostrorum decimas alieni accipere. Parco longissimis, et ex divinis auctoritatibus congestis responsionibus, quae epistolari brevitate facile comprehendi non possunt [possent]. Hoc tantum infero, antiquis modernos, patribus filios, iustitiae ordine subdi, et quod Ecclesiam constat, salva fide et charitate hactenus tenuisse, periculosum, si mutetur, existere. Patrum temporibus decimas, non tantum laici, sed ecclesiae ecclesiis, monasteria monasteriis, et de rusticorum operibus, et de propriis laboribus persolvunt. Si igitur horum metas exceditis, quid nisi maledicis detrahendi occasionem datis ?

Sed de lucro res agitur. Quid certe, quod lucrum putatur, ubi et fama laeditur, et charitas periclitatur ? Nam, ut quod verum est, fratribus et amicis fatear, hoc uno verbo velut uno iaculo, amicorum pariter, et aemulorum pectora terebrastis, et episcopos, clericos, abbates, monachos, ipsos etiam, ad quos pervenire potuit, laicos adversus vos unanimiter concitastis. Nec

[1] Joan. XIII, 35.
[2] Luc. II, 14.
[3] Matth. XIII, 25.

potuit satanas nequitiae suae utilius invenire consilium, quam ut eos, quos mundus admirabatur, ne admirans imitaretur, nota cupiditatis inureret, et alios laesionis suae dolore stimulatos, ab eorum amore revocaret.

Sed angit nos, inquiunt aliqui vestrorum, paupertas. Et ubi est, quod Dominus ait : Vae illi, per quem scandalum venit ? [1] Et iterum : Expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, et demergatur in profundum maris. Ubi est, quod ait apostolus : Non manducabo carnem in aeternum, ne fratrem meum scandalizarem ? [2] Nonne et haec vox vestra esse deberet : Non manducabo ex decimis his in aeternum, ne fratrem meum scandalizem ? Et apostolus quidem, ne idolothyta manducasse putaretur, haec dicebat. At vos, quid dicetis, quos, ut salvo fraterno amore loquar, illicita comedere non fert dubietatis opinio, sed judicii certitudo ?

Sed forte dicitis, hanc scandalorum sententiam nostros magis arguere, qui quod eis superfluit, nolunt pauperibus erogare. Concedo, quod ditiorum copia aliorum debet inopiam sublevare ; sed quis nostrum, vel vestrum ditior, an pauperior sit, nec tempus est quaerendi, nec facultas disserendi. Hoc tantum interrogo. Si ditior, non vult pauperiori propria tribuere, pauperior debet ditiori sua auferre ? Quis magis videtur iniustus, dives parcus, an pauper violentus ? Quis maiore dignus est supplicio, retentor propriorum, an raptor alienorum ?

Sed haec ego, dilectissimi, non amaro animo dico, sed sicut fratres meos charissimos moneo. Nec tantum ad haec scribenda me coegerunt lucra decimarum, quam damna animarum. Quae enim vobis, vel nostris ultra spes in laboribus, quae in ieiuniis, quae in vigiliis, quae in castitate, quae in eleemosynis, quae in aliis sacrorum operum exercitiis, remota, ut supra dixi, charitate esse poterit ? Quid memorem apostolica verba, quae semper mente tenetis ? Quid replicem, quae assidue ruminatis ? Nostis quid apostolus de linguis hominum et angelorum, de facultatibus erogatis in pauperes ; quid de tradendo corpore, ita ut ardeat, quid ipse Dominus de munere ad altare oblato, dicat. [3] Haec ideo brevissime tango, ut cum ista, quae digniora sunt, absque charitate, nihil esse probantur : reliqua omnia, quas inferiora sunt, nihil penitus sine illa valere monstretur.

---

1 Matth., XVIII, 6, 7.
2 I Cor. VIII, 13.
3 I Cor. XIII, 1sq.

Et ne diu longioribus epistolis aures sanctitatis vestrae detineam, legatione functus gregis mei oro pariter et consulo, oro ut supplex, consulo ut amicus, ut in causa ista, quae nunc agitur, decimarum vobis pariter et nobis consulatis, vobis ne infamiam, nobis ne violentiam inferatis, et ne nobis, simul ac vobis charitatem, christianarum animarum unicum remedium auferatis. Nihil sacer conventus vester poterit consultius invenire, quam si charitatem, quae Deus est, inter nos non permittitis interire ».

1133

I. DIMISSIO SANCTI PATRIS STEPHANI.

...« Cum pater Stephanus senio et morbis gravis, praefecturam, quam vitam ante deserere, maturo demum consilio deliberavit, posteritati suae supervicturus, et fruiturus in pace memoria sui. Igitur congregatis, ex more Cistercii abbatibus, et si quae disponenda erant, dispositis, [1] discedentes iam filios, et nihil tale opinantes benedicturus, his, aut similibus verbis [2] aggressus est : Si valens, virensque deposuissem hoc onus, sub quo nunc gemo, pusillanimis, aut iners merito dicerer. Nunc multo senio, et morbis confectus viribus, et cedere compertior, quam deponere, modestus potius censebor, seu non praesumptor. Debiles, quamdiu potui, supposui humeros, et nec labori, nec curae unquam peperci, quo sancta haec plantatio radicaretur. Atque ecce incrementum, dante Deo, monasterium quod unicum accepi, in centum plus minusve multiplicavi. [3] Ex his tredecim ipse per me construxi, per vos reliqua...

(*AC.* ann. 1133 cap. IX, nº 1, 2).

II. PETRI VENERABILIS EPISTOLA AD CAPITULUM CISTERCIENSIUM

Habetur haec epistola apud Manrique, *AC.* ann. 1132, cap. V, nº 5. — Marrier, *Bibliotheca Cluniacensis*, 1614, pg. 707. — *P. L.* t. CLXXXIX, col. 174.

---

[1] De actis in hoc capitulo nihil superest.

[2] Sequens oratio ab ipso Manrique tota supposita est.

[3] Re vera tunc erant LXX monasteria. Cf. JANAUSCHEK, *Orig. cist.* pg. 287.

« Charissimis et venerabilibus fratribus in Christi nomine apud Cistercium congregatis, frater Petrus humilis Cluniacensium abbas, salutem ob quam convenerunt aeternam. Relatum mihi est a pluribus, quod litterae, quas praeterito anno charitati vestrae mea humilitas destinavit, quosdam vestrorum laeserint, et a stabilitate, non iam novitiae, sed antiquae dilectionis, eorum animos paulum commoverint. Quae postquam didici, ferre non valui; ut tanta tamdiu inter nos habita charitatis dulcedo, quibuslibet occasionibus, vel in modico amarescat. Unde iterato praesentem epistolam mitto, ut si ita est, ut audivi, laesioni, quam prima intulit, sequens medeatur, et glutino Sancti-Spiritus diversa coniungente, quantalibet nostrarum scissura mentium uniatur. Viderint primae illius epistolae lectores, quo eam spiritu legerint, quo sensum eius interpretati sint. Novi ego me, quod tamen sine fastu aliquo dictum accipite, non superbiae, sed humilitatis, non discordiae sed pacis in dictando spiritum habuisse, et teste eo quem fallere non possum, charitati, quam in cordibus nostrorum, decimarum illarum occasione, periclitari videbam, eo modo providere voluisse. Et quia : Vae peccatori, terram ingredienti duabus viis, dicitur, nolui iuxta prophetam in corde et corde loqui, nec coram amicis, inter quos omnia nuda esse debent, duplicitatis velamine cor velare : ut dum nodum sine tegmine sapientia vestra videret, communi congregatorum consilio, ad dissolvendum efficacius laboraret. Haec tota fuit causa scribendi, quae si tunc ignota, aliquos scandalizare potuit, nunc saltem me manifestante retecta, opto, et precor, ut fratribus charissimis ad plenum satisfacere possit. Quiesco enim, et quiescam in vobis, delector et delectabor in vobis, etiam laesus, non discedam a vobis. Quod tamen tantopere cupio servare vobis, servate nihilominus et nostris et vobis ».

1134

I. STATUTORUM ANNORUM PRECEDENTIUM PRIMA COLLECTIO

Iam parata a sancto Stephano, promulgata fuit a beato Rainardo, [1] eius successore, in Capitulo Cistercii anno 1134. Textus noster de proto-

[1] Raynardus de Bar, † 1151. *BB.* II, 3902.

exemplari Cistercii deprompt us est, quod hodie asservatur apud Divionem in bibliotheca publica : ms. 114 (82) circa ann. 1175. Cf. Guignard, *op. cit.*, p. 245-276. — *Nomasticon Cisterciense*, Paris, 1664, 2ª edit. Solesmes, 1898, p. 212-233. — Manrique, *AC.*, ann. 1134, cap. VI, nº 4 sq. — *P. L.* t. CLXXXI, col. 1725-1739.

In Charta charitatis inter cetera continetur, quod singulis annis semel conveniant omnes abbates coenobiorum, quae Dei gratia in diversis sunt ordinata provinciis ad Cisterciensem ecclesiam, et quod ibi de observatione sanctae regulae et ordine totius vitae suae, ac indissolubili inter se pace custodienda diligentissime tractent, ut tenor vivendi saepius replicatus, ac divinarum Scripturarum auctoritate corroboratus, non facile tepere, sed per diuturna plurimorum annorum spatia possit vigere. Hac ergo ratione in loco praedicto congregati, haec capitula instituerunt, et per universam congregationum nostrarum fraternitatem tenenda decreverunt.

I. *Quo in loco sint construenda coenobia.*

In civitatibus, castellis, villis, nulla nostra construenda sunt coenobia, sed in locis a conversatione hominum semotis.

II. *De unitate conversationis in divinis et humanis.*

Ut autem inter abbatias unitas indissolubilis perpetuo perseveret, stabilitum est primo quidem ut ab omnibus Regula beati Benedicti uno modo intelligatur, uno modo teneatur ; dehinc ut idem libri quantum duntaxat ad divinum officium pertinet ; idem victus, idem vestitus, iidem denique per omnia mores inveniantur.

III. *Quos libros non licet habere diversos.*

Missale, epistolare, textus, collectaneum, graduale, antiphonarium, regula, hymnarium, psalterium, lectionarium, kalendarium, ubique uniformiter habeantur. [1]

IV. *De vestitu.*

Vestitus simplex et vilis, absque pelliciis, camisiis, staminiis, qualem denique regula describit.

---

[1] Cf. Guignard. *op. cit.* p. IV. sq. huius auctoris dicta de ms. 114 (82) quod est proto-exemplare librorum liturg. ord. cist.

V. *Unde monachis debeat provenire victus.*

Monachis nostri ordinis debet provenire victus de labore manuum, de cultu terrarum, de nutrimento pecorum, unde et licet nobis possidere ad proprios usus aquas, silvas, vineas, prata, terras a saecularium hominum habitatione semotas, et animalia praeter illa quae magis solent provocare curiositatem, et ostentare in se vanitatem quam aliquam affere utilitatem, sicut sunt cervi, grues, et cetera huiusmodi. Ad haec exercenda, nutrienda, conservanda, seu prope seu longe, non tamen ultra dietam, grangias possumus habere, per conversos custodiendas.

VI. *Quod non debeat monachus extra claustrum habitare.*

Monacho cui ex regula [1] claustrum propria debet esse habitatio, licet quidem ad grangias quotiens mittitur ire ; sed nequaquam diutius habitare.

VII. *Quod in ordine nostro feminarum cohabitatio interdicta sit, et ingressus etiam portae monasterii ei negatus.*

Remota omni occasione sive nutrimentorum augendorum vel conservandorum, sive rerum monasterii quarumlibet ut quandoque necesse est lavandarum, sive denique cuiuscumque necessitatis, feminarum cohabitatio nobis et conversis nostris omnino interdicta est. Ideo nec intra curtes grangiarum hospitari, nec monasterii portam ingredi permittuntur.

VIII. *De conversis.*

Per conversos agenda sunt exercitia apud grangias et per mercenarios, quos utique conversos episcoporum licentia tamquam necessarios et coadjutores nostros, sub cura nostra sicut et monachos suscipimus, et fratres et participes nostrorum tam spiritualium quam temporalium bonorum aeque ut monachos habemus.

IX. *Quod redditus non habeamus.*

Ecclesias, [2] altaria, [3] sepulturas, decimas alieni laboris vel

---

[1] *Regula s. Benedicti*, cap. IV, LXVI, LXVII.

[2] Ecclesiarum nomine... intelliguntur decimae ecclesiasticae caeteraeque obventiones... *DC.* IV, 226.

[3] i. e. obventiones ac reditus altaris seu ecclesiae. *DC.* I, 204.

nutrimenti, villas, villanos, terrarum census, furnorum et molendinorum redditus, et cetera his similia monasticae puritati adversantia, nostri et nominis et ordinis excludit institutio.

X. *Quid liceat vel non liceat nobis habere de auro, argento, gemmis et serico.*

Altarium linteamina, ministrorum indumenta, sine serico sint, praeter stolam et manipulum. Casula vero nonnisi unicolor habeatur. Omnia monasterii ornamenta, vasa, utensilia, sine auro et argento et gemmis, praeter calicem et fistulam [1] : quae quidem duo sola argentea et deaurata, sed aurea nequaquam habere permittimur.

XI. *Ut nemo recipiat aliquem ad aliam ecclesiam ire volentem.*

Si quis monachus, clericus aut laïcus ad aliquam ecclesiarum nostrarum causa remanendi venire voluerit, non ei dissuadeat aliqua alia ecclesia, nec eum retineat etiamsi remanere voluerit, quia scriptum est : *Quod tibi non vis fieri, alii ne feceris.* Qui postquam ad illum locum in quo conversari disponit venerit, ibique voluntate mutata remanere noluerit, liber discedat. Sed si in cella novitiorum conversatus fuerit, et inde proprio vitio vel expulsus vel per se exierit, ab aliqua nostrae fraternitatis ecclesia sine commendatitiis litteris non recipiatur, quia discordiae inter ecclesias fomes de tali causa oriri poterit. Quod idem de monacho peregrino et in aliquo nostro loco suscepto et quoquo modo egresso decernimus.

XII. *Quomodo novella ecclesia abbate et monachis et ceteris necessariis ordinetur.*

Duodecim monachi cum abbate terciodecimo ad coenobia nova transmittantur : nec tamen illuc destinentur donec locus libris, domibus et necessariis aptetur, libris dumtaxat missali, Regula, libro Usuum, psalterio, hymnario, collectaneo, lectionario, antiphonario, gradali, domibusque, oratorio, refectorio, dormitorio, cella hospitum et portarii, necessariis etiam temporalibus : ut et vivere, et regulam ibidem statim valeant observare.

[1] Cuius opera sanguis Domini a communicantibus fidelibus hauriebatur. *DC.* IV, 514.

XIII. *De firmaculis librorum.*

Interdicimus ne in ecclesiarum nostrarum libris aurea, vel argentea sive deargentata vel deaurata habeantur retinacula, quae usu firmacula vocantur, et ne aliquis codex pallio tegatur.

XIV. *De pane quotidiano.*

Sicut in ecclesiasticis aliisque observationibus cavemus ne inveniamur discordes, sic etiam in victu quotidiano diversitas est cavenda, ne fratres carnis vel spiritus fragilitate victi, grossiorem panem abhorrere, et lautiorem incipiant desiderare. Ideo stabilimus ne in coenobiis nostris fiat panis candidus, nec etiam in praecipuis festivitatibus, sed grossus id est cum cribro factus. Ubi autem frumentum defuerit, cum seatio liceat fieri. Quae lex infirmis non tenebitur. Sed et hospitibus quibus iussum fuerit album panem apponimus, et minutis in minutione [1] sua, sicut in eorum sententia descriptum est. Cuius panis albi videlicet qui minutis apponitur, sicut et quotidiani pasta in statera posita, nequaquam plus ponderare debet, sed aequa lance appendi.

XV. *De cucullis et subtalaribus.*

In ecclesiis [2] nostris non sint cucullae deforis floccatae, [3] et subtalares diurni non sint caprini vel corduani, sed vaccini.

XVI. *De monacho vel converso fugitivo.*

Si quis monachus vel conversus vitio suo de ecclesia aliqua exierit, et ad aliam venerit, suadeatur ei ut revertatur. Quod si abbas vel prior illius loci intellexerit illum ad locum suum nolle redire, non eum sinat amplius una nocte illic remanere, habitumque ei religionis iubeat auferri, nisi priusquam ad nostrum ordinem venerit, monachum fuisse constiterit. Converso vero de rebus monasterii nihil dimittatur, praeter indumentum simplex et vile.

XVII. *Quod peregrinus monachus infra breve tempus recipiatur aut recedat.*

Monachus peregrinus si ad aliquod coenobium ad habitandum

---

[1] Minuere sc. sanguinem. *DC.* V, 403.

[2] i. e. monasteriis.

[3] Flocus, floccus : monachorum vestis quae amplas habet manicas. *DC.*, VI, 524.

~~Definitiones~~ Capituli
Generalis ab Anno Domini 1190 usque 1282

Anno Domini 1190

1 Abbates de Hibernia tribus annis remaneant et quarto anno veniant, et ordinet Abbas Mellifontis ut aliquis eorum veniat singulis annis ad Capitulum Generale.

2 Abbas de Insula qui mulieres intra septa monasterii admisit tribus diebus sit in levi culpa.

3 Querela quae ventilabatur inter Abbatem de Loiaco et Canonicos Sancti Jacobi quia non potuit cum pace partium terminari committitur Abbatibus Quintiaci, Scarleiae, Boquenae, ut quod minus actum erat plenius compleatur.

4 Scribatur Domino Regi Scotiae ut libertatem ordinis conservet, maxime in promotione Abbatum sui regni, sicut ubique [illegible] Christiani principes observant.

5 Abbas de Margan in cuius grangiis sententia de non bibenda cervisia contempta est, per sententiam ab olim super eadem re datam in propria persona et in omnibus subditis suis exequatur, quod si huic mandato contumax esse praesumpserit ab omni officio Abbatis abstineat. Hoc autem mandatum Capituli et ipsam sententiam Abbates de Dana et de Tinterna ei innotescere faciant.

CODEX INSULENSIS (XV° s.)

ex abbatia cister. B.M. de Laude (Loos),
nunc asservatus in Insularum archivo publico: 27 H, N° 70 (J)

X

Festum Sancti Malachie fiat 3 Nonas Novembris, agatur de cetero de Beato Gregorio. 60

Illi qui causa potandi Sancti Thome domum propriam exeunt ad vinum, de cetero non recipiantur nisi ad licentiam Generalis Capituli. Nullus vero Abbas licentiam huiusmodi alicui dare presumat. 61

Districte precipitur ut Abbates ad Capitulum Generale venientes nonnisi unum famulum in domibus istis secum adducant, videlicet in domo de Firmitate, de Pontigniaco et Claravalle, de Morimundo, ut in aliis domibus infra istas quatuor ianuas et Cistercium. Quod si contra hoc aliquis facere presumpserit, commissum Abbatis illius qui hoc fecerit non bibat aliquid preter aquam donec ad domum propriam revertatur. Abbas in eo tribus diebus sit in pane et aqua. 62 1

In festo Sancti Thome Cantuariensis fiant due Misse, ita ut matutinalis sit de Nativitate Domini, illa scilicet que intermittebatur. 63

MAA

Definitiones Anni 1192

Anno Domini 1192.

Nonas Novembris in territorio Lingonensi monasterio Claravallis Sancti Malachie Episcopi et Confessoris. Officium sicut in festo Sancti Nicolai preter quam agatur. 1

[illegible]

CODEX INSULENSIS (XV° s.)
ex abbatia cister. B.M. de Laude (Loos),
nunc asservatus in Insularum archivo publico : 27 H, N° 70 (J)

venerit, nec ibi propter vicinitatem aut notitiam ecclesiae suae recipi potuerit, non diutius teneatur in domo hospitum, ob hoc ut inter hanc moram, aut aliquo ingenio, aut aliquarum ecclesiasticarum seu saecularium personarum petitione, quae sine dubio violentia constat esse, ab abbate suo extorqueatur.

XVIII. *Quod omnia monasteria in honorem beatae Mariae dedicentur.*

Quia antecessores nostri et patres de ecclesia Molismensi, quae in honore est beatae Mariae ad Cisterciensem locum, unde et nos exorti sumus, primitus venerunt, idcirco decernimus ut omnes ecclesiae nostrae ac successorum nostrorum in memoria eiusdem caeli et terrae reginae sanctae Mariae fundentur ac dedicentur.

XIX. *Ut pitantiae*[1] *non administentur in refectorio apud Cistercium tempore capituli generalis.*

Nos abbates illo tempore decem, sicuti solemus Cistercium post annum venientes, rogabamus domnum abbatem Stephanum et fratres, ne nobis in refectorio solitae pitantiae, post duo pulmentaria regularia praesentarentur ; quia in refectorio in distributione harum rerum videbatur esse quaedam inquietudo fratrum, et in mora illa diminutio dormitionis fratrum. Tuncque abbate illo et fratribus consentientibus, stabilivimus ne ista nobis illo tempore amplius fierent [2].

XX. *De sculpturis et picturis, et cruce lignea.*

Sculpturae vel picturae in ecclesiis nostris seu in officinis aliquibus monasterii ne fiant ineterdicimus, quia dum talibus intenditur, utilitas bonae meditationis vel disciplina religiosae gravitatis saepe negligitur. Cruces tamen pictas quae sunt ligneae habemus.

XXI. *Ut extra portam domus non habeatur.*

Non est congruum ut extra portam monasterii domus aliqua

---

524. Cf. *S. Bernardi epist.* 1ª *ad Robertum, PL.* CLXXXII, 69. *Petri Venerab. epist.* 17 *lib. IV. PL.* CLXXXIX, 321.

[1] Pitantia seu pictantia : portio monachica in esculentis ad valorem unius *Pictae* ; lautior pulmentis, quae ex oleribus erant, cum pitantiae essent de piscibus et huiusmodi, *DC.* VI, 313.

[2] Cf. ann. 1119, nº 4.

ad habitandum construatur, nisi animalium : quia periculum animarum inde potest nasci.

XXII. *Quod animalia vitium levitatis ministrantia non nutriantur.*

Certum est nos qui militiam monachilem arripuimus, debere in coenobiis nostris honestae gravitati ac regularibus disciplinis, non levitatibus aut iocis vacare, et ob hoc horum fomenta vitiorum a sanctis locis elongari oportet, scilicet cervos et ursos ac grues, ceteraque talia levitatum irritamenta.

XXIII. *De clericis et laïcis coenobia construentibus, et quod nullus sine probatione efficiatur monachus.*

Si clerici vel laïci locum aliquem ad honorem Dei construxerint, illumque locum alicui coenobiorum nostrorum quatenus ad abbatiam transferendam proficiat concedere voluerint, abbasque illius coenobii a quo consultum flagitant, locum habilem prospexerit, suscipiat illum si voluerit. Ipsi vero clerici vel laïci si sanctae regulae iugo se subdere voluerint, aut in loco illo abbatiam faciendam praestolentur, aut cellam novitiorum intrent in coenobio praenotati abbatis, ut regulariter probentur. Quod si ad aliquam ecclesiarum nostrarum elegerint secedere, vel aliud quid proprio arbitrio facere, licenter agant. Illud tamen magnopere nobis omnibus cavendum est ne isti aut alii aliqui sine regulari probatione aliquo modo nostro collegio socientur, exceptis monachis quos beatus suscipit Benedictus.

XXIV. *Quod intra monasterium nullus carne vescatur aut sagimine.*

Intra monasterium nullus vescatur carne aut sagimine, nisi omnino infirmi et artifices conducti. Similiter et intra curtes grangiarum nisi propter easdem causas, et etiam propter mercenarios.

XXV. *Quibus diebus vescimur tantum quadragesimali cibo.*

In toto Adventu, excepta prima dominica, secunda et tertia feria ante caput ieiunii, vigilia Pentecostes, ieiuniis quatuor temporum in septembri, in vigiliis sanctorum Ioannis-Baptistae, Petri et Pauli, Laurentii, Assumptionis sanctae Mariae, Matthei apostoli, Simonis et Iudae, Omnium Sanctorum, Andreae apos-

toli, quadragesimali tantum vescimur cibo. His ergo diebus in hospitiis nostris caseus aut ova non apponantur.

XXVI. *Ne monachi dent vel accipiant medietariam* [1] *vel creissementum* [2].

Nullam cum saecularibus societatem in pecoribus nutriendis, seu terris excolendis habere permittimur, videlicet dando vel accipiendo medietariam vel creissementum.

XXVII. *Quos suscipiamus ad confessionem et ad communionem atque ad sepulturam.*

Ad confessionem, ad sacram communionem, ad sepulturam, neminem extraneum praeter hospites et mercenarios nostros, intra monasterium videlicet morientes recipimus, sed nec ad oblationem ad missam in conventu, nisi in Purificatione sanctae Mariae. Ad sepulturam autem duos tantummodo quos voluerimus de amicis, de familiaribus nostris cum uxoribus suis.

XXVIII. *Quid fiat de his qui se reddunt alicui ecclesiae nostrae ad monachatum, et antequam in capitulum venerint morte praeventi fuerint.*

Si quis mundum respuens monachatum desideraverit, et veniens ad aliquem de abbatibus nostris desiderium suum ei intimaverit, ac se etiam ei vel alicui illius ecclesiae monacho reddiderit, hic talis si ante petitionem suam in capitulo regulariter factam obierit, non pro novitio habetur sed pro familiari.

XXIX. *Quod nullus nostri ordinis abbas monacham benedicat.*

Prohibitum est ne quis abbatum vel monachorum nostrorum monacham benedicere, [3] infantulum baptizare, vel etiam in baptismo tenere praesumat, nisi forte in articulo mortis fuerit, et presbiter defuerit.

XXX. *Quomodo causae in generali capitulo exortae definiantur.*

Si quaelibet causa sponte confessa vel clamore exorta, in gene-

---

[1] i. e. praedium quod colitur a colono partiario. *DC.* V, 323.

[2] Seu creissiamentum : accretio, incrementum ; dicitur de silva caedua vel de arboribus iunioribus. *DC.* II, 614.

[3] Illa nempe benedictione quae « consecratio virginum » appellatur et ad episcopum pertinet.

rali capitulo Cistercii nascatur, communi assensu omnium abbatum, si possit concorditer fieri, definiatur. Si autem pro capacitate sensus uniuscuiusque, quod saepe accidit, inter se dissenserint, pater Cisterciensis monasterii quatuor abbatibus ad hoc idoneis hanc definiri praecipiat, et quod illi utilius iudicaverint, omnis sanctae multitudinis conventus sine retractatione teneat.

XXXI. *De privilegiis.*

Constituimus ne quis contra instituta ordinis nostri privilegium facere praesumat, sed quod disposuerunt antecessores nostri sancti viri, et adhuc disponunt sano consilio moderni, ratum et stabile permaneat. Quod si quis contra statuta capituli accipere aliquid, vel emere vel aedificare praesumpserit, remota omni dispensatione aedificia cadant, expensae et opera pereant.

XXXII. [1] *De vicinitate grangiarum.*

Grangiae autem diversarum abbatiarum distent inter se ad minus duabus leugis.

XXXIII [2] *De forma visitationis.*

In facienda visitatione cautelam maximam et diligentiam visitator adhibeat, ut fideliter et prudenter ad corrigendos excessus et conservationem pacis intendat et quam poterit salva ordinis disciplina, animos fratrum ad ampliorem reverentiam proprii abbatis, et gratiam mutuae in Christo dilectionis inducat. Provideat nihilominus visitandus ut secundum formam ordinis visitatori obediens et devotus exsistat, et ad emendationem domus suae quantum poterit tamquam Domino rationem redditurus intendat. Igitur in visitatoris adventu abbas domus illius, vel si illum abesse contigerit, prior aut qui tenet locum ipsius, studiosos fratres admoneat, roget et praecipiat, ut fideliter et fiducialiter publice vel privatim prout melius intellexerint faciendum, quae corrigenda cognoverint suggerant et proponant. Caveat autem ne ullatenus hoc impediat faciendum, vel cum factum fuerit aegre ferat. Caveat ne in praesentia visitatoris vel post eius discessum, cuiquam fratrum aliquam vindictam in-



[1] Deest in veteri Nomast., in *AC.* et *PL.* t. CLXXXI, 1731.
[2] Deest in veteri Nomast., *AC.*, et *PL.*

ferat, ne improperet, ne indignetur. Quin etiam si minus caute, minus discrete fuerit quis locutus, benigna facilitate ad consilium visitatoris indulgeat. Ipsum enim visitatorem talem fore convenit, ut non credat omni spiritui : sed causam quam nescierit diligenter inquirat, cognitam rationabiliter corrigat, zelo ordinis et paternae caritatis affectu. Prohibeat etiam ne incipiant retractare quae noverint digne correcta, ne sibi suggerant incomperta : ne vanis suspicionibus turbent animos patrum sive fratrum suorum. Quod si quis fecerit, digne eum visitator increpet et castiget. Prohibeat etiam ne quis fratrum ea quae cognoverit emendanda, quasi ad maius scandalum, quod nequissimum est, usque ad visitatoris adventum differat et reservet, sed opportunis temporibus quae contigerint proclamentur et emendentur. Quod si contra hanc formam egerit visitator, per superiorem abbatem vel coabbates alios ut meruerit castigetur, sive etiam puniatur per generale capitulum. Similiter qui visitatur nisi formam eamdem studeat observare, coram Deo graviter se culpabilem, et paterna vel capituli generalis noverit animadversione plectendum. Nullus abbas hospes vel etiam visitator, nisi pater domus illius quam visitat fuerit, confessiones recipiat. Ipse etiam proprius pater, si gravis est causa, ad proprium abbatem domus illius eum qui confitetur remittere studeat, et debita fidelitate omnem adhibeat operam, diligentiam omnem exhibeat, ut proprio abbati sicut debet revelet ille conscientiam suam.

XXXIV. *Quod filia per annum semel visitet matrem ecclesiam.*

Statuit causa humilitatis Cisterciensis conventus sollerti providentia, quatenus semel in anno saltem matrem ecclesiam per abbatem suum sanus fuerit visitet filia.

XXXV. *Quae poena iniungatur negligentibus instituta.*

Si quis abbatum capituli nostri generalis neglexerit instituta, publice clametur [1], et ad emendationem admoneatur. Quod si ipso anno non correxerit, et in sequenti capitulo notum fuerit, leviori culpae subiaceat ubi et quamdiu decreverit Cisterciense capitulum.

---

[1] Clamare et clamari dicebantur monachi in capitulo quoties de delictis alios accusabant, aut ipsi accusabantur. *DC.* II, 349.

XXXVI. *De archiepiscopo vel episcopo.*

Nullus propter iussionem archiepiscopi vel episcopi generale capitulum dimittere praesumat, sed si sanus est ceteris occasionibus postpositis venire contendat. Non quod debitam obedientiam praelatis nostris denegemus, sed quod in ordine nostro tenere statuimus, observare debemus. Et ideo, sicut alias scripsimus, cum quis abbatum abbatiam construere voluerit, primo hoc capitulum et cetera archiepiscopo vel episcopo diligenter sunt ostendenda.

XXXVII. *De pulvinaribus.*

Pulvinaria ex nulla parte excedant pedem et dimidium.

XXXVIII. *De electione abbatum vel monachorum in episcopum.*

Abbas vel monachus nostri ordinis si in episcopum eligatur, numquam consentiat sine assensu abbatis sui et Cisterciensis capituli, nisi forte a domno papa cogatur [1].

XXXIX. *Quod monachi vel conversi in alia abbatia nihil quaerant.*

Monachi et conversi nostri ordinis a propriis abbatibus ad aliquod negotium directi, in alia nostri ordinis abbatia, sine mandato abbatis sui nihil quaerant, praeter victum et calciamentorum reparationem, et equorum ferrationem, nisi eis aliquod infortunium in via contigerit.

XL. *Quo ordine benedicatur monachus peregrinus.*

Monachus peregrinus in aliquo nostri ordinis monasterio receptus, eo ordine quo novitius benedicatur, si prius benedictus non fuerit.

---

[1] Duo statuta sequentia apud *AC* tantum leguntur. — *De abbate noviter creato cum sua abbatia.* Si qua abbatia in arcto fuerit, ut eo anno abbas illius ad Capitulum cisterciense venire non possit atque hoc sic esse perpenditur, in sequenti anno pro tali causa non clametur. — *Quot monachos habeat ecclesia, cum abbatiam aliam coeperit construere.* Nullus de abbatibus nostris locum ad abbatiam fundandam accipiat nisi prius sexaginta monachos professos habeat, et hoc licentia generalis capituli.

XLI. *Cui liceat ferre punctam culcitram* [1].

Nullus ferat secum in via punctam culcitram ad iacendum, nisi is cui in capitulo concessum fuerit.

XLII. *Quot sociis abbas veniens ad capitulum contentus esse debeat.*

Abbas veniens Cistercium ad generale capitulum, intra abbatiam monachum non adducat, nec plus quam duos equos, sed contentus sit uno converso.

XLIII. *Ubi monachi vel conversi minui debeant.*

Monachus vel conversus non debet minui nisi ad abbatias nostri ordinis, neque ad grangias nisi gravis necessitas incubuerit.

XLIV. *De communicaturis.*

Illis diebus quibus monachi communicaturi sunt, possunt ad privatas missas ministri communicare. Licet etiam abbati monachos, novitios, conversos, prout expedire iudicaverit, dividere per altaria ad communicandum.

XLV. *Quod nullus abbas in generali capitulo loquatur nisi stando.*

Nulli abbatum praeter Cisterciensem liceat clamare vel in audientia omnium loqui nisi stando, aliis omnibus sedendo auscultantibus. Si quis autem aliorum vel contradicere vel aliud dicere voluerit, illo sedente surgat.

XLVI. *Quod nullus praesumat terram alterius vel usuaria in ea quaerere.*

Si quis abbatum terram habuerit vel usuaria, vel inde aliquam habuerit conventionem, nullus abbatum quaerat eam, vel in ea usuaria, sine assensu illius abbatis.

XLVII. *Quomodo satisfacit abbas non occurrens ad Gloriam primi psalmi.*

Abbas si ad Gloriam primi psalmi non occurrerit, satisfaciat

---

[1] Coutepointe, quam perperam vulgus, courtepointe vocat. *DC.* II, 648 qui Manrique interpretationem (*AC.* t. I, p. 277) reprehendit.

ad gradum ut monachus, excepto quod sine licentia alicuius post satisfactionem recedat ad sedem suam, nisi alius abbas in choro adfuerit.

XLVIII. *Quando exire debeant a generali capitulo monachi Cistercienses.*

In prima die capituli post absolutionem defunctorum dicatur *Adjutorium nostrum,* et exeant omnes monachi praeter eos qui loco abbatum adfuerint. Idem fiat aliis diebus post expositionem Regulae.

XLIX. *Quod psalmi vel aliae quaelibet orationes praeter assuetas in conventu pro quavis necessitate non dicantur.*

Prohibitum est ne in conventu paslmi, vel aliae quaelibet orationes pro quavis necessitate dicantur, nisi forte pro missa de conventu alia missa pro imminenti angustia, vel ad missam de conventu collecta.

L. *Quando adolescentiores fratres mixtum* [1] *sumere debeant.*

Adolescentiores fratres quibus diebus ieiuniorum mixtum sumere conceditur, semper ante tertiam illud sumant.

LI. *De nundinis.*

Multa de mercatoribus nostris querela est, multa confusio. Quia tamen ad nundinas nominatas interdum mittere fratres nostros coemendarum mercium quibus utimur necessitas persuadet, hoc saltem consentiamus ut nihil vendamus in eis. Sed cum vendimus res nostras ubi ubi, caveamus inhonestas commutationes mercium quas iterum venumdare debeamus, nec accipiamus in pretio nisi aurum vel argentum vel nummos, vel tales merces quibus in ordine ordinate utimur. Constituimus etiam ne quo modo res nostras venales trans mare convehamus. Sed nec liceat ire ad mercatum vel nundinas ultra tres dietas, vel ad plus ultra quatuor, nec plures de monachis vel conversis quam duo eant de una abbatia, nec mare Anglicum censemus transeundum propter nundinas. Si qui tamen vicini maris portui fuerint, pro necessariis domus suae emendis vel commutandis

---

[1] Cf. *Regula S. Benedicti,* cap. XXXVIII, de quo s. Hildegardis ait mixtum esse panem vino intinctum. *DC.* V, 430.

transire poterunt, non tamen ad nundinas, neque a portu cui applicuerint plus quam dietas duas. Quicumque ergo monachus vel conversus ordinis nostri ad nundinas nominatas venerit, quamdiu in nundinis fuerit, de nulla domo religiosa victum sibi vel equis suis accipiat, sed de suo magis vivat, et ea mensura quae decet virum sui ordinis. Non enim debet pro se pisces emere, aut delicias quaerere, sed nec vinum bibere nisi bene aquatum, et duobus pulmentis sit contentus. Ad opus saecularium nec emant, nec vendant aliquid. Coria emere licet etiam ultra dietas quatuor in nundinis nominatis.

LII. *De tabernis.*

Neque per monachum, neque per conversum, neque per aliquem hominum licet nobis vinum nostrum vendere ad tabernam, sive vulgo dicitur ad *brocam* [1], sive ut lingua teutonica dicitur ad *tappam*, in nostris seu in domibus alienis, nec alicubi omnino.

LIII. *De abbatibus dum generale capitulum tenetur foris sedentibus.*

Quicumque abbas foris capitulum dum generale capitulum tenetur sederit, ea die a vino abstineat.

LIV. *De mensura avenae.*

Monachis seu aliquibus aliis nostri ordinis ad abbatias nostras sive ad earum loca venientibus, ad opus equorum ipsorum mensura avenae in Cisterciensi capitulo constituta sufficiat.

LV. *De hospitibus ad generale capitulum venientibus.*

Eo die quo abbates Cistercii ad annum conveniunt capitulum reliquisque diebus quibus ibidem morantur, certum sit statutum esse in generali eorumdem abbatum capitulo, nullum supervenientem debere suscipi hospitem. Quod si etiam talis aliquis supervenerit cui id omnino negari non possit, equos vel equum eius nullo modo recipiendum. Id enim sollerter cavendum iudicavere, ne forte rei pro qua de tam longinquis conveniunt provinciis, scilicet ut suo intendant ordini, ullum incurrant impedi-

---

[1] Seu brocalium : doliaris fistula. Vendere ad brocam, i. e. ad minutum. *DC.* I, 753.

mentum. Quod per huiusmodi susceptiones posse fieri arbitrabantur.

LVI. *De mensura pulmentorum.*

Eadem mensura sicuti panis et vini sit per omnes abbatias, qua pulmenta [1] aequaliter dividantur, et tam in grangiis quam in abbatiis.

LVII. *Cui liceat ferre calicem et cetera ad missam cantandam necessaria.*

Abbates nostri ordinis quolibet ierint, calicem vel cetera ad cantandam missam necessaria non ferant, nisi cui forte in annuo abbatum capitulo concessum fuerit.

LVIII. *Si liceat alicui novos libros dictare* [2].

Nulli liceat abbati, nec monacho, nec novitio, libros facere, nisi forte cuiquam in generali capitulo concessum fuerit.

LIX. *De armentis sive pecudibus.*

Nullus abbas ordinis nostri sive armenta sive pecudes sinat ad pascua longius evagari per diem, quin in nocte revertantur infra proprios fines et terras proprias. Hac tamen lege non tenebuntur qui in Alpidus vel iuxta Alpes habitant, in gregibus dumtaxat ovium. Propter porcos autem liceat domum habere longe ab abbatia sive a grangia duabus leugis, seu etiam tribus si ita necesse fuerit, et circa domum illam quantum opus fuerit longe evagentur, ita tamen ut in nocte illa illuc revertantur. Custodibus vero ovium vel porcorum victus quotidianus aliunde non proveniat, nisi de sua propria abbatia vel grangia. Sed et si qui etiam in aliis partibus pro penuria et ariditate locorum forte hanc legem tenere non poterunt, ea ipsi non tenebuntur, sed poterit in eis capitulum dispensare ut vivere possint, si tamen hoc testimonio vicinorum abbatum ostendere manifeste poterunt.

LX. *De placitis* [3].

Non debent abbates vel monachi aut conversi nostri ordinis

---

[1] A regula s. Benedicti permissa et praescripta.

[2] i. e. scribere, componere. *DC.* III, 103.

[3] i. e. conventus publici totius regni ordinum, quibus reges ipsi praeerant, et

interesse placitis, nisi suis aut aliorum de ordine nostro. Quod si aliis de causis quemquam eorum adesse contigerit, non sit tamen ibi iudex aut prolocutor, nec ad consilium partium vel ad iudicium eat.

LXI. *De episcopis ordinis nostri.*

Episcopi assumpti de ordine nostro consuetudinem nostram tenebunt in qualitate ciborum, in forma indumentorum, in observantia ieiuniorum, in officio Horarum regularium, excepto quod mantellum de vili panno et pelle ovina, et pileum similem aut simplicem de lana habere poterunt qui voluerint. Cum quibus tamen rebus claustra nostra minime intrabunt, nec conventibus nostris intererunt, propter dissimilitudinem. Solatia poterunt unicuique dari de domibus nostris usque ad duos monachos et tres conversos si tot necessarii fuerint, ita tamen ut nemini illorum saecularia negotia vel curae imponantur. Propter episcopos ordinis nostri si in infirmitorio iacent, poterunt infirmarii sui si opus fuerit remanere ad horis canonicis. Similiter et socii eorum qui assidui sunt cum eis. Ceterorum autem nullus pro quolibet episcopo aliquam canonicam horam dimittat, et nullus monachorum eius comedat cum eo, sed in refectorio nisi infirmus fuerit.

LXII. *De pitantiis* [1].

Abbas qui in infirmitorio iacuerit, in conventum pitantiam non mittat, praeter abbatem loci. Nullusque abbatum qui in refectorio comederint faciat pitantiam nisi ille qui sedet ad nolam, nisi forte iuxta se sedenti.

LXIII. *Quibus speciebus non utimur.*

In conventu generaliter nec pipere, nec cymino, huiusmodi speciebus utamur, sed communibus herbis quales terra nostra producit.

LXIV. *De gravioribus culpis* [2].

Quicumque monachorum vel conversorum nostri ordinis, in

---

in quibus de arduis regni negotiis et imminentibus bellis tractabatur. *DC.* VI, 342.

[1] Cf. supra. cap. XIX.

[2] *PL. loc. cit.* haec habet : *De gravibus culpis.* Notum est in Cisterciensi capi-

furtis, in conspirationibus, in incendiis manifeste deprehensi fuerint, graviori culpae subdantur. Quod si qui talium pro eo exierint aut proiecti fuerint, nullatenus nisi sub eadem sententia recipiantur. Ipsa etiam in quemque secundum modum culpae extendatur, vel aggravetur. Hoc tamen attendum est, ut et hora prandii sit tardior, et mensura cibi minor quam illius qui in leviori culpa ponitur. Verumtamen abbas attendat et corporum valetudines, et culparum modos. Et cum susceptus fuerit in capitulo, non eadem die ponatur in ordine suo. Vasa quibus utitur, aut frangantur aut pauperibus erogentur. Ad fores oratorii prostratus iaceat in terra, non habens caputium in capite. Quotiens autem missa vel officium defunctorum sine intervallo sequitur horam canonicam, non prosternatur donec conventus exeat de ecclesia. Non tamen omnes coguntur exire propter eum. Qui vero exeunt, per ante eum exeant. Et item cum in capitulo receptus fuerit, dum completur opus Dei prosternat se in terra.

LXV. *De levioribus culpis.*

Fratres qui in leviori culpa sunt, de labore remaneant [1] propter satisfactionem, qui etiam cum satisfaciunt, toto corpore extenso prosternantur diebus quibus conventus prosternitur super formas, ceteris vero diebus stantes incurventur. Extra refectorium comedant in loco quo abbati visum fuerit ; qui post refectionem servitorum neque ad biberes [2] eant cum aliis, neque illi qui pro versu [3] perdito in poenitentia sunt, sed post alios eant bibere in refectorio.

LXVI. *In quo ordine fugitivus recipi debeat* [4].

Fugitivus quando recipitur, ubique erit ultimus omnium. Postea vero, si clericus est, poterit abbas licentiam cantandi et legendi ei dare, et in choro ultimum ponere ordine clericorum,

---

tulo annuali ab archiepiscopis ordinis nostri tam fures quam conspiratores, quam etiam incendiarios excommunicatos specialiter fuisse. Quicumque monachorum... etc.

[1] De labore remaneant... etc. incurventur : *desunt apud AC. PL. Nomast. antiq.*

[2] Potio, liquoris haustus. *DC.* I, 649.

[3] Pro versu tertio perdito : *AC. PL. Nomast. antiq.*

[4] Fugitivus si infra undecim dies redierit, restitui potest in ordine quem prius habuerat ; si vero ultra undecim dies redierit, recipi quidem potest, ita tamen quod in eo gradu in quo ultimus recipitur, semper permanebit : *PL. Nomast. antiq.*

vel etiam sacerdotum si sacerdos fuerit. Si autem humiliato ei locum altiorem aliquando indulgere voluerit, computet tempus quo foris moratus est, et tantum semper amittat de ipso ordine, numquam recepturus.

LXVII. *De vocatione abbatum ad electionem novi abbatis.*

Defuncto abbate pater abbas vocetur : et si qui sunt abbates quos illa domus genuerit, viciniores quique ad diem quem ipse pater abbas praescripserit pariter convocentur, et ad arbitrium patris abbatis praesentes abbates domus illius simul et monachi abbatem eligant. In domo Cisterciensi, quia mater est omnium nostrum, praesentes abbates qui de Cistercio exierunt, et monachi Cistercienses simul eligant.

LXVIII. *De cura grangiarum.*

Prohibemus ne quis abbas grangias suas vel aliquam earum alicui monacho committat, nisi cellarario, qui secundum Regulae auctoritatem ad voluntatem abbatis curam gerat de omnibus, et ei prout necesse fuerit solatia [1] administrentur, a quibus in his quae agenda fuerint adiuvetur.

LXIX. *Quid abbas Cisterciensis in generali capitulo post discessionem monachorum inquirere debeat.*

Si qua abbatia in anno a patre suo abbate domus unde exivit, non fuerit visitata vel per se vel per alium, in communi capitulo Cisterciensis abbas eius hoc notificet, interrogante id communiter eo qui praesidet in capitulo. Quaeratur etiam si quis deest abbatum, et auditis excusationibus eorum qui forte pro infirmitate venire non potuerunt : de cetero nemo celaverit, si quem eorum qui eo anno venire debuerant abesse cognoverit, nec sine gravi animadversione id praetereatur.

LXX. *Qualiter terminari debeat si qua forte controversia inter abbates orta fuerit.*

Si forte aliqua controversia inter aliquos abbates nostri ordinis orta fuerit, convocent vicinos abbates ordinis nostri, et eorum consilio pacem ineant. Si vero nec sic sedari poterunt, reservetur

---

[1] i. e. adiutor qui monachis officium et munus aliquod peragentibus in adiumentum datur. *DC.* VII, 513. Ita et in *Regula s. Benedicti,* passim.

causa eorum ad annuum capitulum Cistercii, et ibi ad arbitrium et ad nutum Cisterciensis capituli terminetur, neque inde ad aliam audientiam appellare liceat.

LXXI. *De domibus quae in villis sunt.*

In domibus quae in villis aut castellis vel civitatibus sunt, non habitent monachi vel conversi.

LXXII. *De monachis vel conversis ad grangias venientibus.*

Monachi vel conversi cum ad proprias grangias venerint, sicut fratres grangiarum ita vescantur, nec loquantur cum fratribus nisi cum magistro et hospitali.

LXXIII. *De falsis vocibus.*

Viros decet virili voce cantare, et non more femineo tinnulis, vel ut vulgo dicitur falsis vocibus veluti histrionicam imitari lasciviam. Et ideo constituimus mediocritatem servari in cantu, ut et gravitatem redoleat, et devotio conservetur.

LXXIV. *Si liceat alicui Romam ire.*

Nemo nostri ordinis Romam eat, nisi cum episcopo sui ordinis.

LXXV. *De abbatibus qui abbatias suas relinquunt.*

Abbates qui abbatias suas relinquunt, in ordinem conversionis suae redeant.

LXXVI. *Quod monachi vel conversi ad generale capitulum venientes verberentur.*

Ab hora nona diei praecedentis Exaltationem sanctae Crucis usque ad horam nonam diei quo abbates a generali capitulo discedunt, quicumque monachus hospes vel conversus inventus fuerit in monasterio vel grangiis Cisterciensibus, ducatur in generale capitulum, et ibi coram omnibus abbatibus verberetur. Excusationem vero aliquam eis praetendere quin verberentur, nec abbas Cisterciensis potest.

LXXVII. *Quod infirmarius loqui potest cum solatio[1] suo.*

Qui magister erit de infirmitorio loqui poterit cum solatio suo,

[1] Cf. supra cap. LXVIII.

si tamen ita viderit abbas oportere, et hoc ipsum loco et modo quo ipse providerit. Conversum autem etiam pro solatio infirmarii liceat haberi in infirmitorio.

LXXVIII. *De pueris litteras discentibus.*

Nullus puerorum doceatur litteras intra monasterium vel in locis monasterii, nisi sit monachus, vel receptus in probatione novitius. Quibus tempore lectionis discere licet. Et notandum quia nullum nisi post quintumdecimum aetatis suae annum in probatione nobis ponere licet.

LXXIX. *De poena abbatis contemnentis patrem abbatem.*

Abbas filius qui abbatem suum eum corripientem de ordine suo contempserit, clamatus in Cisterciensi capitulo levi culpae subiacebit aut in propria abbatia, aut in loco quem abbas Cisterciensis ei constituerit.

LXXX. *De litteris et vitreis.*

Litterae unius coloris fiant, et non depictae. Vitreae albae fiant, et sine crucibus et picturis.

LXXXI. *De generibus vestimentorum.*

Qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Monasterium ista non decent. Ponamus delicatas vestes et nullus deinceps ysembruno [1], walembruno [2], saya [3], vel eiusmodi aut etiam subtilioribus pannis utatur, neque novis neque veteribus.

LXXXII. *Pro quibus nobis liceat scribere domino papae.*

Nullus scribat domino papae nisi pro propriis causis et coabbatum suorum et episcoporum, archiepiscoporum, regum et principium suorum.

LXXXIII. *De wandengiis.* [4]

Directi in itinere si voluerint wandengias ad evitandum lutum,

---

[1] Seu Isembranus : panni species. *DC.* IV, 429.
[2] Seu Valembrunus, vel Galabrunus. *DC.* IV, 12.
[3] Seu Sagum, saga, sagia, saia, saium. Panni species delicati. *DC.* VII, 272.
[4] Seu Wandangiae, Vendangiae : perones seu indumenti genus tibias et pedes operiens. *DC.* VIII, 401.

sive ad expellendum frigus, habere licet eis. Quae tamen non de corio, sed de panno fiant.

LXXXIV. *Quod monachus non oret prostratus.*

Non est nostrae consuetudinis monachum vel conversum prostratum toto corpore iacere in oratione, sed super genua vel stando.

LXXXV. *De scriptoriis* [1].

In omnibus scriptoriis ubicumque ex consuetudine monachi scribunt, silentium teneatur sicut in claustro.

II. STATUTA IPSIUS ANNI 1134

1 Abbas veniens Cistercium ad generale Capitulum, intra Abbatiam ne monachum adducat, nec plusquam duos equos.

2 In prima die Capituli post recitationem brevium, et absolutionem defunctorum, dicatur *Adiutorium nostrum*, et omnes monachi, praeter priores qui loco abbatum fuerint, exeant ad tenendum ordinem suum. Idem fiat aliis diebus post expositionem regulae.

3 Nulli abbatum praeter domnum Cisterciensem liceat clamare, vel in audientia loqui nisi stando, aliis omnibus sedendo auscultantibus. Si quis autem aliorum vel contradicere vel aliud dicere voluerit, illo surgente [sedente], surgat.

4 Monachus vel conversus non debet minui extra abbatiam nostri ordinis.

5 Si quis abbatum terram aliquam habuerit, vel usuaria, vel inde aliquam habuerit conventionem, nullus aliorum quaerat eam, vel in ea usuaria sine assensu illius abbatis.

6 Si cui locus ad abbatiam construendam oblatus fuerit, non presumat accipere, nisi prius distare a ceteris abbatiis nostri

1 : *P^7M.*
2 : *P^7M.*
3 : *P^7M.*
4 : *P^7M.*
5 : *P^7M.*
6 : *P^7M.*

[1] Cella in monasteriis scriptioni librorum destinata. *DC.* VII, 370.

ordinis decem leucis Burgundiae pro certo cognoverit. Si tamen ibi congregatio fuerit, per assensum generalis Capituli recipi poterit.

Quod si subprior iam resederit, ingrediatur, tamen ut ceteri 7
monachi, et retrahente se paululum subpriore ad nolam sedeat, et suum deinceps officium exsequatur ; simili modo ad capitulum et ad collationem.

De cetero presente et absente abbate, intus et deforis, pro 8
voluntate abbatis omnino se agat, sic tamen quod locum in ecclesia nunquam occupabit.

Prior et subprior et alii obedientiales tam ab abbatibus quam 9
a monachis [a], nominibus suis, sed non puris vocantur.

Si non occurrerit abbas ad *Gloriam*, satisfaciat ad gradum ut 10
monachus, excepto quod sine alicuius licentia, mox post satisfactionem recedat in sedem suam, nisi alius abbas in choro affuerit.

Illis diebus [a] quibus communicaturi sunt monachi, possunt 11
ad privatas missas ministri communicare. Licet etiam abbati monachos, novitios, prout expedire iudicaverit, dividere per altaria ad communicandum.

Singulis mensibus communicent, nisi quem abbas certa de 12
causa crebrius vel rarius accedere iudicaverit.

1137

SANCTI BERNARDI EPISTOLA AD ABBATES CISTERCII CONGREGATOS

Capitulum generale apud Cistercium mense septembris an. 1137 congregatum epistolam recepit a Bernardo Claraevallis abbate scriptam in Apulia, ubi illustris sanctae sedis defensor adhuc in schismate terminando laborabat [1].

Legitur haec epistola apud Manrique, *AC.* ann. 1137, cap. III, nº 5, et est CXLV inter bernardinas ; *P. L.* t. CLXXXII, col. 302.

7 : *P⁷M.*
8 : *P⁷M.*
9 : *P⁷M.* [a] *M add.* : suis.
10 : *P⁷M.*
11 : *P⁷M.* [a] *M add.* : in.
12 : *P⁷M.*

[1] Cf. *Vita Bernardi auctore Ernaldo*, cap. VII, nº43 ; *PL.* t. CLXXXV, col. 293.

« In multa infirmitate corporis et cordis anxietate, Deus scit, dictavi ista ad vos, homo miser, homo natus ad laborem, frater tamen vester. Utinam nunc ipsum Spiritum, in quo congregati estis, merear habere interpellatorem ad vestram unanimitatem, qui imprimat pectoribus vestris calamitatem quam patior qui imaginem mei tristem ac supplicem, sicut est, fraternis affectibus repraesentet. Non hoc oro, ut creet in vobis novam misericordiam, quia novi ego quam familiaris universitati vestrae sit illa virtus : sed hoc oro, ut in intimo sentiatis quo et quanto affectu oporteat misereri. Certus sum enim quia, si id datum fuerit, continuo lacrymae de thesauro pietatis erumpent, singultus et gemitus et suspiria hinc inde pulsabunt caelos, et audiet Deus, et placabitur mihi, et dicet : Reddidi te fratribus tuis, non morieris inter extraneos, sed inter tuos. Tantis siquidem laboribus et doloribus affectus sum, ut saepe taedeat me etiam vivere. Humanum autem dico propter infirmitatem nostram : desidero differri usquedum revertar ad vos ut non moriar nisi inter vos. De cetero, fratres, bonas facite vias vestras et studia vestra, quae recta, quae honesta, quae salubria sunt constituentes et tenentes : ante omnia solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis ; et Deus pacis erit vobiscum ».

1141

A CAPITULO GENERALI CISTERCIENSI PETRUS [1], ABBAS DE STAMEDIO ONUS EPISCOPALE SUSCIPERE COGITUR

« Cum omnimodis episcopale onus renueret (sc. Petrus, abbas Stamedii), [2] neque eligentium, quantumlibet instantibus, aut amicorum precibus acquiesceret, capitulum generale adire compulsi sunt, a quo per obedientiam compelleretur. Nam cur Sabaudiae metropolis illustris destituta pastore, aliunde quaereret,

[1] De hoc sancto Petro II° Tarentasiensi cf. *ASS.*, Maii t. II, p. 322 sq ; Bolland, *Bibliotheca hagiographica latina*. Bruxelles, 1900, n° 6772-6777 ; *Gallia christiana*, t. XII (1770) col. 705 ; Gams. *SE.* p. 829 ; Willi. *Päpste, Kardinale und Bischöfe aus dem Cistercienser-Orden*. Bregenz, 1912, p. 77, n° 435 ; *BB.* II, 3749.

[2] Stamedium, Tamié : abbatia in diocesi Tarentasiensi, hodie Camberiensi, in regione Sabaudiae. Cf. Janauschek, *OC.* p. 30, 31.

quod haberet intra seipsam ? Cur semel pasta a fure, pastoris titulo, novis periculis denuo exponeretur, novis rapinis ? Charitatem quae sua sunt non quaerere, sed quae Iesu Christi, et ut Petro consultius forsan foret vivere intra coenobium, at non ecclesiae. Non humilitatem, sed pusillanimitatem esse, si timeat, si nolit, socordiam, atque utramque religioso viro vitandam. Nec abscondendum sub modio lumen, quod Deus illustrando orbi praeparavisset.

Igitur pergit abbas Altaecumbae [1] : « Nullatenus potuit ad consensum electionis induci, donec conventum Cistercii capituli generalis eiusdem ecclesiae clerici praestolantes, illic eum intercepere, ubi subterfugium deinceps non haberet. Ibi auctoritate totius ordinis est oppressus, maxime vero sancti Bernardi Claraevallis, cui reverentiam semper exhibuit singularem, et venerabilium patrum suorum Cisterciensis et Bonaevallensis abbatum, ab his angariatus, et manualiter clericis assignatus obtemperavit invitus ».

Sic vir sanctissimus Rainaldo, [2] Bernardoque, [3] illo praecipiente, hoc consulente, necnon et proprio abbate Bonaevallis, [4] utrumque praestante, in regimen Tarentasiensis ecclesiae assumptus est, Sabaudiam simul et orbem illustraturus ».

(Manrique, *AC.* ann. 1138, cap. XI, nº 2).

1142

CISTERCIENSIUM ET PRAEMONSTRATENSIUM FRATERNA PAX

Legitur hoc documentum apud Manrique, *AC.* ann. 1142, cap. IX, nº 5-8, et originale documentum adhuc asservatur in Archivo publico regionis Hte-Marne (Série H, fonds de l'abbaye La Chapelle-aux-Planches).

In nomine sanctae et individuae Trinitatis, amen.

Confirmatio societatis et pacis inter Cistercienses et Praemonstratenses. Igitur ad custodiam pacis et charitatis utriusque capituli assensu, inter utrumque ordinem constitutum est et confir-

---

[1] Gaufridus Altaecumbae in Sabaudia abbas c. 1180. *GC.* XVI, 481.
[2] Raynaldus de Bar, Cistercii abbas † 1151. *BB.* II, 3902.
[3] Claraevallis abbas † 1153. *BB.* I, 546.
[4] In dioecesi Viennensi, *OC.* 7, Stamedii abbatia mater.

matum, ut nullus Cisterciensium canonicum vel novitium seu conversum Praemonstratensis ordinis, nullus Praemonstratensium monachum, vel novitium seu conversum Cisterciensis ordinis, nisi ex pari consensu recipiant.

Nullus in utroque ordine locum ad abbatiam aedificet, circa alterius abbatiam, infra quatuor leucas ad mensuram uniuscuiusque provinciae, praeter quam in Anglia, ubi duae leucae pro una computentur et in Lombardia duo milliaria pro una leuca nisi forte antiqua loca sint, quorum redditus, et possessiones ad tenendum conventum sufficiant. De grangia ad grangiam, sive de grangia ab abbatiam ad minus semper una intersit leuca. Mansio vero sororum ab abbatia distet duabus leucis. Verumtamen terrae illae, quae ante annum Incarnationis et diem, qui subscriptus est, susceptae fuerant, hac lege non tenebuntur, siquidem singulae terrae ad integram carrucam suffecerint vel ad aedificandam abbatiam susceptae fuerint.

Nullus in utroque ordine alter ab altero tam de nutrimentis quam de laboribus decimas exiget, vel accipiet. Si aliquis in utroque ordine, de qualibet re emenda, vel acquirenda loco suo, praesens tractare, vel aliquem convenire inceperit, antequam sponte dimiserit, nullus de alio ordine sibi usurpare, vel impedire praesumat. Si forte in aliquibus locis inter aliquos utriusque ordinis aliquid quaerimoniae emerserit, et inter eos familiariter per aliquos religiosos mediatores componi non poterit, sine maiori audientia differetur, et ad audientiam alterutrius generalis capituli referetur. Quisquis in eodem capitulo reus esse claruerit, quod intulit damnum, prius restituat, et postmodum in capitulum abbatis, quem offendit, veniens, usque ad satisfactionem ante pedes eius se humiliet. Reliquum vero poenitentiae in dispositione generalis capituli sui ordinis permaneat.

Commemorationem et plenarium officium pro omnibus defunctis suis, singulis annis, invicem faciant. Quod ut firmum deinceps, et in aeternum quamdiu utriusque ordinis status viguerit, inconvulsum permaneat, ego Rainardus Cisterciensis abbas et generalis nostri capituli conventus : ego quoque Hugo Praemonstratentis abbas et generalis nostri capituli conventus, praesenti charitatis chirographo firmamus, et sigillis nostris pariter consignamus.

Sigillum Rainardi [1] Cisterciensis abbatis,
Bartholomaei [2] abbatis de Firmitate,
Bernardi [3] Claraevallensis abbatis,
Wichardi [4] Pontigniacensis abbatis,
Sigillum Hugonis [5] Praemonstratensis abbatis,
Walteri [6] Laudunensis, abbatis
Gernaldi [7] Floreciensis abbatis,
Henrici [8] Viriacensis abbatis.

Actum est hoc anno Incarnationis Domini M. CXLII, epacta XX, indictione quinta, concurrente tertio, quinto Idus octobris.

1147

EUGENII III PRAESENTIA IN CAPITULO ET CONGREGATIONUM SAVIGNIACENSIS ET OBAZINENSIS IN ORDINEM CISTERCIENSEM COOPTATIO

« Instabat tempus capituli generalis, nec quidquam aliud Eugenius praestolabatur. « Igitur (ait Godefridus, [9] qui praesens fuit) eodem anno apud Cistercium iuxta morem, abbatibus congregatis, praedictus papa venerabilis adfuit, non tam auctoritate apostolica praesidens, quam fraterna charitate residens inter eos, quasi unus ex eis ».

« Caeterum illud adhuc singularius in hoc capitulo, cui non simile invenias, et vix speres ; integram, numerosamque congregationem [10] (ordinem potius dixeris) monasteriis constantem supra triginta, per Galliam, Angliam, Normaniamque sparsam ; illustrem viris, nec obscuram ecclesiis et possessionibus, relicto habitu, relictis institutis, quae per plures iam annos observassent, in

---

[1] Raynaldus de Bar, † 1151. *BB.* II, 3902.

[2] Quartus abbas de Firmitate, quem nonnulli Bernardi claraevallensis fratrem asserunt. *DHG.* VI, 970.

[3] † 1153. *BB.* I, 546.

[4] Aut Guichardi, secundus abbas Pontigniaci, deinde Lugdunensis archiepiscopus, † 1180. *BB.* I, 1917.

[5] Beatus Hugo Fossensis, † 1161. *BB.* I, 2213.

[6] Seu Galterus, primus abbas Sancti-Martini Laudunensis, *BB.* I, 1677.

[7] Seu Gerlandus, tertius abbas Floreffiensis, *GC.* III, 609.

[8] Primus abbas Vallis-Serenae. *GC.* IX, 485.

[9] *S. Bernardi vita prima, lib. IV, auctore Gaufrido,* nº 40, *PL.* CLXXXV, 344.

[10] i. e. Saviniaci.

iura, et leges Cistercii transiisse, sub Claraevallis visitatione ». (ex, Manrique. *AC*. ann. 1148, cap. VII, nº 1, 2).

« Hoc ipso anno, et in hoc eodem capitulo, sanctus Stephanus [1] Obacinensis abbas... cum iam mores Cistercii altius hausisset, se et quatuor ecclesias, quas fundaverat,... interventu Eugenii, Cistercio tradidit, sub immediata patris Raynardi, atque eius successorum visitatione ».

Auctor anonymus, sed dignus fide, nobis describit qualiter traditio haec facta fuit : « Igitur, cum ad Cistercium beatus ille venisset, memoratum papam adiit, et quid animo gereret, apostolicis auribus intimavit ; obnoxie deposcens, ut suum desiderium ipsius auctoritate ad effectum perduceretur. Tunc ille domnum Raynardum venire ad se mandavit ; eique sanctum virum ut patri filium, ipse pater omnium commendavit : atque ut eum in conventum abbatum duceret, et sancto ordine sociaret, praecepit. Quem gratanter ille de manu papae suscipiens in capitulum introduxit ; et iucundo ore, coram cunctis abbatibus dixit : En cernitis, domini fratres, abbatem istum, corpore modicum, habitu despicabilem, vultu deformem ; sed quidquid in eo videtis, totum Spiritu Sancto plenum sciatis...

Nec mora, prolatis domini papae mandatis, eiusque petitionibus declaratis, ipso etiam in praesenti humiliter postulante, ab universis concorditer abbatibus in societatem ordinis est receptus, et domui Cisterciensi specialiter assignatus ».

« Huic capitulo affuit inter abbates sanctus Raimundus, [2] tum adhuc abbas Nienzabensis, [3] Sacrarum Militiarum pater brevi futurus ».

(ex Manrique, *AC*. ann. 1148, cap. VII, nº 1, 2 ; VIII, nº 1, 2, 6).

1150

I. CAPITULUM ULTIMUM SUB RAINARDO

« Instabat tempus Capituli generalis, quod ultimum celebravit

---

[1] † 1159. *BB*. I, 1383.

[2] † 1163. *BB*. II, 3890.

[3] Translata fuit deinceps haec abbatia ad locum *Fitero* dictum. Cf. Janauschek, *OC*. pg. 65.

Rainardus pater in die Omnium Sanctorum, Sanctis ipse infra annum associandus...

Petrus Venerabilis scripserat litteram prolixam satis Bernardo, sed viridam et acrem » [1] (Manrique, *AC*. ann. 1150, cap. V, nº 3).

« Res ad Capitulum generale delata est, et utrimque discussa. Nec satis constat quid consilii coeptum, nisi quod tamen ex rescripto Bernardi [2] satis colligitur, nihil determinatum in ea causa, saltem quod posset litteris mandari ». (*ibid.* nº 13).

II. PAX INTER CISTERCIENSES ET PRAEMONSTRATENSES TURBATA.

« Praemonstratenses, inter quos Philippus [3], abbas Bonae-Spei [4], et alii plures et graviores, quin ipse pastor et pater totius ordinis, amaras litteras scripserunt rumpentes foedus, vel rumpendum comminantes, nisi multa per nostros emendarentur. Haec epistola ad Capitulum delata, perlectaque, ad Bernardum remissa qui responderet » [5] (*ibid.* cap. III, nº 3).

1151

I. EUGENII PAPAE III EPISTOLA AD CAPITULUM CISTERCIENSE

Legitur haec epistola inter bernardinas: *PL.* t. CLXXXII, col. 476.

Eugenius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis G[oswino] [6] Cisterciensi, et universis abbatibus apud Cistercium in nomine Domini congregatis, salutem et apostolicam benedictionem.

Optaremus, filii dilectissimi, corporali praesentia sacro vestro interesse collegio, unde sicut vobiscum in unitate sancti Spiritus

---

[1] Legitur apud Manrique, *op. cit.* t. II, p. 160-162 ; *PL.* t. CLXXXIX, col. 404.

[2] *Epist.* CCCLXXXIX, apud Manrique, *op. cit.* t. II, p. 162 ; *PL.* t. CLXXXII, col. 595.

[3] Philippus de Harvengt, † 1182. *BB.* II, 3635.

[4] Cf. celebris abbatia in dioecesi Tornacensi, prope Binchium, iam ab anno 1830 seminarium dioecesanum. Cf. Van Waefelghem, *Répertoire... ordre de Prémontré.* Bruxelles, 1930, p. 39.

[5] Haec responsio est *epist. CCLII* quae legitur apud Manrique, *op. cit.* t. II, p. 155 ; *PL.* t. CLXXXII, col. 453.

[6] Quintus Cistercii abbas, 1151-1155. *BB.* I, 1840.

ambulamus, ita de vivificatione sancti Spiritus et progressionibus animae praesentaliter et communiter tractaremus. Quia vero ex divinae dispositionis arbitrio in medio pelagi ad regendam navim Ecclesiae constituti, circum saevientium procellarum inundatione contondimur, ut non quod volumus, sed quod nolumus, faciamus ; et susceptae administrationis officio alligamur, unde ad optatum locum gressum flectere non possimus : per spiritum et litteras nostras vobis praesentiam exhibemus, et, quatenus permittitur, charitate ac desiderio vestro nos conventui praesentamus ; cupientes quidem, et quanto possumus affectu rogantes, ut et vos coniunctum nobis vestrum spiritum habeatis, et in communi super nos omnipotentis Dei gratiam propensius imploretis. In montis siquidem vertice constituti, ubi undique ventorum flatibus propulsamur, speramus nos ex Dei dono aliquatenus in tanto turbine posse subsistere, si orationum vestrarum interventum apud Deum meruerimus obtinere. Ut autem apud eum de orationibus vestris promptam semper valeamus invenire fiduciam, et quod nostris meritis non valemus, vestris intercessionibus assequamur : optamus charitatem vestram de his quae ad Deum sunt, de observantia ordinis, de custodia disciplinae, ita semper fore sollicitam, et contemptis quae retro sunt, ita se in anteriora unumquemque vestrum extendere, ut nulla nubes in operibus vestris appareat, quae orationes vestras, quominus ad Deum penetrent, valeat aliquando praepedire.

Quoties itaque, filii dilectissimi, convenitis in unum, de corrigendis quae in aliquibus vestrum corrigenda sunt, et statuendis quae ad animarum salutem et profectum ordinis fuerint statuenda, communem curam habete, quoniam qui modica spernit, paulatim decidit (*Eccli.* XIX, 1) : nec ea quae minora videntur in vobis, incorrecta relinquite. Inutiliter enim portas civitatis obserat, qui vel unum foramen, unde ingrediantur, hostibus relinquit apertum, dicente Scriptura : « Idem facit sentina neglecta quod ventus irruens », et : « Vitasti grandia ; vide ne obruaris arena ». Respicite, quaeso, ad veteres patres, qui nostrum sacrum Ordinem statuerunt ; et considerate, qualiter relicto mundo, et contemptis omnibus, mortuis mortuos sepelire dimissis, ad solitudinem volaverunt, unde aliis circa frequens ministerium satagentibus, ipsi ad pedes Iesu cum Maria sederunt (*Luc.* X, 39, 40), ut tanto uberius coeleste manna perciperent, quanto longius ab Aegypto discessissent. Ipsi quidem egressi sunt de terra et de

cognatione sua; obliti sunt populum suum, et domum patris sui: et quoniam rex eorum speciem concupivit, crescere fecit eos in gentem magnam, et usque ad extremum terrae propagines eorum extendit, ita quod splendor claritatis eorum universum corpus Ecclesiae illustravit; et Sareptana mulier ad eorum vocem innumera vasa de modico oleo, quod habuerat in lecytho, replevit (*III Reg.* XVII, 10, 16). Sane illi primitias Spiritus acceperunt, et oleum suavitatis eorum apud nos usque defluxit.

Unde cogitandum vobis est attentius et agendum, ut non degeneretis de eorum virtutibus, sed quales fuistis in germine, sitis etiam in virgulto: et qui ex eis vitae semina suscepistis, idem cum eis germen afferatis et fructum. Intuemini qualiter illi quorum lampades extinguuntur, de oleo vestro exoptant accipere; et multi, qui computruerunt sicut iumenta in stercore suo, ad respectum supernae gratiae regimini vestro committi, et orationibus desiderant commendari. Et quoniam filii saeculi huius vos renitentes etiam ad regimen sui trahere moliuntur, et de quiete contemplationis et deserti silentio volunt vos aliquoties ad occupationes et negotia revocare; ad mentis oculum patrum vestrorum instituta reducite, et propheticum habentes exemplum, eligite magis abiecti esse in domo Dei quam habitare in tentoriis peccatorum (*Psalm.* LXXXIII. 11). Et quia nihil habetis quod non accepistis, de Domino in bonitate, de vobis autem in humilitate sentite, unde illius videamini vestigia sequi, qui ait: Cum omnia bene feceritis, dicite quia servi inutiles sumus (*Luc.* XVII. 10). Si enim genera linguarum, si gratiam sanitatum, si prophetandi scientiam accepistis; si verba vestra meliora sunt, imo fragrantiora unguentis optimis; si mundus reveretur vos, et in odore unguentorum vestrorum currere delectatur; eius opus certum est esse qui ait: Pater meus usque modo operatur (*Ioan.* V. 17).

II. CHARTAE CHARITATIS CONFIRMATIO POSTULANDA

« Instabat tempus Conventus Cisterciensis, qui primus sub Gozevino [1] Patre celebratur; et convenerant episcopi et abbates ex omni natione quae sub coelo est, varia negotia in eo expedituri... In hoc Capitulo decretum fuit, ut confirmatio privilegiorum ordinis, et nominatim *Chartae Charitatis* ad litteram in-

[1] Abbas Cistercii, † 1155. *BB.* I, 1840.

sertae, ab Eugenio indulgenda procuraretur, in Capitulo sequenti praesentanda ».

(Manrique, *AC.* ann. 1151, cap. VI, nº 1, 3).

III. TEMPLARIORUM QUERELA

« Crediderim ad eamdem synodum adductam Templariorum de nostris querelam, haud contemnendam : quod unum de militibus illorum, cui ad nostros, sine eorum consensu transire, ex mutua inter utrosque concordia, non liceret... Memorat hunc eventum Bernardus ad Eugenium scribens [1] pro abbate monasterii Sancti Urbani, de quo, male contenti restitutione, acrius Milites Templi conquesti fuerant » (*ibid*).

1152

I. CHARTAE CHARITATIS PONTIFICIA APPROBATIO

« Cum iam capituli generalis tempus instaret, kalendis augusti, Eugenius III, cum Signiae demoraretur, capitulo eidem praesentandas, sub sigillo plumbeo, litteras dedit, proprio et sexdecim sibi tunc assistentium cardinalium ex quibus tres ex Cistercio erant assumpti. In hoc diploma, Summus Pontifex, *Chartam charitatis*, non in genere tantum, et quasi abstracte, sed speciatim per singula capitula, apostolica voluit sancire auctoritate, additis etiam quibusdam privilegiis, declarationibusque, quae Gozevinus pater postulaverat ».

(ex Manrique, *AC.* ann. 1153, cap. II, nº 1.)

Haec approbationis bulla *Sacrosancta romana Ecclesia* legitur apud *No.* p. 74-78 ; Henriquez. *Privilegia Ord. Cist.* Antverpiae 1630, p. 53; Franc. Portes, *Sacri Cist. Ord. Privilegia,* Compluti, 1574, t. I, fol. 3ᵛ ; *PL.* t. CLXXX, col. 1541, abbreviatum refert textum. Cf. etiam ms. 5316 apud L. Rosenthal (Munich) : *Statuta et Constitutiones Ord. Cister.* (ms. XV saeculi ineuntis), fol. 177-180ᵛ.

II. EUGENII III EPISTOLA AD CAPITULUM GENERALE CIRCA QUAEDAM ABBATIAE SANCTI-ANASTASII [2] TEMPORALIA BONA

Textus depromptus ex ms. 1402 Biblioth. nat. Parisiis n. a. l. quod

[1] *Epist. CCLXI,* apud Manrique, *loc. cit.*; *PL.* t. CLXXXII, col. 468.

[2] Seu delle Tre Fontane ad Aquas salvias, in suburbio romano. Cf. Janauschek, *OC.* p. 62.

sequentem annotationem praefert fol. 1 : « Liber monasterii sancti Anastasii de Aqua Salvia, quem emi ego frater Bernardus de Monte Sancti Johannis ab uno stipendiario, qui liber depredatus fuit ab uno castro antedicti monasterii qui vocatur Neme, quando fuit captivatum ab emulis ». Scriptura fol. 1-77 : XII s. ; fol. 81-129 : XIV s. Cf. ed. a S. Lœwenfeld apud *Archivio della Societa romana di storia patria*, t. IV, p. 400 sq.; Jaffé, *Regesta*, nº 9604, 9798.

[Eugenius episcopus servus servorum Dei].

Venerabilibus fratribus episcopis et dilectis filiis abbatibus apud Cystersium in nomine domini cong[regati]s, salutem et apostolicam benedictionem.

Quod ad clarificandas lampades animorum vestrorum emunctoria vos conspicimus habere in manibus, et ad amputanda superflua de ordine vestro, eam quae oportet vigilantiam adhibere, letamur in domino et in spiritu virtutis eius, quo inspirante quae retro sunt obliviscentes sic vos ad anteriora semper extenditis, et per plures profectus virtutis quasi per mansiones diversas ad terram repromissionis contenditis pervenire, ut illud valeat in vestram gloriam decantari quod dicitur per Salomonem : iustorum vita quasi lux splendens, procedit et pervenit usque ad perfectum diem[1]. Sane nos de nobis ipsis etiam optaremus ut tumultibus negotiorum exempti sicut spiritu ita et corpore una vobiscum tam diu sub claustrali silentio per deserti solitudinem gauderemus donec ad montem dei Oreb, praestante domino, pervenire possemus et lampadem nostri pectoris tamdiu sub artiori disciplina regulae purgaremus donec eam sine macula et ruga omnipotenti deo redderemus. Quia vero nos iniuncta insufficientiae nostrae sollicitudo universalis ecclesiae inter vos corporaliter esse non sinit et una vobiscum de clarificatione nostrae lampadis cogitare, sp[irit]u tamen sacro vestro collegio praesentes offerimus, et super ea quam de conservatione ordinis habere vos sollicitudinem intuemur, spiritalis gaudii suavitate reficimur eo ipso apud remuneratorem omnium profectus vestri nos sperantes praemium habituros, quo eum sincera caritate diligimus et non alienum a nobis sed nostrum proprium reputamus. Vobis [2] autem fratres carissimi iuxta rivum aquae in exploratione manentibus et ea quae forte in aliquibus ecclesiarum ordinis vestri apparent incongrua cupientibus amputare, locorum et

---

[1] *Prov. IV*, 18.
[2] Vos : *ms.*

temporum est attendenda diversitas, et quod in unoquoque loco sit facile, quod vero pro malitia diei difficile, subtili vigilantia intuendum, quatinus omnibus ea qua [1] convenit moderatione dispensatis, et ad salubrem effectum praevia discretione perductis, in sponse vocem agere valeatis et dicere. Manus nostrae distillaverunt myrram et digiti nostri myrram suavissimam. [2] Hec ideo diximus filii dilectissimi ut circa ecclesiam Sancti-Anastasii pro commonitione nostra dispensatione utamini et quoniam adhuc retinet castrum quoddam et alias quasdam possessiones ad eius ius antiquitus pertinentes, aliquorum ex vobis animi non turbentur. Licet enim id ordinis rigor inhibeat, loci tamen necessitas retineri compellit, dum nec commutandi eas se opportunitas optulit, nec aliis possessionibus ecclesia ipsa ita potuit ampliari, ut suppetat fratribus inhibi commorantibus unde sine istis possessionibus in dei valeant servitio sustentari. Sane nos olim temporibus felicis memoriae papae Innocentii praecessoris nostri sentiebamus id ipsum et quia malitia nostri populi nondum nobis pleniter innotuerat. possessiones illas dimittere volebamus, non adhuc sicut oportebat, intelligentes, quam difficile foret, quibuslibet religiosis viris inhibi vitam ducere, si eos istarum possessionum [3] contigeret sustentatione carere. Ipse autem necessitatem rei sanioris consilii gravitate dimetiens super his nobis noluit praebere consensum et possessiones illas usque in aliud commodius penes ecclesiam constituit retinendas. Cuius nos utique consilium attendentes salubre ac necessarium fuisse tunc et adhuc esse indubitanter agnoscimus et easdem possessiones absque gravi periculo non posse dimitti videmus. Expectamus autem et diligentiam exactam impendimus, ut eas commutare in possessiones alias valeamus. Vendi autem legum sanctio non permittit et si vellent etiam vendere, quia sanctioni legum obviare videtur, emptorem invenire non possent. Quocirca necessitate loci nostroque consilio utiliori sicut arbitramur inspecto, rigorem ordinis in hac parte circa ipsam ecclesiam temperate, ac de medio vestrum omne scandalum super his et murmur auferte. Nos siquidem honestius iudicamus, ut fratres eiusdem ecclesiae de propriis possessionibus aliorum studio conquisitis in divinis obsequiis sustententur, quam sub

[1] eo quo : *ms.*
[2] *Cant. cant.* V, 5.
[3] possessiones : *ms.*

incerta multotiens impetrandi fiducia aliena compellantur suffragia mendicare, dicente beato Gregorio, turpe fore religiosis viris oblata etiam libenter accipere, nedum quod non oblata cum exactione debeant postulare.

III. STATUTA ANNI 1152.

Anno ab Incarnatione Domini MCLII°, statutum est in Capitu- 1
lo generali abbatum, ne ulterius alicubi construatur nova abbatia nostri ordinis, neque aliquis locus alterius religionis per subiectionem nostro ordini societur. Licet tamen alicui abbati pro aliqua incommoditate intolerabili, consilio et assensu patris abbatis, abbatiam suam ad locum magis idoneum transferre, qui tamen ab aliis abbatiis nostri ordinis ad minus decem leugis Burgundiae distet, et duabus a grangiis, sive ille locus ad quem fit translatio alterius ante fuerit religionis, sive non ; ita quod priorem locum vel omnino deserat, vel in eo grangiam faciat, si ultra dietam inter se non distent. Nulli enim licet a modo ab abbatia sua ultra communem dietam grangiam facere. Sciendum etiam quod non licet per manum fugitivi nostri ordinis aliquem locum sive ad abbatiam, sive ad grangiam faciendam recipere. Loca tamen quae ante illud generale Capitulum aedificari coeperant, concessum est, ut si ante Capitulum generale subsequentis anni honeste et secundum instituta ordinis fieri posset, in abbatiam surgerent. Quod si ante illud Capitulum convenienter, ut dictum est, accepta loca in abbatiam surgere non possent, ex tunc remota omni dispensatione dimmitterentur, nisi grangia ibi secundum Ordinem fieri posset.

Quando vel quibus maior cellerarius computare debet ? 2

Maior cellerarius semel in mense, vel saepius si Abbas voluerit, de omnibus quae accepit vel expendit Abbati vel quibus iusserit computet. Alii autem sive grangiarii, sive qui aliquibus praesunt operariis, in praesentia cellerarii vel quibus cum eo iusserit Abbas, similiter faciant. Substantiam vero monasterii vel in nummis vel in alia pecunia, is cui iusserit Abbas custodiat. Ipse autem Abbas aliquos de suis monachis pecuniae conscios secum habeat.

---

1 : *D*[4]*MNo*, p. 231 ; *Gu*, p. 273.
2 : *D*[4]*MNoGu*.

3 De poena loquentium ad mensam.

Omni tempore secundum Regulae praeceptum decet monachum silentio studere, sed maxime nocturnis horis et ad mensam. Eapropter ordinamus ne monachus sive conversus ad mensam loquatur, nisi forte in via constitutus si non habuerit qui signa sua intelligat, singula verba dicendo ut aquam, panem et vinum, et cetera comestioni tantum necessaria breviter et silenter requirat. Qui vero aliter fecerit, in ipsa refectione vino abstineat. Quod si vinum non habuerit, uno pulmento si duo habuerit careat.

4 Cum quot monachis liceat Abbati hospiti simul loqui.

Constituimus ut nullus Abbas ad aliam domum veniens, monachum de labore sine licentia retineat, nec cum pluribus simul quam cum duobus loquatur, praeter Abbates visitatores. Quos ei in auditoria, vel in locum proximum auditorio monachorum evocare liceat. Ceterum per curiam vel in infirmitorium, aut extra terminos sine Abbatis licentia vel prioris si Abbas defuerit, monachum ducere, exceptis ut diximus visitatoribus nulli liceat. Dum autem Abbas cum duobus loquitur, si tertius supervenerit, stando breviter si necesse sit loqui poterit, sed consedere etiam rogatus non presumat. Infirmis vero de infirmitorio vel cum duobus tantum vel cum singulis loqui poterit sive sit sanus sive infirmus, exceptis servitoribus qui ei deputantur si in infirmitorio fuerit, sed nullus nisi iussus vel evocatus ab eo accedere ad eum praesumat. Similiter [a] infirmis et servitoribus eorum in infirmitorio vel iuxta, et hoc [cum] tantum duobus abbas hospes loquatur, exceptis his qui ei, si in infirmitorio fuerit, deputantur, nullus nisi iussus et evocatus ab eo ad eum praesumat accedere.

5 De lumine oratorii.

Lampadem tam die quam nocte iugiter ardentem in oratorio [a], qui voluerit et potuerit, habeat.

6 Quibus diebus commemoratio beatae Mariae intermittenda sit, et quibus dicenda.

In vigilia Natalis Domini ad laudes commemoratio beatae Mariae intermittatur usque in crastinum Epiphaniae ; et tunc ad laudes incipiatur. Similiter in Coena Domini ad laudes intermittatur usque in quintam feriam post diem Paschae, et tunc ad

---

3 : *D⁴MNoGu.*
4 : *D⁴MNoGu.* — [a] Similiter... etc : *apud M tantum.*
5 : *D⁴MNoGu* — [a] *M :* in oratorio habeat.
6 : *D⁴NoGu.*

laudes dicatur. In vigilia quoque Ascensionis Domini, intermittatur ad vesperas, et in crastino Ascensionis agatur ad laudes. In vigilia Pentecostes ad vesperas intermittatur usque in quintam feriam ; et tunc ad laudes reincipiatur. In festo quoque Omnium Sanctorum et in omnibus solemnitatibus sanctae Mariae intermittatur. Per octavas etiam Assumptionis ipsius non fiat, praeter propriam de octavis.

Quae antiphonae assidue ad commemorationem dicantur. **7**

Privatis diebus et festis duodecim lectionum quibus laboramus, ad vesperas dicatur *Sancta Dei genitrix*, ad laudes *Beata Mater*. In sabbatis vero et diebus dominicis et festis quibus non laboramus, ad utrasque vesperas dicatur *Sancta Maria succurre*, ad laudes *Beata Dei genitrix*, versus *Ave Maria*, collecta *Concede nos famulos*. Per Adventum autem dicitur collecta *Deus qui de beatae Mariae*. Versus vero et antiphonae non mutantur. Et sciendum quia omni die quo de beata Maria commemoratio fiet ad laudes, dicetur et ad missam collecta, exceptis tribus vigiliis Pentecostes, Assumptionis sanctae Mariae, et Omnium Sanctorum. Sciendum etiam quod omni die quo cantatur missa quotidiana pro defunctis, et de sancta Maria cantatur. Die vero Natalis Domini, Paschae et Pentecostes, hebdomadarius eiusdem missae cantet de festo, et dicat collectam de sancta Maria. In Adventu autem et in omnibus solemnitatibus sanctae Mariae et per octavas Assumptionis eiusdem, eadem missa quae in conventu canitur, et privatim dicetur.

Anniversaria dies abbatum defunctorum singulis annis in **8**
capitulis suis pronunciabitur, et pro eis oratio iniungetur.

Nullus prior in minutione [1] convocet multitudinem monacho- **9**
rum.

Nullus praeter regem sive reginam, sive archiepiscopos et **10**
episcopos in nostris sepeliantur ecclesiis.

Qui in domibus nigrorum monachorum scienter sagimen come- **11**
derint, septem sextis feriis in pane et aqua ieiunabunt.

---

7 : *D⁴NoGu.*
8 : *M.* [1154, 29]
9 : *M.*
10 : *M.* [1180, 5]
11 : *M.*

---

[1] Cf. *DC.* V, 403 « minuere sanguinem ».

12 Loquentes ad mensam ubi ubi, aut vinum in taberna vendentes, sententia quae olim de talibus lata est puniantur.

13 Coquus abbatis et qui vocantur ad mensam eius, si in refectorium redeunt, non perdunt versum.

14 De votis et poenitentiis in saeculo acceptis potest abbas disponere prout voluerit, si ad conversionem venerint.

15 Nemo intret in chorum ad laudes XII lectionum.

16 Prohibetur ne abbas ordinis nostri induatur cappa serica, nisi ad benedictionem suam tantum.

17 Prohibetur etiam ne abbas habeat saeculares servientes in hospitio, nisi pro multitudine hospitum.

18 Caveatur omnino ne pulli equorum venundentur extra terminos abbatiarum et grangiarum nostrarum.

19 Ad missam B. Mariae tam privatim quam in conventu cantore incipiente *Salve sancta parens*, omnes qui affuerint tam in choro quam extra chorum, praeter sacerdotem et ministros in albis indutos, petant veniam, semel videlicet ante versum, et privatis quidem diebus super genua, festis vero super articulos. Similiter et ad commemorationes quae fiunt singulis diebus ad laudes et ad vesperas, quando antiphonae inchoantur, ubicumque cantaverint, nisi gravis infirmitas obstiterit, vel in via directi fuerint.

20 Ad missam cotidianam pro defunctis, si praesens defunctus fuerit, collecta, *Omnipotens sempiterne Deus*, pro eo secunda dicatur.

21 Sabbato infirmi a carnibus abstineant, exceptis his qui tanta ac tali invalitudine laborant, ut aliud quid gustare non possint.

22 Abbates ad capitulum venientes secum non adducant monachos, sed conversos, sine certa necessitate, excepto abbate Savigniacensi, cui hoc permissum est ab antiquo. Qui autem aliter fecerit, veniam petat in capitulo generali.

---

12 : *M.* [supra 3°; *Instituta LII*]
13 : *M.*
14 : *M.* [1181, 1]
15 : *M.*
16 : *M.*
17 : *M.*
18 : *M.* [1157, 37]
19 : *M.*
20 : *M.*
21 : *M.*
22 : *M.* [1134, 1; *Instituta XLII*]

Quando campana pulsatur in elevatione hostiae salutis, omnis petat veniam, praeter eos qui sunt in dormitorio. 23

Liceat cuilibet abbati vel priori, si abbas defuerit, auferre habitum monacho fugitivo etiam revertenti. 24

De Saracenis antiqua sententia teneatur, scilicet ut nec emantur, nec baptizari prohibeantur. 25

Cum statutum sit a capitulo generali [1] ut creationes et electiones abbatum non fiant, nisi in domibus quae vacant ; tamen auctoritas Capituli generalis dispensat circa illas quae a matribus ultra XV dietas distare noscuntur : in quibus si seniores domus illius quae vacat, in patrem abbatem vota sua transtulerint, poterit illuc pater abbas abbatem dirigere. 26

Sententia de reaedificandis capellis intelligitur tantum de illis quae sunt intra grangias. 27

Sententiae quae lata est de abbatibus ad capitulum venientibus, ne infra Capitulum generale plusquam duas noctes morentur in Cistercio, nisi in infirmitate vel necessitate detenti, additum ut a vino abstineant sine dispensatione, quamdiu ibidem fuerint demorati. 28

Abbates venientes ad Capitulum qui introducunt servientes in equis tempore capituli generalis, contra instituta eiusdem capituli, veniam petant super hoc, ad nutum capituli satisfacturi. 29

1153

I. EPISTOLA HUGONIS CARDINALIS EPISCOPI OSTIENSIS AD CAPITULUM CISTERCII, DE MORTE EUGENII PAPAE

Textus ex ms. 1402 Bibl. nat. Parisiis, n. a. l. fol. 2 (XII° s. Cf. supra ann. 1152) ; coll. edit. Ughelli, *Italia sacra.* Venetiis, 1717, t. I, p. 65 ; Manrique, *AC.* ann. 1153, cap. V, n° 1 ; *PL.* t. CLXXXII, col. 694.

---

23 : *M.*
24 : *M.*
25 : *M.* [1157, 49]
26 : *M.*
27 : *M.*
28 : *M.*
29 : *M.*

---

[1] Cf *Carta Caritatis.*

Amantissimis in Christo patribus G[osvino] cisterciensi, B[ernardo] claraevallis abbatibus, totique capitulo cisterciensi ad honorem Dei congregato, Hugo [1] Dei gratia Hostiensis episcopus, unitatem spiritus in vinculo pacis.

Sicut sacra docet auctoritas, omnis caro fenum et omnis gloria eius quasi flos feni. Breves dies hominis sunt, transit homo velut umbra, numquam permanet in eodem statu, deficit ut fumus, cadit ut folium quod a vento rapitur. Decus Ecclesiae, pater iustitiae, amator religionis et patronus qui superborum et sublimium colla propria virtute calcaverat, qui super solium David et super regnum eius sedebat, ut Ecclesiam sibi commissam, quam ad sublimem statum reduxerat, confirmaret et corroboraret ; pater, inquam, noster ac defensor, felicis memoriae papa Eugenius, trabea carne exutus, VIII° idibus iulii carne immactatus [a] migravit ad Christum. Exivit Christo obviam in aera et sic semper cum Domino erit, agnum secuturus quocumque ierit. Cuius exequiae, praeter spem omnium, iam fere enim senatum adnihilaverat, praeter morem consuetum, ita per biduum sunt a clero et populo celebratae, ut iam crederetis regnantem cum Christo [b] in coelo, qui mortuus ita colebatur in terris. O quantus erat luctus omnium ! Quanta praecipue lamenta pupillorum et viduarum ! iam diceretis esse cum Deo, qui ita lamentabatur a populo. Procul dubio ereptus est a laqueis [c] venantium ; contritus est laqueus, et ipse liberatus est, raptus, ut credimus nos qui eius conscientiam noverimus, usque ad tertium coelum, non relinquens nos orphanos, ut quidam autumant. Rogabit enim Dominum [d] patrem et Unigenitum cum Sancto Spiritu [e] qui est Deus benedictus in saecula, cum quo est, pro nobis. Vos autem, de quorum collegio ipse est electus, ut sederet super principes terrae [f] et solium gloriae teneret, orate pro eo, constituite perpetua beneficia, ut Dominus sibi indulgeat et coronam [g] gloriae sibi augeat. Pro magistro et [h] fratre nostro similiter orate ; pro nobis vero qui in hac valle

[a] immaculatus : *edit.* [b] cum Christo : *deest in edit.* [c] de laqueo : *edit.*
[d] Deum : *edit.* [e] Spiritu sancto : *edit.* [f] terrae : *deest in edit.*
[g] corona : *edit.* [h] pro bonae memoriae fratre : *edit.*

[1] Hugo Catalaunensis, monachus claraevallensis, abbas Trium-Fontium in dioecesi Catalaunensi, Cardinalis creatus ab Eugenio III, † 1158. *BB.* I, 2211; Gams, *SE.* pg. V ; Ughelli, *Italia sacra.* t. I, p. 64.

miseriae, in hanc regionem [i] dissimilitudinis et in medio pravae nationis remansimus et pro Ecclesia romana, quae ex tam alto gradu tam brevi spatio usque in profundum abyssi [j] fere cecidit, nihilominus rogamus oretis, ne demergatur in profundum huius magni maris, in quo sunt reptilia quorum non est numerus. Praeterea vos [k] obnoxie rogamus quatinus, si parvitas nostra quidquam in oculis vestris potest, petitiones quas latores praesentium pro domo Sancti Anastasii [1] et pro domo Novaefossae [2] et pro domo de Casamarii [3] vobis facient, benigne et efficaciter exaudiatis. Alioquin sciatis quod inde magnum sentitis [l] scandalum.

II. EPISTOLA GOZVINI ET CAPITULI CISTERCII AD ANASTASIUM IV, DE POSSESSIONIBUS MONASTERII SANCTI-ANASTASII.

Haec epistola legitur in iam laudato ms. 1402 (P^8). fol. 2v, et edita fuit a Loewenfeld in *Archivio della Società romana di storia patria.* t. IV, pg. 403.

Domino et patri reverendissimo Anastasio[4] dei gratia Summo Pontifici, frater Gozoinus cisterciensis [5] et humilis conventus abbatum in capitulo congregatorum, quicquid possit orationis et obsequii. Suscepimus scripturam reverentiae vestrae sed et decessoris vestri beatae memoriae domini Eugenii pro fratribus Sancti-Anastasii. Audita proinde eorum necessitate, non tamen praesumpsimus apponere manum aut confirmandae dispensationi aut fratribus revocandis, quod absit, propter illas incommoditates. Quo circa supplicamus vestrae Beatitudini ut domum ipsam secundum domini Innocentii donationem et domini Eugenii confirmationem Claraevallis ecclesiae et ordini nostro, in his quae ad animarum curam et disciplinam religionis pertinent,

[i] hac regione : *edit.* [j] abyssi inferni : *edit.* [k] vos : *deest in edit.*
[l] sentitur : *edit.*

[1] Abbatia SS. Vincentii et Anastasii, in suburbio romano. Janauschek. *OC.* p. 62.
[2] Abbatia Fossae Novae in dioecesi Terracinensi. *OC.* p. 37.
[3] Abbatia de Casamario in Campania romana. *OC.* p. 58.
[4] 1153-1154.
[5] 1152-1155

confirmetis. De facienda autem dispensatione ut possessiones suas retineant in beneplacito vestro et in vestra relinquimus potestate, ut vestra auctoritas et dispenset et facta confirmet dispensationem.

III. EPISTOLA EORUMDEM AD BENEDICTUM PRIOREM ET CONVENTUM MONASTERII SANCTI-ANASTASII, DE EODEM NEGOTIO.

Ex eodem ms. 1402, P^8, fol. 3 ; edit. Loewenfeld *ibidem*, ut supra.

Frater Gozoinus cisterciensis et humilis conventus abbatum in capitulo congregatorum. Dilectis fratribus Benedicto priori et conventui, salutem in domino.

Venerabilis frater noster Everardus, abbas vester, statum domus vestrae et omnes incommoditates nobis diligenter exposuit, sed et litteras patris nostri beatae memoriae Eugenii et domini, qui nunc est, Anastasii, nobis ostendit ad idem negotium pertinentes. Compatimur vestrae necessitati nec relevationem vestram ullo modo nobis credimus praesumendum, tum propter devotionem domini Innocentii qui locum dedit, tum propter singularem reverentiam domini Eugenii qui in eo strenue conversatus et ex eo assumptus est.[1] Attamen veriti sumus necessariae licet dispensationi manum nostrae confirmationis apponere, ne praesumptionem redolere aliquibus videatur. Scripsimus autem ad dominum Papam, ipsius arbitrio et potestati dispensationem hanc relinquentes, ut quae ipse inde fecerit et apud nos et apud vos ratum deinceps sine aliquo scrupulo teneatis de his possessionibus, quas in praesenti habetis, ita ut cura animarum et disciplinae custodia nobis ab eodem Summo pontifice confirmetur.

---

[1] « Labente saeculo XII quum incolis aeris intemperie, quam aquae Salviae pariebant, consumtis vacuum esset, ab Innocentio II forsitan iam a. 1136 restauratum et tandem S. Bernardo... in papale quasi praemium compositi ab eo schismatis... traditum atque VIII cal. Nov. 1140 a... monachis Claravallensibus occupatum est... Confratribus divus abbas discipulum suum praefecit Bernardum de Paganellis (de Monte Magno), qui quinque annis in S. Anastasii regimine peractis ad tiaram vocatus est, Eugenii III nomine non mediocrem sanctitatis et sapientiae famam assecutus ». (Janauschek, *OC*. p. 62).

IV. EPISTOLA SANCTAE HILDEGARDIS AD CAPITULUM CISTERCIENSE

Albericus monachus Trium Fontium in suo Chronico ad annum 1153 haec habet : Eodem anno, quaedam virgo Christi Hildegardis de Alemannia, cum esset valde magni nominis, Spiritu Sancto inebriata, per Capitulum et seniores cisterciences, qui litteras suas ei miserant, siscitata et rogata, ut secundum quod Deus ei manifestaret, rescriberet eis si quid esset in Ordine quod Deo displiceret, rescripsit epistolam istam in persona Domini nostri Iesu Christi cisterciensi Capitulo in haec verba : [a] Ego fons vivus, dico ad illos, [b] qui propter nomen meum tunica mea induti, peregrini sunt in vexatione [c] mundi. O quam [d] plangendum et lugendum, quod celum ruptum est, et quod dies obscurus [e] est ! Nunc ergo denarius revocandus est in atrium vocis laudis. O filii Israël, quare corrumpitis dulcissimam charitatem, quae in me alto in profundum aspiciente fluit plenissimo opere. Et quia ipsa fluit in me, ideo fluunt etiam de ipsa aquae vivae. Ipsa autem stat in forma virgae, quia sicut in virgine dulcissimi amplexus sunt propter integritatem eius, sic etiam charitas habet dulcissimos amplexus virtutum. Sed modo luget, quoniam temerarii scindunt illam per garrulitatem murmurationis suae. Unde etiam fugit ab eis in altitudinem illam unde venit et plangit, quia filii ipsius, quos plenis uberibus enutrivit, deficiunt, nolentes tergi a putredine volantium mentium. O ipsi miseri : quare adiungunt se miseriae alienationis et peregrinationis, auferentes se de visceribus regalium nuptiarum novae sponsae, quae semper preparata est Sponso suo, sicut virgo viro suo, cum illi nondum in cognitione coniuncta est, sed cum adhuc in integritate sua incorrupta manet ; et isti a sponsa illa se separant, et ideo obtenebrati et obnubilati sunt, quasi celum fregerint. Quid est hoc ? Sicut firmamentum celi in omnibus ornamentis suis, scilicet in sole, in luna et stellis illustrat orbem ; et sicut faber de lignis facit ligna, de lapidibus lapides, et de aliis

[a] Cf. *MGH. Scriptores*, t. XXIII, p. 842. *ASS.* t. V. sept. p. 638. Epistolae prima pars apud Migne legitur, *PL.* t. CXCVII, col. 380 epist. 144 ; secunda pars apud Pitra, *Analecta sacra...* t. VIII, p. 334, iuxta codicem Wisbadensem, et nota quod editor iste ponit dictam epistolam c. 1172. [b] dico ad illos : *desunt apud PL.* [c] venatione : *MGH.* [d] quam : *deest apud PL* [e] obscuratus : *PL.*

instrumentis alia instrumenta, sic et isti deberent reliquo populo lucere et bonum iter ostendere; sed charitas in eis scissa est, ita quod virginitas quae deberet in eis lucere sicut sol, et viduitas sicut luna, et reliquus populus sicut stellae in lumine suo, deficiunt, quia dulcia materna viscera illos non calefaciunt, sed tortuosa mulier plena rugis et nigredine, plena vipereis moribus ac stridentibus dentibus horribilis existens in his omnibus quae facit, pessime istos secundum mores porcorum emittit; qui debuerunt sancti et electi et relinquentes seculum esse. Ipsi enim vestem innocentiae scindunt in semetipsis in spinatis moribus, in iracundia, et corrumpunt vitalia sua in ira. Viventes oculos suos in desperatione excaecantes et omnia indumenta sua per stultitiam morum coinquinantes, et se sapientes super magistros suos existimantes. Heu! heu! filii Israël, in primo ortu vestro nonne [a] constituit vos sicut mysticum donum Dei, [b] quoniam mitissimus Pater voluit in vestro angelico Ordine antiquum serpentem superare, qui pessimum morbum praesumptionis, velut putridum cadaver, in seipso evomuit? O pulchri flores, et socii angelorum, quare comeditis cibos serpentis, videlicet in alterutrum quaerentes torpentem et furentem [c] societatem magnorum schismatum, quasi mortiferum scelus? Et cur ascenditis inquietos mores [d] frequentis interrogationis, et investigationem multarum vanitatum, non discernentes unicuique homini datum suum, secundum mensuram suam? Ambulate convenientia et aperta itinera, sine volante vento sparsionis. Sed vos ubicumque vanum montem invenitis, illum apprehenditis, et eum confirmatis sine mora, et in eo fabricatis, ab eo non cessantes, sed in vanum in ipso laboratis, sicut et inutilis faber, qui inutile vas componit, quod stare non potest, quia instabile est. Nunc ergo, o filioli mei, apprehendite pulchram matrem vestram, scilicet amicam meam charitatem, et amplectimini eam.

Dico autem vobis: Quidam in velocibus equis sedentes, et pretiosis et fortibus armis armati fulgentes, ad Occidentem se verterunt, ut contra illos pugnarent qui ab Occidente veniebant. Ad dexteram eorum vallis erat multae longitudinis; velut pro-

---

[a] non: *PL.* [b] sic mysticum et aureum: *PL.* [c] ferentem: *cod. Wisb., quod corrigit Pitra addens in nota: sed quorsum haec? Pertinere videntur ad schismata germanica sub Frederico Barbato, in quibus torpor et furor simul grassabantur. quo etiam fortasse spectat visio mox fuse enarrata.* [d] *Nil mirum si legeris:* montes, *ob sequentia. (Pitra).*

funda via erat; et ad sinistram eorum, silva magna et alta, tota in ramis suis nive perfusa. De qua plurimi homines, parvi et inermes, exeuntes, ut armatos illos viderent, in silvam multo pavore fugerunt, dicentes : Wach ! qui sunt isti [a] ? Sed ut ipsi eisdem armatis terrorem incuterent, magnos strepitus et sonitus in eadem silva faciebant. Unde quidam eorumdem armatorum indignati, gladios suos extrahentes, eos ad feriendum vibrabant. Et facta est vox ex alto dicens : Convertite gladios vestros in vaginas, usque ad tempus temporum eradicationis. Et illi gladios suos in vaginas remiserunt. Et ecce quidam alii, toto corpore nudi, in equis sedentes, circa pectus et circa ventrem modico panno tantum obtecti, venerunt. Quos ut illi qui in silva erant viderunt, ad ipsos cucurrerunt, et equos eorum per collum et per caudas capientes, sed et ipsos nudos per crura et per pedes eorum tenentes, magnos saltus et cachinnos in lusibus suis cum illis et illi cum istis faciebant, dicentes : O socii, nobiscum ludite. Deinde quidam illorum armatorum, armis suis fatigati, ad vallem hanc quae iuxta ipsos erat, diverterunt ; et de equis descendentes, et arma sua quae multo fulgore radiabant exuentes, ea deposuerunt. Et ita in otio in eadem valle sedentes, dixerunt : Quis potest cum his parvulis semper pugnare ? Sinamus ergo eos ludere. Quod ut idem parvuli homines in silva euntes viderunt, ad ipsos cucurrerunt, et ludos suos circa eos faciebant. Sed isti nec cum illis ludebant, nec eos a se discedere cogebant ; sed tantum armis suis depositis, in otio sedebant, ludos istos inspicientes. Et iterum sonuit vox ex alto dicens : Isti qui arma sua deposuerunt, non debent vocari principales magistrati in palatio regis, quia fatigati sunt ad praelium.

Nunc, o filii mei, attendite, intellectus iste est ad vos. Nam boni et utiles praelati et caeteri qui saecularia contemnunt, in veloci cursu bonorum operum, cum diligenti custodia armati, sedent, ut contra diabolum pugnent. Ad dexteram eorum est via rectitudinis, et ad sinistram inquietudo multarum vicissitudinum, de quibus multa vitia procedunt ; quae eosdem armatos multociens territa fugiunt, et multociens eis terrorem suum in insania sua incutiunt. Unde quidam eorum indignati, cum iniuriam sibi illatam patienter sufferre nolunt, se ad vindictam praeparant ; sed divina inspiratio eos monet, ut quiescant, us-

[a] qui sicut isti : *cod. Wisb. quem corrigit Pitra.*

quedum Deus per gratiam suam easdem iniurias eradicet. Et sic a commotione vindictae suae cessant. [a] Et quidam alii qui terrena despexisse videntur, in vanum hoc modo se curare ostendunt, cum nudi a bonis operibus sint, quamvis se in simulatione tegant : quapropter et vitia illa eos derident, et cum eis in magna irrisione ludos suos exercent. Sed et quidam praedictorum praelatorum et caeterorum, qui terrena omnino despexisse debuerant, taedio fatigantur, et in recto itinere diligentiam bonae custodiae deserunt, et negligenter vacantes, dicunt quod cum vitiis illis semper pugnare non possint. Unde et eadem vitia eis illudunt ; sed tamen ipsi nec illa pleniter suscipiunt, nec omnino a se ire faciunt : sed in torpore negligentiae sedent. Quapropter, ut aperte ostenditur, nec utiles magistri, nec utiles pugnatores coram Deo sunt, quia ad salutem suam in taedio torpescunt.

Intellectus iste, o sectatores tunicae meae, ad vos tendit. O spiritales populi, qui dicitis vos bene et recte incedere, cur non imitamini opera Agni, qui fuit mansuetus, mitis, humilis, castus, et obediens praecepto Patris sui, et patiens ad sacrificium corporis sui pro nobis. Surgite ergo, sicut vos primum plantavit mysticum donum Dei ad consortium angelorum. Vos enim interdum nescitis quid facitis, volentes montem ascendere, quem apprehendere non potestis, unde etiam interdum ruitis in vallem, quia incipitis quod perficere non potestis. Sed et in mente vestra inquieti estis, volentes sancti esse, ubi non sunt merita, nec merces boni et recti operis. Quapropter estis sicut alieni, qui volunt habere quod non possunt capere. Convalescite ergo, et confortate corda vestra, et currite vias Dei, quoniam merces dabitur illi qui operatur, non illi opus quaerit, quasi illud videat in speculo, unde etiam decipitur in aestimatione sua.

1154

Sequentia statuta anni sunt incerti, sed ad annum 1154, vel 1155, vel 1156 pertinere videntur, siquidem inter documenta leguntur quae post 1153 et ante 1157 scripta fuerunt, nempe in supra laudato ms. 1402, Bibl. nat. Parisiensis, fol. 3 : *P*[8].

---

[a] cessat : *cod. Wisb.*

Quando in crastinum nihil agetur de dominica R[e]m[anente] de IIII dominicis ultimis quae de XX et VIII supersunt quia non habent propria officia, nullum legendum est. 1

In vigiliis Pasche et Pentecostes in primo loco pronuntietur officium de nona. 2

Qui ex indulgentia sedet in choro antiphonam aut psalmum imponat in ordine quem ei ex indulgentia competit, non autem quo ad conversionem venit. 3

Pro ovibus tondendis aut pro vindemiis non eant monachi ad grangias. 4

Monachi vocati ad mensam abbatis si hospitibus supervenientibus revertuntur in refectorium, non amittant versum. 5

Monachus qui in levi culpa fuerit, omnibus horis intersit toto corpore prostratus satisfaciens ; si autem festum fuerit, inclinet tantum. 6

Laici et novicii non legant ad collationem. 7

Nemo fideiussor fiat pro aliquo nisi ordinis nostri. 8

Nemo fidem det nec iuramento quid confirmet. 9

Nemo clamorem [1] aut litteras pro saeculari vel alterius ordinis contra aliquem nostri ordinis deferat. 10

Ante orationem nemo aliquem osculetur. 11

Monachi vel conversi qui ad grangias pergunt ea die reddituri ad grangiam prandeant. 12

Abbas qui perdit collationem ad gradum ibit. 13

In antiphona *Clementissime Domine*, ad : *Domine miserere super peccatore* petat conventus veniam super genua. Si autem in luteo loco steterit, super articulos tantum inclinet. 14

Visitatores non audiant confessiones nisi patres abbates fuerint. 15

Si quem novitium XV annos aetatis aut eo amplius habentem facies sua aut totius corporis qualitas suspectae aetatis reddiderit, a patre abbate poterit eiici. 16

Minuti in aestate post evangelium mixtum sumant, quando conventus ieiunat. 17

Qui egressus foris ordinatus fuerit, ordines quos foris accepit, in perpetuum amittet. Administrare tamen poterit in ordinibus illis quos prius habuit, si abbas voluerit. Si autem sacerdos fuerit, ultimus sit in ordine sacerdotum. Hic, si quando vice diaconi ministraverit, uno solo humero utatur stola. 18

[1] Clamare, accusare ; *DC.* II, 349.

19 Adolescentiores abbates non cito ordinentur.

20 Novitii non pernoctabunt ad grangiam tempore messionis.

21 In purificatione ad candelas osculetur manus abbatis.

22 Sepultus erga quem proprietas inventa fuerit de atrio eiiciatur. Conscii per totum annum ieiunent VI[a] feria in pane et aqua, et sint ultimi in ordine suo.

23 Spondere vel respondere pro saecularibus, sive ex coactione vel impositione dare aliquibus potentibus personis, non licet.

24 Non conceditur mulieribus pernoctare ad fores nostras nec in aliqua domo nostra extra portam, etiam si extra curiam fuerit. Si tamen talis matrona fuerit quae digna videatur, ad villam comedat et necessaria ei ministrentur. Quod si non consenserit, nihil ei humanitatis exhibebitur, immo a nostrarum orationum communione excludetur.

25 Si quis de ordine exierit vel proiectus fuerit, si lepra in saeculo tactus fuerit, nihilominus usque tertio recipiatur.

26 Ubi plures abbates fuerint, unus solus loquatur et ille pitantias [1] mittat non alii.

27 Quando sacerdos ministrat vice diaconi, stola non sicut diaconi sed circa collum utatur.

28 Prohibeantur multiloquia monachorum in adventu abbatum.

29 Anniversarius dies abbatis [2] pronuntiandus est.

30 Praecipua festa intelligenda sunt in quibus habetur sermo in capitulo.

31 Scriptores extra terminos non scribant, non libros ligent, nec hostiae fiant.

32 Defuncto quolibet nostri ordinis abbate, excepto cisterciensi, abbas ad cuius curam defuncti specialiter pertinet locus advocetur ut eius praesentis consilio regularis a fratribus fiat electio. Quamcumque vero personam de quovis cenobiorum cisterciensium elegerint sine contradictione recipiant ; nam de ceteris monasteriis abbatem sibi sumere, aut suos aliis ad hoc ipsum monachos dare cisterciensibus non licet [3].

33 Pro pace Ecclesiae dicant monachi singulis diebus psalmum *Deus misereatur*. Ad *Gloria Patri* flectant genua, deinde *Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison, Pater noster, Fiat pax in*

---

[1] Pitantia, seu pictantia : portio monachica in esculentis ad valorem unius Pictae (parvae monetae) *DC*. VI, 313.

[2] Sc. defuncti, cf. ann. 1152, n° 8,

[3] Cf. *Charta Charitatis*.

virtute, Et abundantia, Domine exaudi orationem, Et clamor, Oremus, Ecclesiae tuae Deus preces placatus admitte ut destructis adversitatibus universis secura tibi serviat libertate. Per Dominum. Hoc ipsum dicant qui in via sunt. Ad omnes vero missas, praeter ad maiorem in festis diebus, dicatur : *Ecclesiae tuae Deus,* et veniam petant omnes ; laici dicant *Pater noster,* et *Miserere.* Et hoc tamdiu fiat donec Deus pacem restituat.

Pro rege Franciae et episcopo Cenomanensi fiet, cum obierint, **34**
quantum pro monacho.

Ad missas privatas dicent sacerdotes pro regibus propriam **35**
collectam tribus diebus ; si propria defuerit, aliquam de familiaribus.

1156

EPISTOLA CAPITULI GENERALIS CISTERCII AD MATHILDEM IMPERATRICEM, MATREM REGIS ANGLORUM.

Extat haec epistola apud Somménil, *Chronicon Valassense truncatum a R. P. Arturo du Monstier in sua Neustria pia.* Rothomagi, 1868, p. 103, ex charta ms. Archivi publici regionis Seine-Inférieure.

Dilectae in Christo Dominae M[athildi] [1] imperatrici et matri regis Anglorum [2] Fr[ater] L(ambertus) [3] vocatus abbas de Cistercio et totius conventus abbatum Cisterciensis capituli, perpetuam in Domino salutem cum orationibus.

Quia transit ad memoriam posterorum scripturae beneficio quod ex processu temporis antiquatur [a] et senescit, tam sequentium quam praesentium, memoriae alligare curavimus, quod assensu communi et beneplacito omnium nostrum, abbatiam de Voto, [4] sine omni controversia et retractatione tam abbatis de Eleemosyna [5] quam abbatis de Bordesleia, [6] abbati de Mortuo-

[a] antiquiscitur : *Somménil,* p. 104.

[1] † 1167. *BB.* II, 3125

[2] Henricus II, † 1189. *BB.* I, 2055.

[3] Lambertus ex abbate Clarifontis et postea Morimundi, factus abbas Cistercii ann. 1155 ; cedit ann. 1161 et Morimundum revertitur ubi † 1163. *BB.* II, 2738.

[4] Abbatia de Valassia quae interdum de Voto dicitur. *OC.* 140.

[5] In dioecesi Carnotensi, postea Blesensi. *OC.* 10.

[6] Bordesley, in dioecesi et comitatu Wigorniensi in Anglia. *OC.* 53.

Mari [1] concessimus, et vestrae pacis et voluntatis intuitu [b] ipsam concessionem sigillo nostro confirmavimus [2].

1157

1 Abbatibus et monachis qui in via sunt vel in grangiis, si [a] conventus defuerit, licet simul cantare [3] horas de S. Maria, et officium pro defunctis [b].

2 Nullus abbas alienum monachum de Ordine nostro faciat ordinari sine consensu abbatis sui.

3 Non licet monacho in proxima grangia pernoctare, nec pro capitulo tenendo [a], nisi distet ab abbatia per dimidiam leugam. [b]

4 Qui lanam vel aliud vendunt, non ideo amplius accipiant quam credunt, nec [a] ultra quindecim dies ibi morentur.

5 Nullus abbas guerrientibus aliquid det vel accommodet tempore guerrae.

6 Vadimonia [4] sive gageriae [a] ulterius non accipiantur, exceptis decimis propriis, feodis et pasturis [b].

7 Abbas vel monachus Ordinis nostri non baptizet infantem; nisi in articulo mortis, si [a] presbyter defuerit.

8 Qui greges porcorum nutriunt, alios deinceps porcos non emant ad ducendum in alienas pasturas.

9 Numquam deinceps fiat mensuratio leugarum [a] funibus vel [b] perticis, sed visu arbitrorum omnis de hoc querela terminetur.

---

[b] intuentu : *Somménil*, p. 104. interventu ?

1 : *D³L¹MOP⁴*. [a] si conventus defuerit : *deest L¹*. [b] et officium pro defunctis : *deest O*.

2 : *D³L¹MOP⁴*.

3 : *D³L¹MOP⁴*. [a] ineundo : *L¹*. [b] leucam : *L¹*.

4 : *D³L¹MOP⁴*. [a] nec ultra... etc : *apud O tantum*.

5 : *D³L¹MOP⁴*.

6 : *D³L¹MP⁴*. [a] grangiae : *L¹*. [b] Prohibemus ne vadimonia ulterius recipiantur ; qui vero iam acceperunt quam citius potuerint se ab eis expediant ; in accipiendo autem pretio vadimonium provideant ne peccatum acquirant : *O*.

7 : *D³L¹MP⁴*. [a] vel si : *D³*.

8 : *D³L¹MP⁴*.

9 : *D³L¹MP⁴*. [a] leucarum : *L¹*. [b] aut : *L¹*. [b] aut : *L¹*.

---

[1] In dioecesi Rotomagensi. *OC*. 48.

[2] De hoc negotio cf. Manrique, *AC*. ann. 1156, cap. VI, nº 9.

[3] i. e. recitare. *DC*. II, 101.

[4] Vadimonium, vadium, guadia : pignus, fideiussio. *DC*. VIII, 227.

Novem dies [a] possunt feminae nostras intrare basilicas, cum noviter dedicantur. 10

Coria emere licet etiam ultra quatuor dietas in nundinis nominatis. 11

Portas vel ostia ecclesiae suae albo colore qui voluerit, poterit colorare. 12

Abbates qui ad Capitulum non venerint, nec miserint [a] eo anno quo debent venire, a die Capituli Cisterciensis in stallum abbatis non intrent, et omni sexta feria ieiunent in pane et aqua, donec Cistercium venerint. 13

Nullus abbas vel monachus sive [a] conversus nostri ordinis extra infirmitoria nostri ordinis carnes comedat. Quod si [b] alicuius episcopi iussu, vel indignatione, aut excommunicatione fecerit, pro singulis vicibus quibus carnes comederit, tres dies ieiunet in pane et aqua, et hanc poenitentiam praecipienti praedicat. Et si abbas est, in capitulo Cisterciensi inde veniam petat ; si monachus vel conversus, in suo capitulo. 14

Cruces cum auro non habeantur, nec tam magnae quae congrue non portentur ad processionem, sed [a] ad altare ponantur. Item aureae vel argenteae cruces notabilis [b] magnitudinis non fiant. 15

Turres lapideae ad campanas non fiant. Domus extra portam cadant. 16

Quando aliquis episcopus in ecclesia nostra missam celebrat, monachi nostri non induant cappas vel dalmaticas. 17

Quotiens pronunciantur in capitulo festivitates S. Mariae, videlicet Assumtio, Nativitas, Purificatio, et Annunciatio dominica, inclinetur ab omni conventu. 18

Coria tannata nec nostra nec aliena nulla omnino nobis licet vendere, neque lanas quas emerimus. 19

---

10 : $D^3L^1MP^4$. [a] diebus : L^1

11 : $D^3L^1MP^4$.

12 : $D^3L^1MP^4$.

13 : $D^3L^1MP^4$. [a] venerunt nec miserunt : L^1.

14 : $D^3L^1MP^4$. [a] vel : L^1. [b] etiam pro : L^1.

15 : $D^3L^1MP^4$. [a] et : D^3L^1. [b] notabili : D^3L^1.

16 : L^1MP^4.

17 : $D^3L^1MP^4$.

18 : $D^3L^1MP^4$.

19 : $D^3L^1MP^4$.

20 Qui per dominum papam vel alios episcopos vel alios [a] principes petunt aliquid a Capitulo contra formam ordinis, nullomodo petita obtineant. Si quid tamen obtinendum videtur, hoc modo [b] in manu capituli sit, ut alteri cui Capitulum voluerit tradat.

21 Campanae nostri Ordinis non excedant pondus quingentarum librarum : ita ut unus pulset, et nunquam duo pulsent simul [a].

22 Nullus de ordine nostro pro aliqua persona vel ecclesia, nisi forte de ordine nostro, fideiussorem vel responsorem se constituat.

23 Nullus nimis juvenis et puerili facie abbas constituatur.

24 Temporibus quibus prandetur [a], licet monachis etiam non accepta licentia prandere in grangiis eiusdem domus.

25 Abbati non detur osculum, nisi prius oratione facta.

26 Qui in levi culpa est, de labore remaneat propter satisfactionem. Qui etiam cum satisfacit, toto corpore extenso prosternatur quando conventus prosternitur super formas. Ceteris vero diebus stans incurvetur.

27 Nemo clamorem [1] vel litteras pro quolibet saeculari, contra aliquem ordinis nostri ad Capitulum deferat.

28 Potest pater abbas eiicere novitium ubi inordinate receptum invenerit ; non enim debet novitius recipi minus quam decem et octo annos habens, nec talis quem ter in die comedere opus sit.

29 Artifices intra claustrum vel tam prope operentur ut ad horas regulares possint occurere.

30 Aliquis monachus [a] lapsus in fornicationem [b] et publicatus, in ea domo ubi hoc ei accidit non remaneat, sed in aliam domum ordinis nostri transmittatur, ad priorem non reversurus, nisi per generale Capitulum.

---

20 : *D³L¹MP⁴*. [a] alios : *deest* *D³L¹*. [b] si quid tamen hoc modo obtinendum videtur : *D³L¹*.
21 : *D³L¹MP⁴*. [a] numquam simul pulsentur duae : *D³L¹*.
22 : *D³L¹M*.
23 : *MP⁴*. [a] cf. ann. 1154, nº 19.
24 : *D³L²MP⁴*. [a] prandemus : *L¹*.
25 : *D³L¹MP⁴*.
26 : *D³L¹MP⁴*.
27 : *D³L¹MP⁴*.
28 : *D³L¹MP⁴*.
29 : *D³L¹MP⁴*.
30 : *D³L¹M*. [a] vel conversus : *D³L*. [b] fornicatione : *M*.

---

[1] i. e. accusare. *DC*. II, 349.

Veniam petat in capitulo qui lectionem, vel responsorium, aut *Venite* alii iniungit, si tamen extra chorum non est. 31

Abbatum nostrorum anniversarium in capitulo pronunciamus. 32

Cum ex regulae auctoritate [1] duobus pulmentis coctis debeamus esse contenti, et ipsa propter diversorum infirmitates concedantur, ut qui ex uno non possit, ex alio reficiatur ; honestum satis est et consentaneum rationi, ut occasione abbatum vel hospitum, si forte supervenerint, modum non transgrediamur ; sed sicut ait B. Benedictus, servata in omnibus parcitate vivamus. Statuimus itaque ut nulli abbati vel monacho, vel converso ordinis nostri, vel in refectorio, vel in hospitio, vel in grangia, vel ubicumque nos nobis escas ministramus, amplius quam tria pulmentaria demus ; sed neque hospitibus aliis, nisi forte adsit aliquis episcoporum vel principum. In refectorio tamen, si conventus vel servitores comedunt, licet abbati vel fratri hospiti quartum apponi pulmentum, si iussum fuerit, propter distributionem simul comedentium. Et sciendum quod flatones [2] et pastillos [3], vel caseum si non est in pulmento, pro pulmentis intelligamus. Butyrum vel poma quaelibet, aut herbae crudae in hoc numero non computantur. Infirmis hospitibus vel fratribus in infirmitorio non tenebitur lex ista. Si quis vero transgressus fuerit hanc constitutionem, si monachus est, una die sit in levi culpa, si conversus, una die in pane et aqua. 33

Abbates nostri Ordinis ad Capitulum venientes, si citra Alpes et mare habitant, sine monacho et garcione, sicut Cistercium veniunt, sic veniant. Qui ultra mare et Alpes [a] habitant, si plures adducunt in itinere, non eos adducant [b] in domos proximas Cistercii, de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle, de Morimundo, vel quae sunt inter eas et Cistercium, sed simpliciter sicut Cistercium veniunt intrent ad eas cum duobus equis et uno garcione [c] et famulo, si conversum non habent. Ipsis vero 34

---

31 : $D^3L^1MP^4$.
32 : L^1MP^4. [a] Cf. ann. 1152, nº 8 ; 1154, nº 29.
33 : $D^3L^1MP^4$.
34 : $D^3L^1MP^4$. [a] Alpes et mare : D^3L^1. [b] inducant : D^3L^1. [c] converso : D^3L^1.

---

[1] *Regula s. Benedicti*, cap. XXXIX.
[2] Flatones seu flantones : placentae species. *DC.* IV, 519.
[3] Pastillus seu pastellus : panificium carne aut alio edulio fartum ; *gall.* pâté. *DC.* VI, 201.

concessum est, ut si conversos suos vel alios mutatos in via infirmitate detentos ad Capitulum adducere non potuerunt, garciones suos Cistercium introducant.

35 Multa de mercatoribus nostris querela est, multa confusio. Quia tamen ad nundinas nominatas interdum mittere fratres nostros coemendarum mercium quibus utimur necessitas persuadet ; hoc saltem consentiamus, ut nihil omnino vendamus in eis ; sed cum vendimus res nostras ubi ubi, caveamus inhonestas commutationes [a], quas iterum venumdare debeamus, nec accipiamus in precio nisi aurum, argentum, aut nummos, vel tales merces quibus in ordine ordinate utimur. Constituimus etiam ne quoquo modo res nostras venales transmare convehamus.

36 Molendinos vel ceteras possessiones quas secundum ordinem tenere non licet, alicui personae concedi in vita sua, ut ad monasterium denuo revertantur, omnino non licet quia [a] non est hoc alienare a se possessionem, sed locare.

37 Pulli equorum sic vendantur, ut si frenum eis imponitur ut domantur, saltem sella eis non imponatur, ut ad currendum erudiantur, nec cooperturas habeant. Non ducantur ad vendendum extra fines abbatiarum vel grangiarum nostrarum, et cum mutaverint quatuor dentes, tunc vendantur antequam alios mutent, nisi forte ad proprios usus retinere velimus [1].

38 Crociones [2] id est vetulos boves emere conceditur, ne longius coria perquiramus, sed non pro hoc ultra dietam ab abbatiis vel grangiis nostris procedamus.

39 Ruptis [3] sicut interdicitur incisio, ita combustio [4].

40 Quicumque abbatum Ordinis nostri in adventu et quadragesima comederit vel pernoctaverit extra domos nostri Ordinis, nisi ab episcopo suo vel principe vocatus fuerit, vel causa abbatis infirmi

35 : *D³L¹MP⁴*. [a] mercium : *L¹*.
36 : *D³L¹MP⁴*. [a] quia non est... etc : *deest apud M.*
37 : *D³L¹MP⁴*.
38 : *D³L¹MP⁴*.
39 : *D³L¹MP⁴*.
40 : *D³L¹MP⁴*.

[1] Cf. ann. 1152, nº 18.
[2] Cf. *DC.* II, 624 qui huius vocis unicum hoc affert exemplum.
[3] Ruptus seu ruptuarius, i. e. colonus qui agrum seu terram rumpit, proscindit, colit. *DC.* VII, 237.
[4] Stigma, cum rei facies ferro calido notatur. *DC.* II, 421.

visitandi, vel novitii benedicendi, vel abbatis ponendi, vel scandali orti in aliqua domo nostra sedandi, vel pro pace terrae perrexerit, tribus [a] diebus ieiunet in pane et aqua.

Monachus vel conversus qui saecularem hominem in ira vel 41
pertubatione percusserit, uno anno sit ultimus in congregatione [a].

Servientes [a] saeculares qui cum abbatibus vel monachis seu 42
conversis nostris equites, seu pedites vadunt, tinctas vestes non hebeant, nisi nigras et acuminatos [1] cultellos non habeant, vel enses [b], nec notabiliter compti cum eis vadant. Si quis abbas vel monachus seu conversus tales duxerit, quamdiu eos secum habuerit, omni sexta feria ieiunet in pane et aqua.

Nullus eat ad curiam domini papae, nisi cum proprio episcopo, 43
nec monachum. nec conversum mittat sine consilio Capituli generalis. Quod si subita vel inevitabili necessitate praeventus hoc expectare nequiverit, fiat [a] hoc cum consilio domini Cisterciensis et quatuor priorum abbatum vel duorum si omnes adire non poterit [b].

Decretum est, et communi consilio confirmatum, ut apud 44
Divionem tam in eundo ad Capitulum quam redeundo, nullus abbas, monachus vel conversus pisces faciat comparari, nec pisces ibi tunc temporis manducare praesumat, etiam si transmissi fuerint vel donati, nisi cum episcopo manducet. Nullus etiam ultra duas candelas accensas parietibus affigat, nec conversum suum ad serviendum sibi flexis genibus adstare permittat.

Abbas qui dimiserit abbatiam suam, infra XXX dies profes- 45
sionem faciat, et nihil ex omnibus sibi retineat aut reservet.

De medicis monachis vel conversis ab olim statutum est, ut 46
extra domos suas pro medicinae opere non pernoctent, neque potionem saecularibus dent.

---

[a] octo : *L*¹.

41 : *L*¹*MP*⁴. [a] Monachus vel conversus qui se invicem in ira et perturbatione percusserint, uno anno sit ultimus in congregatione monachus, et incarceretur conversus : *D*³.

42 : *D*³*L*¹*MP*⁴. [a] Servientes : *deest D*³. [b] *L*¹ *add.* : non deferant.

43 : *D*³*L*¹*MP*⁴. [a] faciat : *L*¹. [b] nequiverint : *L*¹.

44 : *D*³*L*¹*MP*⁴.

45 : *D*³*L*¹*MP*⁴.

46 : *D*³*L*¹*MP*⁴.

---

[1] Acuminare : perpolire. *DC*. I, 66.

47 Monachos vel conversos artifices ad operandum saecularibus concedi non licet.

48 De abbatibus qui domos suas nimiis obligant debitis, dictum est ut pater abbas in visitationibus inquirat statum filiae domus tam in temporalibus quam in spiritualibus, et si intellexerit debita modum excedere, vel occasionem debitorum irrationabilem, inhibeat filium abbatem et arguat secundum quod viderit expedire.

49 Sarraceni nec vendantur, nec prohibemus [a] baptizari [1].

50 De pitantiis [2] antiquus ordo servetur, ut nullo die expetantur, neque fiant nisi ad arbitrium abbatis, nec per abbatem continuentur tribus diebus. Nullus praeter abbatem ipsius [a] loci et patrem abbatem, pitantias in grangiis faciat generales. Magister conversus vel hospitalis qui pitantiam fecerit generalem absque praecepto abbatis sui, per annum pitantia careat. Solitam pitantiam faciat hospiti, quae possit distribui duobus fratribus secundum ordinem. Prior, cellerarius, et magister conversorum similiter in grangiis non faciant generales pitantias.

51 Abstinentia in quadragesima ita observetur, ut omni sexta feria ieiunemus in pane et aqua, nisi forte sexta feria vel sabbato XII lectionum festivitas evenerit.

52 Monachus vel conversus cum necesse fuerit ipsum loqui in ecclesia, si praesens fuerit episcopus, petat ab eo licentiam ; sin autem, licentia abbatis sui vel prioris hoc faciat.

53 Qui de Ordine exeunt ita [a] ut Ierosolymam eant, vel aliam peregrinationem aliorsum faciant, vel seipsos qualibet occasione faciunt abscidi vel incidi, sine omni personarum acceptatione de domibus propriis amoti, mittantur in alias domos ordinis perpetuo numquam reversuri.

54 Qui ante vesperas vel post de abbatia ad loquendum exierit,

---

47 : *D³L¹MP⁴*.
48 : *D³L¹MP⁴*.
49 : *D³L¹MP⁴*. [a] prohibeantur : *L¹*.
50 : *D³L¹MP⁴*. [a] illius : *L¹*.
51 : *D³L¹MP⁴*.
52 : *D³L¹MP⁴*.
53 : *D³L¹MP⁴*. [a] ita : *deest L¹*.
54 : *D³L¹MP⁴*.

---

[1] Cf. ann. 1152, nº 25.

[2] Pitantia seu pictantia : portio monachica in esculentis ad valorem unius pictae. *DC.* VI, 313.

et eadem die reversurus ad collationem non venerit, tribus diebus sit in pane et aqua.

Eleemosynas Capitulo deferendas nullus quaerat, nulli dentur, sed omnium usibus, quibus missae fuerint, reserventur, aut dividantur. 55

Omnibus Ordinis nostri genus omne chyrothecarum tam de corio quam de panno interdicitur, exceptis artificibus, quibus illud genus conceditur, quod vulgo mitana [1] dicitur [2]. 56

Equi, boves, et carri [a] episcopis vel aliis saecularibus non commodentur. 57

Nusquam in Ordine nostro habeantur mulieres quae mulgeant. Qui eas deinceps habuerint, quamdiu eas habuerint sint in pane et aqua, tam abbates quam priores et cellerarii. Qui vero iam velatas habent, nullas ulterius recipiant. 58

Abbatiae quae non sunt creatae in Ordine, molendinos teneant quamdiu Capitulo visum fuerit; acquisitos autem postquam Ordini sociati fuerint, omnino dimittant. Qui eos deinceps tenuerint, quandiu eos habuerint, omni sexta feria ieiunent in pane et aqua. Priores et cellerarii sint similiter in pane et aqua [a] et cellerarius sit ultimus omnium. Id ipsum etiam de fullonibus sit dictum. 59

Sacerdotes noviter ordinati primas missas non nisi privatim cantare [3] praesumant. 60

Falsarii cartarum vel sigillorum qui inventi fuerint, si clerici sunt, non ministrent nisi ad privates missas; si vero laici, ultimi sint in ordine per annum et utrique omni sexta feria ieiunent in pane et aqua, et nemo instrumentis illis utatur. 61

Abbatibus Scotiae conceditur, ut quarto anno veniant ad Capitulum. 62

---

55 : $D^3L^1MP^4$.
56 : $D^3L^1MP^4$.
57 : $D^3L^1MP^4$. [a] canes : L^4MP^4.
58 : $D^3L^1MP^4$.
59 : $D^3L^1MP^4$. [a] omni sexta feria : L^1.
60 : $D^3L^1MP^4$.
61 : $D^3L^1MP^4$.
62 : $D^3L^1MP^4$.

---

[1] *Gall* : mitaine. *DC.* V, 245.
[2] Cf. *Institutiones Capituli generalis*. Dist. V, cap. 7, *No*, p. 311.
[3] i. e. recitare. *DC.* II, 101.

63 Ad sepeliendum [a], non nisi [b] fundatores recipiantur. Si quis tamen vivus adducebatur et mortuus est in via, nec sine gravi scandalo aut grandi periculo remitti potest ; qui eum sepelierit, [c] in proximo Capitulo confiteatur factum et necessitatem.

64 De ieiuniis quartae et sextae feriae in aestate sicut in regula [1] continetur, et sicut hucusque actum est, teneatur.

65 Minuti [2] et infirmi non petant privatas venias donec intrent chorum, excepta oratione quadragesimae.

66 De diutius habitare in grangiis, quia multae sunt necessitates et certa diffinitio dari non potest, super conscientias abbatum relinquitur ut provideant secundum formam Ordinis ne scandalum oriatur, vel in sua domo vel in vicinis, alioquin a vicinis proclamati dure corripiantur.

67 Licet communicare conversos ab abbatia longe remotos extra abbatias in domo religiosorum, et cineres benedictos ad grangias ferre, si abbati visum fuerit.

68 In festis transpositis laborent conversi.

69 Servitoribus infirmorum post completorium in conventu cantatum, quando serviunt episcopis vel abbatibus nostri Ordinis, liceat bibere in refectorio vel ante refectorium.

70 Nullus accipiat hominium [3] vel fidelitatem de terra ad altare.

71 Licet conversis quatuor tunicas habere, si abbati visum fuerit [4].

---

63 : *D³L¹MP⁴*. [a] Ad sepulturam : *L¹*. [b] tantum nostri, *D³*. [c] sepelient... confiteantur :

64 : *L¹MP⁴*.

65 : *O*.

66 : *O*.

67 : *O*.

68 : *O*.

69 : *O*.

70 : *O*.

71 : *O*.

---

[1] *Regula S. Benedicti*, cap. XLI.

[2] Minuere sc. sanguinem. *DC*. V, 403.

[3] Hominium est servitium, seu obsequium quod homo, seu cliens, vel servus domino suo praestare tenetur. *DC*. IV 215.

[4] Cf. *Usus conversorum*, cap. XVI *No*. p. 241.

1158

Unus tantum codex, nempe *O*, quindecim statuta huic anno assignat et ex his iam undecim citata sunt tanquam ad annum praecedentem pertinentia, testibus supradictis codicibus D^3 L^1 P^4 et illis quibus ipse Martène usus est pro suo *Thesauro* conficiendo *(M)*.

Abbas vel monachus... etc. *ut ann. 1157, nº 7.* **1**

Qui greges..., etc. *ut ann. 1157, nº 8.* **2**

Qui equos habent et pullos, vendant eos antequam frenum vel sella imponatur eis, praeter eos quos ad usus proprios retinent[1]. **3**

Vetulos boves quos nominant crociones non emant fratres nostri Ordinis ut vendant[2]. **4**

Pelles nullas silvestres operentur fratres nostri, nec catinas, nec coninas, nec varias, nec grisias[3], seu alias eiusmodi, etiamsi qualibet occasione habere contigerit, nam omnino emere non licet. **5**

Nusquam deinceps... etc. *ut ann. 1157, nº 9.* **6**

Novem dies... etc. *ut ann. 1157, nº 10.* **7**

Coria emere... etc. *ut ann. 1157, nº 11.* **8**

Qui portas... etc. *ut ann. 1157, nº 12.* **9**

Abbates qui ad Capitulum... etc. *ut ann. 1157, nº 13.* **10**

Nullus abbas... etc, *ut ann. 1157, nº 14.* **11**

Cruces cum auro et argento non portentur ad processionem[4]. **12**

Turres... etc. *ut ann. 1157, nº 16.* **13**

Domus extra portas cadant. Vandengiae[5] non de corio sed de panno fiant. **14**

Quando aliquis episcopus... etc. *ut ann. 1157, nº 17.* **15**

* * *

Ad hunc etiam annum referri videtur militiae Calatravae admissio, ut vult Manrique.

---

[1] Cf. ann. 1157, nº 37.

[2] Cf. ann. 1157, nº 38.

[3] Catinae pelles : *gall.* peaux de chats. *DC.* II, 231 ; coninae : *gall.* peaux de conins ou lapins, *DC.* II, 506 ; varias grisias : *gall.* vair, gris ; pelles in pretio habitae. *DC.* IV, 113. — Cf. *Usus Conversorum,* cap. XXII, *No,* p. 241.

[4] Cf. ann. 1157, nº 15.

[5] Vel Wandangiae : perones seu indumenti genus tibias et pedes operiens. *DC.* VIII, 401.

« Porro ex ratificata translatione a Raymundo facta, conventus ex Fiterio ad Calatravam, per generale Capitulum Cistercii praesentis anni, quod ex regis Sanctii interventu plane deduximus : liquidoque constat, ab eodem item Capitulo militare institutum sibi unitum, acceptumque, ut sicut ad alia opera religiosi laici, sic etiam et ad bellum, contra inimicos crucis reciperentur ». (*AC.* ann. 1158, cap. II, nº 9 ; t. II, p. 307).

1159

Textus ex solo fonte *O*. Recole de hoc codice superius dicta, ann. 1158.

1 Quotiens in capitulo... etc. *ut ann. 1157, nº 18.*

2 Coria tannata... etc. *ut ann. 1157, nº 19.*

3 Conversi qui mantellos habent de novo panno vel pellibus novis quod est contra usus, [1] nullo modo eis dimittantur. Si rebelles sint, interim non communicent et ultimi in ordine constituantur.

4 Si fugitivum aliquem in domibus nostris morientem confiteri contigerit, secundum quod visa fuerit penitentia eius et contritio cordis, fiat ei.

5 Qui per dominum papam... etc. *ut ann. 1157, nº 20.*

6 Magister cementariorum, sutorum, vel eiusmodi artificum loquuntur diebus quibus non laborant cum subditis suis et horis vespertinis quibus se disiunxerint ab operibus suis : Exordinatio est, ultra non fiat.

7 Conceditur Claravallensibus anniversarium domini Bernardi celebrare, ita tamen ut abbates ant[iphonas] non incipiant.

8 Tempore messionis et secationis, cum conventus foris comedit, illi qui in refectorio comedunt, semper in ecclesia gratias referant, praeter servitores. Ipso tempore, missa mane cantata, si pluit, licet monachis esse in lectione et missas celebrare.

9 Vitreae diversorum colorum ante prohibitionem factae [2], infra triennium amoveantur.

10 Campanae... etc. *ut ann. 1157, nº 21.*

11 Ad mensam abbatis duo monachi ducuntur, nisi forte rarissime pro certa causa aliqua addatur tertius.

---

[1] Cf. *Usus Conversorum*, cap. XVI, *No*, p. 241.

[2] Cf. *Instituta Cap. gen. ann.* 1134, nº LXXX.

Abbates nostri Ordinis ad Capitulum venientes, provideant deinceps ut ad Firmitatem, Pontiniacum, Claramvallem, Morimundum, vel alias abbatias quae inter has et Cistercium positae sunt, non veniant nisi sicut Cistercium cum duobus tantum equis, cum uno converso vel famulo, si conversos non habent. Transmarinis vel transmontanis liceat ad monasteria non ante vigiliam Nativitatis Beatae Mariae, ceteris vero non ante III idus semptembris, ut duas ibi noctes facere possint. In reditu a Capitulo, nullus ibi remaneat ultra duas noctes, excepto si forte abbates eorumdem locorum pro suis vel illorum negotiis aliquos citius venire aut diutius remorari, aut monachum aliquem adducere voluerint [1]. 12

* * *

Huius anni Capitulum generale non apud Cistercium, sed in abbatia Morimundi, celebratum fuisse, asserit Manrique, cuius textus :

« In epitome vitae eiusdem praesulis (Ottonis [2], Frisingensis episcopi) quae Morimundi extat..., scriptum lego, Lambertum [3] patrem hoc anno non Cistercii, sed Morimundi, Capitulum celebrasse... Contulit Otto ad concilium Cisterciensis Ordinis, quod Morimundi agebatur, ubi morbo oppressus, vocatis ad se in cubiculum monachis..., ac suscepto eucharistiae sacramento, et oleo sancto delibutus, animam Creatori suo reddidit ». (*AC*. ann. 1159, cap. V, nº 5 ; II, p. 323).

1160

Textus ex solo fonte *O*. Recole de hoc codice superius dicta, ann. 1158.

Nulla persona Ordinis nostri... etc. *ut ann. 1157, nº 22.* 1

Prohibemus ne quis nimis iuvenis... etc. *ut ann. 1157, nº 23.* 2

Pro ovibus tondendis, pro vindemiis, vel pro laboribus quibuscumque non licet aliquem conventum monachorum mittere ad grangias, nisi pro frugibus colligendis. 3

---

[1] Cf. ann. 1157, nº 34.

[2] † 22 septemb. 1158. *BB*. II, 3459.

[3] Beatus Lambertus succ. abbas Clarifontis, Morimundi et Cistercii. † 1163. *BB*. II, 2738.

4 Non coguntur exire omnes de ecclesia pro eo qui satisfacit in gravi culpa.

5 Temporibus quibus prandemus,... etc. *ut ann. 1157, nº 24.*

6 Qui vocantur ad mensam abbatis, si forte pro aliqua causa redire contigerit, non eis imputatur quod versum perdiderint.

7 Non detur abbati osculum... etc. *ut ann. 1157, nº 25.*

8 Qui in levi culpa... etc. *ut ann. 1157, nº 26.* Qui etiam cum satisfacit toto corpore extenso, diebus tamen non sollemnioribus prosternatur.

9 Nemo clamorem... etc. *ut ann. 1157, nº 27.*

10 Abbas qui collationem perdiderit, ad gradum satisfacere pergat.

11 Visitatores nisi patres illarum domorum quas visitant fuerint, confessiones non recipiant.

12 Novitii, nisi maioris staturae et virioris aetatis fuerint, non recipiantur. Poterit etiam pater abbas novitium eiicere, ubi exordinate receptum invenerit. [1]

13 Ad hospitem sepeliendum, quando conventus est in labore, minor campana bis pulsetur.

14 Minuti [2] in aestate post missam comedant, quando conventus ieiunat. In hyeme similiter, in festis, cum conventus est in lectione.

15 In Antiphona *Clementissime Domine* ad finem super peccatore, veniam petant omnes. Si lutum prohibet, inclinent, ut manibus terram tangant.

1161

Textus ex solo fonte *O*. Recole de hoc codice superius dicta, ann. 1158.

1 Aliquis monachus vel conversus... etc. *ut ann. 1157, nº 30.*

2 Veniam petat... etc. *ut ann. 1157, nº 31.*

3 Abbatum nostrorum etc. *ut ann. 1157, nº 32.*

4 Presbyter et omnes religiosi qui in hospitio moriuntur, in choro deferantur, et nullus alius nisi tamen honesta fuerit persona.

5 Ista sunt festa praecipua, quando sermo fit in capitulo.

6 Pro defuncto praesenti hospite in secundo loco collecta dicatur nisi talis fuerit ut pro eo aliter fiat.

---

[1] Cf. ann. 1157, nº 28.

[2] Minuti sc. sanguine : *DC.* V, 403.

Propria collecta pro parentibus nostris dicatur quando aliquis petit veniam. 7

Infirmarius ex quo ire coepit ad refectionem, non revertatur quamvis ante versum occurere non possit, sed versum perdat. 8

Hostiae et ceterae artes intra claustrum, vel tam prope claustrum fiant, ut ad horas regulares occurant [1]. 9

Non licet alicui converso comedere sine cappa, si habere potest. 10

Extra conventum, qui privatim cantant primam, si pro tempore terrae prosternantur, finita Prima subsequente *Preciosa*, non se erigant donec dicatur *Et ne nos... Respice Domine.* 11

Ad vigilias privatas stent fratres dum brevis lectio pronuntiatur. 12

Incipiente cantore antiphonam post finem psalmorum, sive gradalia aut Alleluia, non expectabit conventus usquedum una dictio finiatur. 13

Diebus quibus bis comedimus, quisquis superveniens post nonam comederit ; nihilominus cum conventu ad coenam ad mensam accedat et si voluerit comedat. 14

Quisquis importune petierit ut ad domum aliam Ordinis nostri mittatur, nullo modo ei praebeatur assensus, inconsulto abbate ad quem ire desiderat. 15

Monachis propriis vel conversis de via revertentibus, non dabitur a Cellerario pitantia sine licentia. 16

Gartionibus per domos nostros transeuntibus... (*sic terminatur ms.*) 17

* * *

Praeterea notatu dignum est huius Capituli decretum, quo totus Ordo cisterciensis partes Alexandri III papae legitimi amplecteretur, contra Victorem antipapam a Friderico imperatore subrogatum. De qua causa sic Manrique :

Instabat tempus Capituli generalis, et Lambertus [2] totius Cistercii pater, pro Ecclesia efficacia, pro se sublimia, ut gloria (sc. aeterna) iam instante, meditabatur. Itaque archiepiscopis, episcopis, abbatibus ex more convenientibus, negotia Ordinis in commune tractaturis, primum omnium, negotium Ecclesiae fuit,

[1] Cf. ann. 1157, nº 29.
[2] † 12 julii 1163. *BB.* II, 2738.

discussa causa (et facilis discussio post tot concilia) Alexanderque praelatus, cui uno omnium consensu parendum foret...

Decretum hoc acceptum ab antiquis Carolus Sigonius inseruit suis Annalibus, [1] atque hinc putat Alexandri vires auctas, quibus non aliae potuerint prevalere. « Hi, inquit (i. e. Cistercienses) concilium apud Cistercium celebrabant, et quae e republica erant, decernebant. Itaque proposita praesenti pontificia causa, publico decreto Alexandro se adiunxerunt, atque maximas ei parti vires addiderunt ». Ex tunc nullus Cisterciensis fuit, de quo, an Alexandro faveret, dubitaretur. (*AC*. ann. 1161, cap. IV, nº 1, t. II, p. 350).

1165

Conradi, Lubicensis episcopi, paenitentia.

Conradus, Riddagshusii [2] abbas, a Duce Henrico Leone schismatico promotus fuerat Lubicensis episcopus (1163) [3]; sed « doluit errorem suum, cum perpetraverat... tandem Cistercii generalem synodum personaliter adiit, suis primum (nam ea salutis via) inde per suos suorumque fautores, Pontifici Alexandro [4] reconciliandus.

... Narrat haec paucis Helmoldus Buzoviensis; [5] « Fecit iuxta consilium archiepiscopi et transiit ad Magdeburgensem archiepiscopum, [6] et mansit apud eum ferme duobus annis. Inde abiens in Franciam visitavit Cisterciense concilium et reconciliatus est Alexandro papae per manus Papiensis episcopi, [7] qui fuit partium Alexandri. Et eiectus de sede sua morabatur in Claravalle... ». (Manrique *AC*. ann. 1185, cap. II, nº 1, 2).

---

[1] *De Reg. Ital.* lib. XIII, ad hunc ann.

[2] Riddagshausen, abbatia cist. in ducatu Brunsvicensi et dioecesi Halberstadensi. *OC*. p. 84.

[3] Cf. Manrique, *AC*. ann. 1163, cap. II nº 3, 4; t. II, p. 373.

[4] Alexander III, 1159-1181.

[5] Lib. II, cap. 9.

[6] Wichmann von Seeburg, 1152-1192. Cf. Gams, *SE*. p. 288.

[7] Petrus Toscani, antea abbas de Locedio, Ord. Cist. † 1180. *BB*. II, 3755.

1167

Henrici [1], regis Angliae, epistola ad abbatem et Capitulum Cistercii.

Vix Thomas, Cantuariensis archiepiscopus, [2] per duos annos moram fecerat in abbatia de Pontigniaco, cum Guarino abbati et monachis ibidem Deo servientibus, quibus commendatus fuerat in custodia ab Alexandro Summo Pontifice, et ecce rex Angliae mandavit praedicto abbati de Pontigniaco quod si ille ulterius retineret Cantuariensem archiepiscopum in domo sua, ipse fugaret ab Anglia omnes monachos sui Ordinis.

Demum Capitulo cisterciensi etiam scripsisse, [3] quod tunc celebrabatur, affirmant quatuor socii Sancti Martyris, qui vitam eius stylo mandaverunt. Lib. II, cap. 17 (ex Manrique *AC*. ann. 1167, cap. II, nº 4.)

1168

Godefridi, Claraevallis abbatis IV, depositio et appellatio.

« Temporibus Alexandri papae III, abbas quidam Claraevallis Godefridus [4] nomine, tam reprehensibilis vitae extitit, ut dominus Cisterciensis [5] monasterium Claraevallis visitans eundem Godefridum a dignitate abbatiali deponeret. Quo appellante, causa ad generale Capitulum deducta est : ubi depositio ipsa fuit confirmata. Diversis ipse mediis Curiam petit Romanam ; falsa sugillat, et cum favoribus, priori loco et administrationi restituitur. Resistunt dominus Cisterciensis et fideles Ordinis ; ad Sedem Apostolicam destinantur Pruliaci [6] et Eleemosynae [7]

---

[1] Henricus II, † 1189.*BB*., I, 2055.

[2] S. Thomas, † 1171. *BB*. II, 4494.

[3] Haec epistola « *Quando dominus* » edita fuit a James Craigie Robertson in *Materials for the history of Thomas Becket, archibishop of Canterbury*. London. 1875. t. V., p. 365 Cf. *PL*. t. 190, col. 1049 et 1252.

[4] Sancti Bernardi olim notarius et vitae scriptor, ex abbate Igniaci electus in Claravalle ann. 1162. (*AC*. t. I, p. 504. *BB*. I, 1701).

[5] Beatus Alexander, patria Coloniensis et ibidem canonicus, a S. Bernardo olim conversus. † 1175. *BB*. I, 134.

[6] In dioecesi Meldensi. *OC*. 5.

[7] In dioecesi Carnotensi, post Blesensi. *OC*. p. 10.

abbates, quorum tam infaustus fuit adventus, ut cum revocatione eorum, quae per dominum Cisterciensem et per generale Capitulum contra eundem Godefridem acta fuerant, simul suam a dignitatibus audirent destitutionem, et ad alia quoque beneficia inhabilitatem. Non hi constantes viri a coeptis destiterunt. Reversi in Galliam, nova haec generali Capitulo referunt, in quibus totus Ordo non mediocriter turbatus, usque in finem tamen, ut coronam reciperet, perseverare decrevit.

Mittitur rursum ad fontem iustitiae, statur, pulsatur... et cuncta adversus dominum Cisterciensem dictumque generale Capitulum pariter et praefatos Pruliaci et Eleemosynae abbates, in favorem illius Godefridi prius edita, tanquam ex falsa relatione manantia, cassantur, et revocantur, confirmaturque domini Cisterciensis et capituli generalis sententia. Ipsique abbates Pruliaci et Elleemosynae suis dignitatibus cum laude et triumpho restituuntur ». (ex *Dialogo de prospero et adverso statu Ordinis* [1], auctore Joanne de Cireio, XLIII (vel XLII) abbate Cistercii, † 1503).

1170

Alexandri III papae litterae ad Capitulum generale Cistercii, et Hugonis, Burgundiae ducis, petitio.

« Inter haec cum instaret mensis september et in eo concilium generale, ex more celebrandum totius Ordinis, Alexander [2], negotio adhuc infecto (sc. de schismate extinguendo), Cistercium proficiscitur, archiepiscopis, episcopis, abbatibus ibidem congregandis, ex debito sui officii, praefecturus ; relicto interim Pontio [3] apud Pontificem, qui cuncta pertractaret utriusque nomine, et litteris ab eodem acceptis, gravibus sane, sed longe dulcioribus, quae excusarent absentem atque utriusque, et totius Cistercii, in se et in Ecclesiam, eximia merita, cum laudibus et gratiarum actione, etiam supra consuetum, commemorarent. Extat tran-

[1] Huius *Dialogi*, numquam ex integro editi, extant mss. : in Bibliotheca publica Calvimontis (Chaumont), ms. 79 (XV°-XVI° s.) ; item in Bibliotheca publica urbis Epinal, ms. 88 (XVII° s.).

[2] Beatus Alexander, patria Coloniensis, abbas Cistercii 1166-1175. *BB.* I, 134.

[3] Pontius de Poligniaco, abbas Claraevallensis 1165-1170, dein Claromontensis episcopus, † 1189. *SE.* 538 ; *BB.* II, 3795.

sumptum litterarum apostolicarum, quas Cistercio gloriosas et honorificas tum ad historiam plurimum facientes, piaculum putarem, si preterirem. Sic autem habent (Manrique, *AC.* ann. MCLXX, cap. V, nº 6, t. II, p. 500).

Alexander episcopus, servus servorum Dei, Venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis universis abbatibus in cisterciensi Capitulo congregatis, salutem et apostolicam benedictionem.

Inter innumeras mundani turbinis tempestates, quas contra Ecclesiam Dei, et nos ipsos ferventis persecutionis procella commovit, magnum nobis est praestitum, Deo providente, remedium, cum universitatis vestrae ferventissima charitas, nec pericula timuit, nec adminicula denegavit : ex his videlicet retributionis cumulum, ex illis, authore Domino, patientiae consecutura triumphos. Meminimus plane, et cum omnium gratiarum actione recolimus, quam inviolabili firmitate fluctuantem Petri naviculam fidei vestrae anchora servavit in turbine ; qualiter etiam frequens orationum instantia, quasi iterum dormientem in eadem navicula Salvatorem, ingruente suscitavit tempestate, ita ut saepenumero magnitudine stupefacti miraculi ; et ipsum glorificemus ; quo mari et fluctibus imperante, optata coepit arridere tranquillitas, et vos penitus venerabiles habemus, quorum nobis suffragantibus meritis coelestis creditur placata maiestas.

Accedit ad haec omnia, dilectorum filiorum nostrorum Cisterciensis et Claraevallensis abbatum sollicitudo laudabilis et devota, qui non humano instinctu, sed superni concilii spiritu provocati, pro pace universalis Ecclesiae labores maximos et pericula subierunt. Quod tanto nobis et fratribus nostris gratum est amplius et acceptum ; quanto eorum studium et laborem universae Dei Ecclesiae magis confidimus profuturum. Maximeque speramus, quod pia eorum instantia, vestris orationibus incessanter adiuta, ad Ordinis honorem et commodum, et optatae pacis profectura sit incrementum. Debitores ergo vobis, pro tam multiplici charitatis vestrae munere, constituti ; vos et sacrum Ordinem quem servatis omni qua possumus affectione diligimus, et eiusdem Ordinis profectibus, et augmentis, amplissimo studio promptae sollicitudinis aspiramus ; quandoquidem inutiliter videmur superni agricolae vicissitudinem gerere, si plantationem, quam plantavit dextera eius, opportunis cessaremus imbribus irrigare.

Ea propter universitatem vestram per Apostolica scripta rogamus, monemus et exhortamur in Domino: quatenus recolentes, qualiter haec plantatio sancta, haec vitis fructifera, haec denique vinea Domini Sabaoth, sub primis Ordinis patribus pullulavit et palmites suos longe lateque producens, ad mortifera circumquaque venena pellenda, flores protulit et odores effudit : pervigili custodia studeatis eorum in omnibus inhaerere vestigiis, per quos, cooperante Domino, in deserto mundi huius, flos huiuscemodi plantatus est honestatis ; hi quoniam monasticae frugalitatis continentissimi professores, optimum ponentes in paupertate principium totius sufficientiae assecuti sunt complementum, Ecclesiae chari, episcopis et praelatis accepti, atque in conspectu regum et principum fama et merito gloriosi. De cetero nos et totum Ecclesiae sanctae negotium vestris devotis orationibus commendamus ; orantes et ipsi ut omnipotens Pater, in cuius estis nomine congregati, ordinationes et opera vestra in beneplacito suo disponat ; et vos pariter, ac subditos fratres ad spiritualia iugiter incrementa promoveat. Adhuc quia praedictum Claraevallensem abbatem, pro inevitabili necessitate promovendae pacis, ab adventu Capituli duximus retinendum ; eum a vobis petimus haberi excusatum, sicut et de ipso Cisterciensi, in patientia vos sustinere rogamus, si forte contigerit, ut eum pro tanta necessitate, celebrato Capitulo, revocemus. Datum Benevento, XIV kalend. Augusti. [1]

Hactenus ad praelatos ecclesiarum Cistercii congregatos Romanus Praesul, ingenti sane totius Cistercii laude, cui se, cui navem Patri, hoc est Ecclesiam, et obnoxios fatetur, et tanta cum reverentia, si ita fari licet, congratulatur.

Dum hoc Capitulum in Cistercio celebraretur, Hugo [2] Burgundiae dux, (quod ab Auberto Miraeo notatum, comprobat instrumentum...) idem coenobium devotus visitavit, et per gravissimos sanctissimosque praesules, qui ex more convenerant, Guicardum [3] nimirum Lugdunensem et Petrum [4] Tarentasiensem

---

[1] Haec bulla Alexandri III habetur in ms. (XII s.) 157 (114) Bibliothecae Divionensi, fol. 186. ex ipso Cistercio ; item in ms. (XIII s.) Bibliothecae Laudunensi, ex abbatia Vallisclarae. — Jaffé-Wattenbach. *Regesta* n° 11663.

[2] Hugo III, Burgundiae dux, 1162-1193. *BB.* I, 2196.

[3] Antea monachus Cistercii, dein Pontiniaci abbas 1136, Lugdunensis archiepiscopus et ab ipso papa consecratus. † 1180. *BB.* I, 1917 ; *SE.* 571.

[4] Sanctus Petrus Tarentasiensis, † 1174 ; antea Stamedii primus abbas et fundator. *BB.* II, 3749 ; *SE.* 829.

archiepiscopos ad Capitulum ductus, deposita imperii maiestate, ante abbates consistens, suscipi se in eorum omnium fratrem humilis petiit, obtinuitque particeps ex tunc futurus orationum atque spiritualium bonorum totius Ordinis. Ita tamen ut vicem ipse contra rependerit Cistercio in temporalium communicatione, exemptione concessa, qua Renatus Chopinus adnotavit : *Cistercium cum appulisset,* inquit, *scilicet Hugo dux, in publico religiosae sectae conventu, irrogavit ei privilegium : quod monachi secure pergant per terram suam, ducantque et vendant res proprias, absque pedagio, minagio, vecta et omnia alia costuma* [1] *anno MCLXX.* (ex Manrique, *AC.* ann. 1170, cap. V, nº 7, 8, 9, 10 ; t. II, p. 500).

1173

Richardi [2], Cantuariensis archiepiscopi, petitio per litteras ad Capitulum generale Cistercii.

Porro Richardus electus in archiepiscopum, quo S. Thomae locum, ut non digne, saltem minus indigne detineret, quam semel observandam suscepisset, sanctae Regulae, cisterciensia instituta et observantias ad eiusdem exemplum superaddidit. Non satis liquet cui se coenobio addixerit. Constat quo humilis inciperet implere, quod devotus promiserat, voluisse adire Cisterciensem synodum, hoc anno ex more Cistercii celebrandam. Verum cum praepedientibus retardatae per triennium electionis, occupationibus, minus sibi liceret ab Anglia egredi, has ad Capitulum litteras dedisse, indices animi et testimonium susceptae professionis.

« Venerabilibus et sanctis Patribus in Cisterciensi Capitulo congregatis Richardus Dei permissione Cantuariensis ecclesiae minister, salutem in authore salutis.

Inter desiderabilia huiusmodi, praecipuum apud me versabatur in votis, vestrae sanctitatis Conventui preasentialiter interesse ; sed novae vocationis occupatio et incumbens negotiorum prolixitas fructum optatae iucunditatis invidet mihi, nec me castris felicibus ad tempus interesse permittit. O castra opta-

---

[1] i. e. praestatio. *DC.* II, 524.
[2] † 16 febr. 1184. *BB.* II, 3952.

bilia ! O congregatio veneranda ! O Cistercium, quam magna est domus tua ! quam foecunda in filiis ! quam magnifica in linguis ! quam gloriosa in populis ! [Leva oculos tuos et vide omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, linguarum apud te diversitates innuit unius vitae professio, et ex omni genere religio congregata miraculum Pentecostes in emissione sancti Spiritus repraesentat. Ut utar verbo Apostoli :] [1]

Testis est mihi Deus quomodo cupiam vos in visceribus Iesu Christi fovens affectionem invicem in visceribus charitatis ; non deserens collectionem vestram, quam per praesentiam spiritus amplector in Christo, memor communionis vestrae, cuius oblivisci non possum. Vos enim estis gloria mea et gaudium, honor capitis mei et corona. Ille qui, iuxta verbum Iob, ponit humiles in sublimi ; ille qui vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt, ipse ad onus, mihi importabile, me vocavit.

Ego autem vir videns paupertatem meam et insufficientiam meam, considerans etiam qualiter ex simili causa gemant gigantes sub aquis, et curvantur qui portant orbem, a pusillinimitate spiritus et tempestate subverterer, nisi in lapide adiutorii et orationum vestrarum suffragio fiduciam concepissem. Nam iuxta verbum Iob, quae est fortitudo mea ut sustineam ? Ecce non est auxilium mihi in me ; sed infirmitas et defectus. Vereor ne offensus mihi Dominus hanc iniunxerit sollicitudinem multorum, qui non sufficiebam propriae salutis procurare negotium. Sed posuit mihi Dominus in vobis verbum reconciliationis, ut si offensus mihi est, se propitium vestra oratione mihi exhibeat, meumque suppleat imperfectum. Nam potens est omnia facere superabundantius quam petimus et intelligimus. Si qua ergo vobis consolatio est in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si quae viscera miserationis, implete gaudium meum. Gaudii namque plenitudinem post Deum in orationibus vestris pono, ut vestrarum beneficio precum in hac administratione mihi commissa velit misericordia Domini meum supportare defectum. Nam Apostolus, licet vas electionis factus et virtute indutus ex alto, sanctorum tamen orationes sibi ad doctrinam gentium necessarias iudicans : obsecro, inquit, vos per Dominum Iesum Christum et per charitatem Spiritus sancti, ut adiuvetis

---

[1] Haec verba in uncinis posita apud Migne tantum leguntur *PL.* t. CCVII, col. 303.

me orationibus vestris apud Dominum. Nos igitur infirmi et fragiles, devote et humiliter supplicamus, ut per pias affectiones vestras circa nos excitet vinculum fraternitatis, professionis communio, charitatis debitum, subiectorum necessitas et devotio supplicantis ».

Hactenus ad Capitulum Cistercii recens quidem electus, sed adhuc post electionem recentior Cistercii monachus.
(ex Manrique, *AC*. ann 1173. cap. II, nº 2, 3, 4.)

1174

Duo Statuta sequentia ex solo fonte *H*, fol. 87 et 88 citamus, et sunt incerti anni ; attamen ratione scripturae et ms. foliorum ubi leguntur, pertinere videntur ad annum 1174.

Quando hystoria *Domine ne in ira* dominica infra octavas epi- 1
phanie vel in octavis eiusdem propter instantem LXX [septuagesimam] canitur, non iccirco (*sic*) in sabbato ad vesperas super psalmos dicende sunt antiphone *Custodit Dominus* et cetere, sed *Videntes stellam* et cetere. Capitulum debet esse *Benedictus Deus*, Responsorium *Deus qui sedes*, Himnus *Deus creator*, Versus *Vespertina oratio*, ad Magnificat antiphona *Fratres confortamini*. Collecta *Omnipotens Deus qui celestia*. Post quas vesperas fiet commemoratio de octavis hoc modo : infra octavas antiphona *Ab Oriente* ; in octavis antiphona *Baptizat miles*. Hymni ad hystoriam pertinentes tam per diem quam per noctem dicantur, ad cantica et in laudibus et ad horas diei *Alleluia* dicatur. In laudibus iterum ita fiet commemoratio de octavis. Infra octavas antiphona *Magi viderunt*. In octavis antiphona *Precursor Iohannes*. Missa matutinalis erit de octavis et maior de dominica. Item ad vesperas in die commemoratio de octavis, antiphona *Fontes aquarum*. Infra octavas antiphona *Ab Oriente*.

Quando necessitate cogente ystoria *In principio Deus* dominica 2
infra octavas Assumpcionis beate Marie in octavis s[ancti] Laurentii videlicet canitur, non ideo ad vesperas super psalmos dicenda est antiphona *Custodit Dominus* et cetere, sed *Ecce tu pulchra es*, et cetera. Capitulum debet esse *Benedictus Deus*, Responsorium *Initium sapientie*, Hymnus *Deus creator* et cetera que ad hystoriam pertinent. Post quas vesperas fiet in primis

commemoratio de octavis s[ancte] Marie antiphona *Ascendit Christus,* deinde commemoratio de octavis s[ancti] Laurentii et post de s[an]c[t]o Mamete. Hymni tam per diem quam per noctem ad istoriam pertinentes dicantur [1]. In laudibus commemoratio de octavis beate Marie antiphona *Salve Regina* deinde de s[sancto] Laurentio, post de s[ancto] Mamete. Missa matutinalis erit de dominica nisi defunctus presens aderit, et maior de octavis s[ancte] Marie. Hore diei et vespere plenarie agantur de dominica. Item ad vesperas commemoratio de octavis beate Marie antiphona *Tota pulchra es.*

1175

Statuta quae sequuntur ex unico fonte *H,* fol. 88 sq. proveniunt.

1 Hystoria de Trinitate cantabitur et missa dicetur sicut in festo unius Apostoli.

2 De sancto Bernardo proprium officium et due misse et fratres laborent [2].

3 Ad vesperas et ad laudes cotidie fiat commemoratio de sancta Maria. Privatis diebus ad Magnificat antiphona *Sancta Dei genitrix*; ad Benedictus *Beata Mater.* Dominicis et festis diebus ad Magnificat antiphona *Sancta Maria succurre*; ad Benedictus *Beata Dei genitrix Maria.* A vigilia Nativitatis dominice usque in crastinum Epiphanie et a V^a^ feria ante parascheve ad laudes usque V^am^ feriam paschalis ebdomade et die Ascensionis tantum, et a vigilia pentecostes usque [in V^am^ feriam] [a] intermittenda est ista commemoratio, et est facienda post alias commmorationes [b].

4 De sancta Maria Magdelene due misse canantur.

5 Patres visitatores non solum querant de spiritualibus, sed et de temporalibus ne nimiis debitis monasteria opprimantur.

---

[a] *Haec verba sunt abrasa.*

[b] *Add. in margina*: In vigilia natalis domini ad laudes, crastinum ascensionis, de octavis. cf. *Instituta Cap. gen.* cap. XCI, *No.* 233. *Gu.* 275.

---

[1] *Add. in margine*: et hoc notandum quod in octavis Assoumpcionis beate Marie ad iij^am^ et ad completorium dicantur eius hymni, non mutentur.

[2] « Et sequenti anno (1175), in capitulo generali receperunt cantum beati Bernardi, et cantum de Trinitate ». (*Chron. Claraevall, PL.* t. CLXXXV, col. 1217.)

Sermo de Adventu et de aliis festis qui prohibiti fuerint redditi sunt, nisi in transpositis festivitatibus. **6**

Pitancia non detur generalis a quoquam nisi precepto abbatis [a] vel proprii patris, exceptis solempnibus festis quibus dari solebat, et si ab aliquo aliter dabitur, careat pitancia toto anno qui hoc facere presumpserit. **7**

In adventu Domini et in precipuis ieiuniis non dabimus hospiti nisi cibos quadragesimales quibus nos utimur. **8**

Capitulum conversorum sicut olim teneri solebat ita nunc teneatur ut prius de edificatione postmodum de ordine tractetur. **9**

In ecclesiis secularibus pacem dabimus et accipiemus. **10**

Fugitivi remittantur ex quo abbati domus in qua manent innotuerint. Et quisquis eos scienter retinuerit ieiunet omni sexta feria in pane et aqua, vel missam non cantet quamdiu erunt in domo sua. **11**

Conversi in hyeme post matutinos exeant ad annonas excutiendas. **12**

In XL [quadragesima] more solito ieiunabimus VI[a] feria in pane et aqua [1]. **13**

In ecclesiis consecratis non loquimur nisi cum licentia episcopi vel cum rege, et hoc de necessariis. **14**

De molendinis ubi molituram exigimus usque ad annum nos expedire iubemur. **15**

Saraceni non emantur nec baptizari prohibeantur [2]. **16**

Pro domino papa Alexandro [3] [propria dicatur oratio ab omnibus ?] [b] **17**

(*Haec definito abrasa fuit in ms.*) **18**

Mantelli conversorum non aliter fiant quam scripta precipiunt. **19**

Si quis abbas in aliquo converso mantellum exordinantem invenerit retineat. Qui vero in domo propria exordinatum habuerit non communicet donec reddat abbati vel cui iusserit. **20**

Liceat hospitibus reversuris accepta benedictione ante evangelium missam cantare. **21**

Tempore quo conventus infra terminos laborat, ore citius cantent[ur]. **22**

---

[a] *Add. inter lineas* : cantor et succentor et sacrista.
[b] *Haec ultima pars abrasa est in ms.*

---

[1] Cf. ann. 1157, n. 51.
[2] Cf. ann. 1157, n. 49.
[3] Alexander III, 1159-1182. *BB.* I, 139.

23 Nichil guerantibus vel nuptias contrahentibus [a], vel festiva convivia facientibus detur, qui hoc transgressus fuerit tribus diebus sit in pane et aqua.

24 Qui orationes horarum perdiderit in capitulo satisfaciat.

25 Monachus sive conversus qui ira commotus percusserit uno anno sit ultimus omnium [1].

26 Qui pueros minores XVIII annis receperit tribus diebus sit in levi culpa et uno eorum in pane et aqua, hoc tamen indulto quod pueri iam recepti non expellantur. Qui deinceps receperit tamdiu sit feria sexta in pane et aqua quamdiu secum habuerit.

27 Pullos equorum infra terminos vel in grangiis vendantur, et si quis transgressus fuerit uno die sit in pane et aqua [2].

28 Cursores non habeant notabile vestimentum et honeste tondeantur, cultellos accutos non habeant.

29 Conversi non habeant cotos neque lenam.

30 [b] Pro archiepiscopo de Datia [3] fiet in toto Ordine quantum pro uno monacho, et pro cantore parisiacensi [4] similiter.

31 Abbates qui sermones et alias scripturarum compilationes fecerunt eadem opuscula sua in proximo Capitulo representent ; quod si contempserint ex tunc ab officio altaris abstineant, et a modo caveatur ne fiat.

32 De medicis monachis vel conversis dictum est ut pro opere medicine extra domos suas non pernoctent nec potiones secularibus dent [5].

33 Monachos vel conversos operarios secularibus concedi non licet [6].

34 Decretum est et communi consilio definitum ut nullus [c]...

35 ...Aliis conversis inordinate loquendi licentie non dentur nec ipsis potestas dandi licentiam loquendi aliis conversis concedatur.

36 Conversis (*sic*) alterius ordinis cum nostris in reffectoriis non

---

[a] *Add. in margina* : vel ad miliciam iniciantibus.

[b] *Ex signo in scriptura coniicere licet quod statuta* 30 *et sequentia non sunt eiusdem anni ac precedentia ; res tamen manet incerta.*

[c] *Sic finitur folium* 89

---

[1] Cf. ann. 1157, n° 41.

[2] Cf. ann. 1157, n° 37.

[3] Eskillus archiep. Londini Danorum, resign. 1179, † 1182 apud Claramvallem. *BB.* I, 1360 ; *SE.* 330.

[4] Petrus Cantor, † 1197 cist. in monast. Longipontis. *BB.* II, 3702.

[5] Cf. ann. 1157, n° 46.

[6] Cf. ann. 1157, n° 47.

comedant nisi domorum quibus concessum fuerit in Capitulo cysterciensi.

... Atque artifices eiusdem operis sint tribus diebus in pane et aqua ; relique partes due ad arbitrium abbatis Cisterciensis fiant. Ipse vero ita provideat ut non sit a capitulo inculpandus. 37

De molendinis Regniaci [1] abbas Claraevallis cum consilio coabbatum quomodo melius et tolerabilius poterit disponat. 38

De causa matris regine [a] Hyspanie iniunctum est duobus abbatis (*sic*) de sancto Andrea [2] et de Bonavalle [3] ut inquirant veritatem, et in sequenti Capitulo renuntient. 39

Episcopo Caturcensi [4] plenarium servitium in obitu suo concessum est. Vocatur autem episcopus iste Geraldus. 40

In v[ersu] ubi dicitur *inpenetralibus regum* dicetur *in penetralibus regum ipsorum*, et in collecta commendationis ubi dicitur *ablue* dicetur *abluas indulgendo*. 41

Et *in campo thaneos*. 42

Forma visitationum que modo in Capitulo proposita est ubique teneatur et in Usibus scribatur, et visitatores si habere potuerint hoc anno deferant eam secum ad faciendas visitationes ut a ceteris transcribatur. 43

Pro Usibus corrigendis conveniant loco et die quo decreverit dominus Cistercii et quatuor abbates priores cum septem aliis quos sicut (*sic, pro* secum ?) asciverint et corrigant ea, tantummodo que de transitu sancti Bernardi [5] constituta sunt. 44

De incisis ut in propria non recipiantur domo. 45

1177

Litterae Frederici Imperatoris ad Capitulum generale Cisterciense [b].

Fridericus [6] Dei gratia Romanorum imperator et semper au-

[a] *Haec prima verba aliquantulum abrasa sunt.*
[b] *ex Mon. Germ., Hist. Leges*, t. II, p. 154.

[1] Abbatia in dioec. Senonensi. *OC.* 15.
[2] De Palazuelos : est abbatia in Castella et episcopatu Palentino sita. *OC.* 158.
[3] In Nova Castella et dioecesi Toletana. *OC.* 152.
[4] Geraldus Cadurcensis (Cahors) episc. † 1199. *SE.* 525.
[5] Scripta ergo sunt haec post s. Bernardi canonizationem, 1174.
[6] Fredericus I, 1152-1190. *BB.* I, 1591.

gustus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, et aliis patribus Cisterciensis ordinis, salutem et dilectionis integritatem. Quoniam de unitate et concordia ecclesiae et bono statu imperii nostri sanctitatem vestram gaudere non dubitamus, idcirco ad universitatem vestrae religionis imperiales apices mittere dignum duximus, insinuantes vestre dilectioni, quoniam omnipotentis Dei nutu, cuius occulto iudicio quandoque discordiae mala creantur et ipso miserante discordes ad concordiam revocantur, dominum A[lexandrum] [1] in patrem spiritualem et summum pontificem recepimus. Notum autem vestre facimus religioni, quoniam cooperantibus dilectis nostris viris magnae sanctitatis et discretionis, episcopo scilicet Claromontensi [2] et abbate Bonevallis [3], qui studiose et efficaciter pro pace et concordia inter nos et iam nominatum A[lexandrum] Romanae ecclesiae summum pontificem laboraverunt, discordia, et lis que diu viguerat, penitus est sopita, et dilectio que inter nos perierat, ipsis mediantibus est reformata. Quapropter vestre sanctitati praesentes litteras dirigimus, modis omnibus rogantes, ipsorum perfecte bonitati super omnibus grates referentes, tam vobis quam ipsis de pacis reformatione congaudentes, ita ut ad honorem Dei et ecclesie in bono statu et Dei timore diu possimus perseverare, ipsi omnium conditori atque gubernatori piissimas preces fundatis.

1180

1 Cum divina pariter et humana verba nos admoneant, ut studeamus cupiditatibus nostris [a] imponere frenum, et modum acquisitionibus nostris [b] propter varios status monasteriorum, adhuc veremur necessitatem fratribus nostris imponere, optantes bonum eorum voluntarium esse, et diuturna deliberatione super [c] hoc credimus opus fore. Interim autem propter scandalum gravius, quod super retentione decimarum undique crescit in dies,

---

1 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] nostris : *deest apud M.* [b] et modum acquisitionibus nostris : *deest in T³*. [c] sicut : *T³*.

---

[1] Alexander III, 1159-1181. *BB.* I, 139.

[2] Pontius de Polignaco, Grandisilvae abbas 1158, dein Claraevallis 1165, Claromontensis episcopus 1170-1189. *BB.* II, 3795.

[3] Sita erat haec abbatia in Delphinatu et dioec. Viennensi. *OC.* 7. Nomen abbatis incertum manet propter chronologiae defectum.

providemus et firmiter praecipimus, ut quicumque ex vobis [d] ab hoc die, et deinceps acquisierit [e] agros vel vineas, ex quibus ecclesiae vel monasteria, seu personae quaelibet ecclesiasticae percipere hactenus decimas consueverant, sine contradictione exsolvant, nisi forte iam donationem exinde receperunt, [f] vel compositionem fecerunt, aut in posterum in pace acquirere poterunt.

Multitudinem minutorum non licet priori, quasi ad consolan- 2
dum, vocare, propter inordinatas collocutiones, nec quando ab-
sens est abbas.

Abbati qui benedicendus est, licet indui alba et cappa. 3

Qui in domibus alterius Ordinis [a] comedunt, si credunt in 4
pulmentariis esse sagimen, ab eis prorsus abstineant. Si contra
conscientiam comederint [b], septem sextis feriis ieiunent in pane
et aqua, et si in consuetudinem vertant, gravius puniantur.

In oratoriis nostris non sepeliantur, nisi reges et reginae [a] et 5
episcopi ; in capitulis abbates. vel etiam praedicti, si maluerint.

Altaria in grangiis nova non fiant. Antiqua quae consecrata 6
fuerint absque licentia episcopi non diruantur, verumtamen nul-
latenus ibi cantetur.

Mercatores Ordinis nostri terminum receptionum, sive [a] red- 7
ditionum suarum in nundinis publicis nullo modo constituant.

Inquietant multi ex nobis monachi sive [a] conversi conventus 8
alios servitia propria in morte sua petentes ; tales petitiones
ultra non fiant, quia [b] omnia communia sunt nobis.

De fugitivis suis unusquisque abbas[a] non dissimulet iustitiam 9
quaerere [b].

Quando [a] laborant monachi ad grangias [b] ubi vinum vel 10
cervisia dari non solet [c] similiter ipsi abstineant, quamdiu ibi
fuerint, nullum pitantiam potus accipientes ab aliquo.

---

[d] ex nobis ab hac die : L^1T^3. [e] acquisiverint : T^3. [f] receperint... fecerint... potuerint : L^1T^3.

2 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

3 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

4 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] Ordinis : *deest* T^3. [b] comederint : *deest* T^3.

5 : MP^4. [a] reginae et principes : P^4.

6 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

7 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] seu : T^3.

8 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] seu : T^3. [b] qui : T^3.

9 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] abbatum : P^4. [b] quaerere : *deest* T^3.

10 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] Quamdiu : *M*. [b] in grangiis : *M*. [c] darenon solemus : L^1T^3.

11 Conversi non in grangiis, sed in abbatia minuantur.

12 Qui guagerias receperunt[a], si sciunt sortem suam recepisse, deductis expensis, usque ad Pascha eas resignent, nisi sit possessio quae ad ius monasterii pertineat. Qui aliter retinuerint, ex tunc abbas [b] et prior et cellerarius a divino officio sint suspensi, nec census [c] impositione [d] pallient [e] huiusmodi pignorationes [f].

13 In domibus nostris et villis[a] ubi conversi morantur frequentius, non habitet femina, nec intret.

1181

1 Non est consuetudo Ordinis nostri ut qui ante conversionem vovere ieiunia propter hoc in congregatione dissimili [a] victu fratres debeant conturbare, sed patri abbati obediant per omnia.

2 Interdicitur generaliter ne conversi intersint electionibus abbatum.

3 Ad mensam abbatis nullus saecularium ministret, nisi pro necessitate saecularium [a] hospitum.

4 Tempore quo abbates ad Capitulum venientes apud Divionem piscibus abstineant, eamdem legem ibidem et monachi remanentes observent.

5 Apud Divionem quando veniunt ad Capitulum vel[a] redeunt abbates, omnino caveant ne [b] manibus se invicem tenentes, vel alio notabili modo per vicos incedant, nec sine certo negotio se invicem visitent, nec species alicubi emant [c], sed nec alia aliqua extra hospitia sua.

6 Pater abbas si invenerit [a] filiam abbatiam immoderatis debitis obligatam [b], nisi rationabilem causam obligationis cognoverit, districtissime abbatem loci illius et officiales puniat, et omni modo inhibeat ne debita augeantur.

---

11 : MP^3P^4.
12 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] recipiunt : P^4. [b] abbas monasterii : T^3. [c] sensus : T^3. [d] compositione : L^1. [e] palient : T^3. [f] eiusmodi impignorationes : P^4.
13 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] et in villis nec habitet femina nec intret : P^4.
1 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] distincti : *M*.
2 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.
3 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] saecularium : *deest* : T^3.
4 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.
5 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] sive : P^4. [b] ne in : *M*. [c] comparent : T^3.
6 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] evenerit : *M*. [b] oppressam : T^3.

Erubescendum est nimis quod dicitur, quosdam pro vino emendo gravia debita contraxisse, sicut illos de Scala-nova [a] [1], quos patribus abbatibus relinquimus [b] puniendos. 7

Pro interdictis terrarum nullatenus vacent ecclesiae nostrae a divinis quocumque episcopo praecipiente, sed libertas in privilegiis a domino papa nobis indulta inviolabiliter observetur. 8

Indecens est consuetudo in quibusdam abbatiis vel [a] abbatibus de via regressis, etiam non [b] post longas moras, pacis osculum petant ; quod ne ulterius fiat omnino his [c] prohibemus. 9

Lanam unius anni licet prae [a] vendere, si necesse fuerit ; ultra annum non fiat. 10

Panni tincti [a] et curiosi ab Ordine nostro penitus excludantur [b]. 11

1182

Abbates ad Capitulum venientes quando plures conveniunt [a], provideant qui priores eorum sunt, ne pro vino accipiendo immoderate aggravant domos. 1

Abbates qui sunt in provinciis Lugdunensi, Bisuntinensi, Bituricensi, Senonensi, Remensi, Trevirensi, Viennensi, venientes ad Capitulum apud Firmitatem [1], Pontiniacum [2], Claramvallem [3], Morimundum [4], et apud abbatias quae infra sunt, non adducant nisi duas equitaturas [a], alii non adducant ultra tres. 2

---

7 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] Casa-nova : *P⁴T³*. [b] *P⁴T³ add* : graviter.
8 : *D³L¹MP³P⁴T³*.
9 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] ut : *MT³*. [b] non : *deest in M*. [c] omnimodis : *T³* ; modis omnibus : *D³M*.
10 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] anniculi... praevendere : *T³*.
11 : *D³L¹MT⁵*. [a] innicti : *T³*. [b] excluduntur : *M*.
1 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] convenerint : *T³*.
2 : *D³L¹MP³P⁴T³W*. [a] ultra tres equitationes : *P⁴*.

---

[1] Legendum Casa-nova ; hoc nomine in chronologiis et apud auctores novem, imo decem occurrunt coenobia. Hic agitur de Casa-nova, quae filia Tileti de linea Firmitatis dicitur, et cuius ad ann. 1150 refertur fundatio, in dioecesi Taurinensi. *OC*. 120.

[2] La Ferté, in Burgundia, dioec. Cabilonensi. *OC*. 3.

[3] Pontigny, in dioec. Senonensi. *OC*. 4.

[4] Clairvaux, in dioec. Lingonensi, hod. Trecensi. *OC*. 4.

[5] Morimond, in dioec. Lingonensi. *OC*. 4.

3 Abbates, monachi et conversi qui habuerint [a] in comitatu suo garciones sibi servientes cum cultellis acuminatis, quamdiu eos scienter tenuerint, nisi forte in confinio Saracenorum, a vino abstineant, nec [b] aliquis in via Capituli ultra duos secum adducat.

4 Pro pacto certo nulla fit missarum promissio, quia simoniacum est.

5 Monachus de alio Ordine, si antequam sit benedictus, ad nostrum Ordinem venerit, si venerit [a] in habitu saeculari, sit in probatione per annum integrum ; si in habitu monachali, vel forte per violentiam ei ablatus fuerit habitus, in abbate sit ipsum admittere inter monachos aut ponere in probationem ; benedictus in Ordine alio inter monachos recipiatur.

6 Temperantes pro tempore quae de tabernis antea rigidius sunt instituta, toleramus pro intolerabili quorumdam indigentia, quod in propriis domibus extra abbatiam et grangias, liceat vinum vendi in summa alicui saeculari. Saecularis autem illud vendere possit ad brocam ; ita tamen quod quamdiu taberna [a] duraverit, nulli omnino [b] monacho vel converso liceat habitare in aliqua parte domus illius, sed nec edere, [c] nec bibere, nec iacere.

7 De conversis grangiarum dominicis et festis diebus ab abbatiam venientibus [a], in dispositione abbatis sit secundum multitudinem vel paucitatem conversorum, et locorum positionem in ordine suo vel [b] seorsum ad mensas eos constituere.

8 De his qui extra Ordinem [a] vagantur, provideant abbates eorum, qui eos expellunt vel repellunt, cui debeant reddere rationem ; et quantum licuerit ad misericordiam quam ad iudicium promptiores [b] existant, ut et ipsi [c] misericordiam consequantur.

9 Ex nimietate debitorum, non tam periculum quam excidium pluribus monasteriis noscitur imminere ; propter hoc [a] providemus, ut qui debuerint ultra precium quinquaginta marcarum,

---

3 : *D*³*L*¹*MP*³*P*⁴*T*³. [a] Abbates et conversi et monachi qui habuerunt : *T*³. [b] non : *M*.

4 : *D*³*L*¹*MP*³*P*⁴*T*³.

5 : *D*³*L*¹*MP*³*P*⁴*T*³. [a] erat : *M*.

6 : *D*³*L*¹*MP*³*P*⁴*T*³. [a] ut tabernacula : *M*. [b] omni modo *P*³*T*³. [c] vendere : *M*.

7 : *D*³*L*¹*MP*³*P*⁴*T*³. [a] advenientibus : *T*³. [b] et : *T*³.

8 : *D*³*L*¹*MP*³*P*⁴*T*³. [a] domum : *M*. [b] proniores : *M*. [c] et ipsi : *deest* *MT*³.

9 : *D*³*L*¹*MP*³*P*⁶*T*³. [a] propterea : *M*.

terras non emant, neque novas aedificationes faciant, nisi tanta coegerit necessitas, ut de assensu patrum abbatum [b] id faciant. Si autem repentina causa compulerit, abbas in generali Capitulo veniam petat et causam indicet, Capitulum autem indicet [c] utrum puniendum sit, an tolerandum [d]. Si quis aliter fecisse cognitus fuerit, Capitulum Cisterciense tam gravem sententiam ferat in abbatem et in officiales eidem [e] transgressioni consentientes, ut eorum poena correctio debeat esse multorum. Similiter faciat de eo quod fecerit de assensu patris abbatis [f].

Cellerarius de Carocampo [a1], vel alius Ordinis nostri servientem [b] in equo secum non ducant [c]. 10

Vitreae depictae [a] infra terminum duorum annorum emendentur ; alioquin ex tunc [b] abbas et prior et cellerarius omni sexta feria ieiunent [c] in pane et aqua, donec [d] sint emendatae. 11

Qui convenienter occurrerit ad orationem cuiuslibet horae, vel ad benedictionem collationis [a], non petat veniam in capitulo, etiamsi postquam sonuerit signum, ascenderit dormitorium, vel alicubi diverterit. 12

1183

Solemnia anniversaria stando praeter quatuor generalia nulla 1

---

[b] abbatum : *deest M.* [c] iudicet : *M.* [d] tolerandum sit an puniendum : *T*³. [e] eiusdem : *MT*³. [f] *Apud P*⁶, *fol.* 100 [b] : De debitis dictum est ut nullus abbas quamdiu obligatus fuerit debito centum librarum proveniensis monete vel xl[a] marcarum, terras emat vel edificet, nisi de proprio, excepto incendii infortunio. Quod si contigerit, licebit. De his autem qui debent supra prescriptam summam, statutum est ut nec de proprio nec de mutuo terras emant, nec de mutuo edificent donec ad predictam summam debitum redigatur. Quod si transgressus fuerit quis, abbas absque retractatione a patre abbate sub trium abbatum testimonio comprobatus deponatur. Prior autem, cellerarius vel quicumque monacus aut conversus quorum consilio hoc presumptum fuerit, ultimi sint per annum et omni sexta feria eiusdem anni ieiunent in pane et aqua. Quod si absque conscientia abbatis hoc fecerint... [De monasterio in quo et pro quo factum fuerit irrevocabiliter eiiciantur] (*pars abrasa*).

10 : *D³L¹MP³P⁴T³W.* [a] de Carocampo : *deest P⁴.* [b] servientes : *MW.* [c] ducat : *P³T³.*

11 : *D³L¹MP³T³.* [a] picturae : *M.* [b] nunc : *M.* [c] sit : *T³.* [d] donec... etc. : *deest* : *T³.*

12 : *D³L¹MP³P⁴T³.* [a] collationum : *T³.*

1 : *D³HL¹MP³P⁴T³.*

---

[1] Cercamp, in dioec. Atrebatensi. *OC.* 66.

fiant, excepto [a] regis Ludovici [1], de quo concessum est, ut stando fiat tantummodo [b] ibi, ubi sepultus est.

2 Sententia de cultellis acuminatis ante data [2] firmiter teneatur.

3 De fugitivis autem nihil novum instituti posse videtur sine periculo totius Ordinis. De his tamen qui in extremis agere videntur [a], in abbatis sit providentia, et ita in Usibus scribatur centesimo primo capitulo [b].

4 De his quibus Regula praecipit omnem reversionis aditum denegari, nos contra Regulam nihil audemus, nisi forte de indulgentia generalis Capituli, vel de [a] mandato domini papae, seu legati eius, exceptis personis illis, quas ab huiusmodi rigore notoria simplicitas excipit [b].

5 A nominatim excommunicatis [a] nullam nobis licet recipere donationem, exceptis victualibus [b] in gravi necessitate.

6 Qui convictus fuerit aut confessus fuerit publice [a] de sortilegio quod fecerit, aut fieri fecerit [b] : si abbas fuerit vel prior, deponatur ; si monachus vel conversus tribus [c] diebus sit in gravi culpa, et per annum suspensus ab altari, sit omnium ultimus.

7 De iuramento conversorum, quod scriptum est in fine Usuum, quia [a] multas generat quaestiones, deleatur.

8 Abbates qui de indulgentia generalis Capituli uno anno vel pluribus remanent, si eo anno quo debent venire, gravi infirmitate impediuntur ne veniant, liceat eis se per litteras excusare, et anno sequenti sine omni excusatione veniant, et veniam inde petant.

9 Patres abbates, vel qui pro eis visitant, abbatibus non imponant publicas paenitentias, quia hoc solius Capituli generalis est.

---

[a] excepto... etc. : *deest in H.* [b] solummodo : *P*⁴.

2 : *D³L¹MP³P⁴T³*.

3 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] sunt : *P⁴*. [b] centesimo primo capitulo : *apud M tant.* cf. *Consuetudines*, cap. 101, *No.* 189.

4 : *D³HLMP³P⁴T³*. [a] de : *deest D³* ; ex : *H*. [b] exigit : *M*.

5 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] ab his quos ecclesia non recipit :*H*. [b] mortualibus : *T³*.

6 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] publice : *deest* H. [b] quod fecerit aut fieri fecerit : *H*. Qui convictus fuerit a parte sortilegio quod fecerit confessionem vel confessus publice sive etiam fecerit, si abbas..: *P⁴*. [c] Tres : *L¹*.

7 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] quia... etc. : *deest H*.

8 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] se : *deest M*.

9 : *D³L¹MP³P⁴T³*.

---

[1] Ludovicus VII, iunior dictus, Galliae rex, 1137-1180, qui in abbatia de Barbello, seu Sequanae portus, sepeliri voluit. *OC.* 111 ; *RHG.* VI, 629.

[2] Ann. 1157, nº 42.

Conversi qui in domibus iuxta abbatiam sitis extra terminos 10
habitant et laborant, iuxta pristinam consuetudinem in ipsis domibus comedant, nec id liceat abbatibus mutare.

Conspiratores [a], incendiarii, fures, proprietatem habentes, annis 11
singulis in Ramis palmarum post habitum sermonem, illis qui non sunt de Ordine prius emissis, ab eo qui praeest capitulo cum stola [b] et candela accensa [c] auctoritate Dei omnipotentis Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, et beatae Mariae et omnium sanctorum, et totius Ordinis, excommunicentur. Et si [d] culpa huiusmodi manifeste fuerit deprehensa, nulla inde satisfactio suscipiatur sine gravi culpa.

Caveant abbates, ne ipsi vel monachi eorum aliquando utantur 12
casulis olosericis in monasteriis nostris. Qui autem scienter [a] uti praesumpserit, ea die ieiunet in pane et aqua ; similiter sacrista vel alius monachus qui tale ornamentum scienter ministraverit.

Deposita ultra centum solidos in domibus nostris non susci- 13
piantur sine conscientia ad minus trium fratrum, et ad iussum [a] abbatis, et sub eorum testimonio reddantur et sub tali conditione suscipiantur, ut si contigerit amitti, domus inde [b] non teneatur. Nihilominus [c] abbas provideat studiose, quomodo commissa fideliter custodiantur. Qui autem sub ista conditione deponere noluerit, ipse sibi[d] custodiat. Qui autem hoc anno scienter transgressi sunt, abbas, cellerarius, et alii officiales, quorum consilio factum est, tribus sextis feriis ieiunent in pane et aqua ; et abbas postquam [e] redierit a Capitulo, infra triginta dies ad portam suam decem solidos pro hac transgressione pauperibus faciat distribui.

In lenis artificiose fiunt [a] varietates colorum in monasteriis 14
nostris ; quod ne ulterius fiat modis omnibus prohibemus ; sed si contigerit quod fimbrias tinctas emerint, non nisi unius coloris in una lena ponant.

---

10 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

11 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] Excommunicatio conspiratorum, incendiariorum, furum vel proprietatem habentium solempniter per omnes domos Ordinis ab abbate vel ab eo qui conventum tenuerit in ramis... : *H.* [b] et baculo : *add.* : *H.* [c] accensa : *deest H.* [d] et si culpa... etc. : *apud H. tant.*

12 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] scienter : *deest M.*

13 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] iussionem : *H.* [b] eadem : *H.* [c] nihilominus... etc. : *deest H.* [d] ipse sua sibi custodiat : P^4. [e] cum : T^3.

14 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] fuerint : P^4.

15 Monachi vel conversi in conventu nisi bis nullo [a] tempore comedant [b].

16 Nulli conventui Ordinis nostri liceat aliquam pitantiam quacumque occasione quasi de iure expetere, sed in abbatis dispositione consistat [a], qui secundum conscientiam [b] suam provideat [c] ne quid immoderate vel inhoneste fiat.

17 Quando duae missae fiunt[a] in conventu, provideat abbas [b] quantum potest secundum numerum fratrum suorum, ne claustrales nimis evagentur, et districte corrigat quos invenerit excedentes.

18 Sententia de tabernis, sicut superiori anno [1] temperata est, teneatur.

19 De domino Guillelmo remensi archiepiscopo [2], Bela regi ungarie [3] et domino Henrico bituricensi archiepiscopo [4] et domino Odoni fratri suo [5] et domino Guidoni senonensi archiepiscopo [6] concessum est audito eorum obitu in generali Capitulo fiat pro unoquoque eorum quantum pro fratribus nostris.

20 In quibusdam domibus passim et nimis facile dantur carnes. Eapropter monemus ut in hoc abbates conscientius provideant firmiterque authoritatem regule [7] observent, que tantum infirmis omninoque debilibus carnes indulget.

21 In commemoratione defunctorum post comitem Theob[aldum][8] scribatur nomen Henrici regis Anglie [9] et nomen monachorum

---

15 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] ullo : *M*. [b] nullo tempore comedant nisi bis: *H*.

16 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] consistet : T^3. [b] continentiam : *M* ; scientiam P^4. [c] praevideat : D^3M.

17 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] dicantur : P^4. [b] abbas : *deest M*.

18 : *M. habet hunc textum in statuto* 14° *quasi vagantem, ut apud* P^4.

19 : *H*.

20 : *H. fol.* 90.

21 : *H. fol.* 90.

---

[1] Cf. ann. 1182, n° 6.

[2] Guillelmus de Campania, Remensis arch. 1176, dein Card. † 1202. *BB*. I, 1938.

[3] Bela III, Hungariae rex, 1173-1196. *BB*. I, 497.

[4] Henricus de Soliaco (Sully), Bitur. arch. 1183-1200. *BB*. I, 2101.

[5] Odo de Soliaco, Bitur. cantor, dein Parisiensis epis. 1196-1208. *BB*. II, 3401.

[6] Guido de Nuceriis (Noyers), Senon. arch. 1179-1193. *SE*. 629.

[7] *Regula s. Benedicti*, cap. XXXVII.

[8] Theobaldus II, Campaniae comes, † 1152, s. Bernardi amicus. *BB*. II, 4451.

[9] Henricus I, † 1135. *BB*. I, 2054.

s[an]c[ti] Melani Redonensis [1]. Willelmo [2] comiti Alvernie concessum est sicut uni de nostris.

1184

1 Indulgentia quae fuit anno praeterito concessa his, qui non tenentur singulis annis ad Capitulum venire, ut per litteras liceat excusare, si infirmitate detenti venire non potuerint [a], in proximis [b] regionibus positis non conceditur nisi transmarinis et his, qui ultra montem Bardonis sunt, et his qui sunt in [c] Hungaria, in Polonia, in Hispania.

2 Qui nimis adolescentes receperunt, ita ut oporteat eos ter in die comedere, sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua [a].

3 Si priores absentibus abbatibus tales receperunt [a], hanc paenitentiam agant.

4 Nullus abbas vel monachus afferat litteras ad Capitulum de petitionibus quae sunt contra ordinem [a]; si quis hoc anno attulit, ieiunet una die [b] in pane et aqua.

5 Provideant abbates de quibus datur aliqua sententia, et studiose agant ut [a] habeant illam, quoniam ignorantia non excusat eos.

6 Minuantur conversi quando abbates praeceperint. [a] Qui contempserit, perdat minutionem illam [b].

7 Abbates qui pullos militarium equorum miserunt ad nundinas, et si venditi fuissent, pretium Capitulo reddere debuissent, elee-

1 : *D³HL¹MP³P⁴T³W*. [a] potuerunt : *P³*. [b] proxime : *P³*. [c] de Polonia, de : *MP⁴*.

2 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] Abbates qui nimis adolescentes susceperunt VI diebus sint in pane et aqua, et si priores sine conscientia abbatum susceperunt, hoc idem patiantur : *H*.

3 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] receperint : *P⁴*.

4 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] nullus petitiones que sunt contra ordinem deferat ad Capitulum : *H*. [b] sit in pane... : *M*.

5 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] et : *P³*.

6 : *D³HL¹MP³P⁴T³*. [a] praecipiunt : *MP⁴*. [b] conversi minuantur quando eis preceptum fuerit, et qui noluerit perdat minutionem illam : *H*.

7 : *D³L¹MP³P⁴T³*.

[1] Abbatia de sancto Melanio, O. S. B., in dioec. Redonensi. *GC.* XIV, 768.
[2] Willelmus qui primus vocatus est delphinus. c. 1155.

mosynam quae modo dabitur eis abbatibus distribuant Claraevalli et Morimundo, referant et ipsi pauperibus abbatibus [a]. Officiales qui miserunt sine conscientia abbatis sui, sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et de cetero caveant, quia si ultra praesumpserint [b] gravius punientur [c].

8 De gageriis [a] sicut annis praeteritis statutum est, sic [b] teneatur, quod non licet alicui censum, vel terragium, vel aliquem fructum terrae in gageria recipere, quin [c] computetur in sortem, nisi decimas de propriis laboribus et usum nemoris, et usus pascuorum [d].

9 In confessione ponatur *Confiteor Deo, et Beatae Mariae, et omnibus sanctis* [a]. Et in [b] omnibus solemnitatibus sanctorum [c] infra octavas Assumptionis B. Mariae ad completorium dicatur hymnus de S. Maria, et ad tertiam. Similiter in commemoratione B. Mariae dum sacerdos [d] incipit *Ave* [e] si dies fuerit prosternendi, omnes flectant genua. Si vero festivitas fuerit, super articulos [f]. Similiter [g] in omnibus solemnitatibus B. Mariae post *Magnificat* et *Benedictus* dum incipitur antiphona.

10 Qui duxerunt pueros nimis curiose indutos cum chirothecis, vel cum manicis consutilibus, vel cum cultellis acuminatis, si conscii fuerunt [a] abbates, tribus diebus ieiunent in pane et aqua. Quod si non fuerint conscii abbates, conversi praedictam paenitentiam faciant, et in posterum idem iudicium [b].

11 Excommunicatio, quae in anno praeterito praecepta [a] fuit die Palmarum facienda, firmiter teneatur. Qui autem omiserit [b] hoc anno, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

---

[a] Claraevallis et Morimundi, et ipsi pauperibus abbatibus distribuant : *MP*^{4}. [b] praesumerent : *MP*^{4}. [c] punirentur : *MP*^{4}.

8 : *D*^{3}*HL*^{1}*MP*^{3}*P*^{4}*T*^{3}. [a] gajeriis : *M*. [b] sic : *deest M*. [c] qui non : *M*. [d] In gageriis quidquid accipitur in pretium computetur, exceptis pascuis et nemoribus : *H*.

9 : *D*^{3}*HL*^{1}*MP*^{3}*P*^{4}*T*^{3}. [a] Confessio fiat sic : confiteor Deo et beate Marie et omnibus sanctis, et cetera sicut mos est : *H*. [b] in : *deest M*. [c] sanctorum : *deest M*. [d] cantor : *M*. [e] antiphonam : *M*. [f] manuum : *add. MP*^{3}*P*^{4}*T*^{3}. [g] Quando commemorationes beate Marie incipiantur privatis diebus conventus flectat genua, festis vero super articulos veniam petat. In festivitatibus quando post Magnificat et post Benedictus reincipitur antifonam (*sic*) tunc venia petetur. Similiter ad introitum misse, quando Salve sancta parens canitur. In octavis s. Marie ad tertiam et ad completorium eius hymni non mutentur : *H*.

10 : *D*^{3}*HL*^{1}*MP*^{3}*P*^{4}*T*^{3}. [a] fuerint : *M*. [b] qui garciones curiose indutos secum duxerint, tribus diebus sint in pane et aqua : *H*.

11 : *D*^{3}*L*^{1}*MP*^{3}*P*^{4}*T*^{3}. [a] praedicata : *L*^{1}. [b] omiserunt... sint : *MP*^{4}.

Abbates qui debuerunt venire et remanserunt pro guerris, vel pro debitis, vel quacumque alia causa [a], et non pro infirmitate, sex diebus sint in levi culpa, et quadraginta diebus extra stallum suum, et sequenti Capitulo se praesentent, exceptis Gualensibus[b] et Hispanis, qui pro irruptione paganorum rationabiliter excusantur [c]. 12

Patres abbates diligentiam adhibeant, et plenam habeant potestatem, ubi enormia sunt debita, suadendi, et cogendi et faciendi, ut vendantur mobilia si [a] aliter fieri non potest, et [b] immobilia, donec debita temperentur, auctoritate sua et totius Ordinis [c]. 13

Venientes ex [a] Hibernia, et redeuntes de curia, si se dicunt esse episcopos, non eis sine certo testimonio credatur. Similiter de monachis vel conversis, qui ignoti sunt, non eis credatur sine litteris commendatitiis [b]. 14

Scimus quia in quibusdam terris concessum est et toleratum ut in grangiis vinum vel siceram [a] habeant, et non potest nunc revocari. In certis autem terris quidam de novo sua praesumptione coeperunt ; propterea sicut sententia data fuit de cervisiis [b] in Anglia, sic irretractabiliter teneatur ; et similiter teneatur in Flandria, et in Francia, et in Normannia, et in Cenomannia. 15

Ad missam quotidianam [a] pro defunctis, si presens defunctus fuerit in ecclesia [b] dicatur pro eo collecta *Omnipotens sempiterne Deus cui nunquam* singularis [c], post primam collectam [d]. 16

In recipiendis mortuis sententia Usuum teneatur. 17

Pro domino papa et pro aliis multis una missa de Spiritu 18

12 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] alia ex : MP^3. [b] Vualensibus : P^4. [c] Abbates qui infirmitate detenti ad Capitulum venire non potuerunt de terris surrinis (marinis ?) vel transalpinis per litteras excusentur. Abbates qui ad Capitulum non venerunt tribus diebus sint in pane et aqua et sex in levi culpa et quadraginta extra stalla sua : *H*.

13 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] vel si : MP^4. [b] etiam : MP^4. [c] pater abbas habet potestatem vendendi tam mobilia quam immobilia pro exsolvendis debitis : *H*.

14 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] de : MP^4T^3. [b] Monachis ignotis non credatur sine litteris commendatitiis sed [h]abitus eis auferatur : *H*.

15 : $L^1MP^3P^4T^3W$. [a] siceram : *deest* T^3 *et istius verbi locus vacat.* [b] serviciis : L^1T^3.

16 : $D^3HP^3T^3$. [a] In missa cotidiana : *H*. [b] in ecclesia : *deest H*. [c] singulariter : *H*. [d] post primam coll. *deest* : *H*.

17 : *H*.

18 : *H* ; *sed cancellata fuit haec diffinitio.*

sancto dicatur ab aliquo sacerdote ; et alia pro defunctis. *Inclina Domine* pro quodam penitente.

19 In festivitate s[an]c[t]i Vincentii due misse canantur et conversi laborent.

20 Pro sagiensi episcopo [1] tres misse dicantur et tricenarium fiat.

21 Pro Cluniacensi ecclesia aliqua fiat oratio.

1185

1 Nullus abbas Ordinis nostri monachum vel conversum tradat alicui personae, nisi domino Papae, quae non sit de Ordine nostro, ad habitandum cum eo [a].

2 De commendationibus, quod annis praeteritis dictum est et scriptum, diligenter et firmiter teneatur.

3 Diebus sabbatorum in infirmitoriis nostris carnes non comedantur, nisi forte abbas vel prior, absente abbate, circa aliquem[a] dispensaverit pro gravissima [b] infirmitate.

4 Unam tantum crucem licet super altare ponere praeter communem ligneam [a], cum vase reliquiarum, sine cereis, in praecipuis festivitatibus tantum ad missas.

5 Nullus Ordinis nostri litteras, quarum tenorem non novit[a], ad aliquam personam portare praesumat.

6 Quicumque monachus[a] miserit malitiose manum in abbatem suum, mittatur de domo sua [b] in aliam domum, ultimus omnium sit, in ordine suo non ministret, legere et cantare et ministrare ad missas privatas poterit.[c] Et haec poenitentia nulli relaxetur, nisi ad nutum generalis Capituli. Similiter et conversi a domo propria amoveantur, ultimi omnium sint, nec redeant ad domos

---

19 : *H.*
20 : *H. cancellata fuit deinceps haec diffinitio.*
21 : *H.*
1 : *D³HL¹MP³P⁴T³.* [1] cum eo, nisi domino Pape. *H.* fol. 91[a], *et iterum sub fine eiusdem folii* : Nullus monachus vel conversus alicui accommodetur nisi domino pape.
2 : *D³HL¹MP³T³.*
3 : *D³HL¹MP³P⁴T³.* [a] alicui persone : *H.* [b] aliqua gravissima : *HM.*
4 : *D³HL¹MP³P⁴T³.* [a] praeter communem ligneam : *deest H.*
5 : *D³HL¹MP³P⁴T³.* [a] noverit : *P⁴.*
6 : *D³HL¹MP³P⁴T³.* [a] vel conversus : *H.* quicumque conversus : *P⁴.* [b] de domo sua : *deest M.* [c] audire poterit : *H.* non poterit : *M.*

---

[1] Frogerius, Sagiensis episc. 1157- † 12 sept. 1184. *SE.* 625.

suas, nisi ad nutum generalis Capituli. De ieiuniis et disciplinis[d], et si quid aliud ad poenam addendum fuerit, pater abbas diligenter inspiciat, et addat.

Abbates qui excepta causa morbi non venerint ad Capitulum cum[a] venire debuissent, sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 7

Abbates qui levaverunt [a] pueros de sacro fonte, tribus diebus sint in levi culpa. Qui vero baptizaverunt, et etiam qui aquam ad hoc consecraverunt, sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et utrique [b] septem diebus extra stallum abbatis. Sed [c] si quis monachus de licentia abbatis vel prioris sui id fecerit, similiter patiatur ; si sine licentia, praeter[d] hoc, sit tribus diebus in pane et aqua. Qui de cetero id praesumpserit, districtius punietur, quia contra[e] canones est. 8

Sententia praeterito anno dictata[a] de vino vel[b] cervisiis non dandis ad grangias, sicut scripta est teneatur ; et quod in ea dicitur in Francia, non est intelligendum [c] in Aquitania, sed in Senonensi et Remensi provincia. 9

Abbates qui usque ad Pascha non emendaverint, ex tunc ab officio abbatis abstineant, si per eos steterit quod non emendetur [a] ; si conversi eis, immo Ordini obtemperare noluerint, a communione sancta [b] abstineant, donec digne sit emendatum. 10

Ordinati ab episcopo suspenso non [a] exequantur officia illa, nisi ex indulgentia domini Papae. 11

Qui praesidet Capitulo semper unum teneat secum de quatuor primis abbatibus in Capitulo, modo unum, modo alterum, per diversa spatia diei, dum definitiones fiunt, et duos de aliis[a] discretioribus. 12

De eleemosynis quae distribuuntur, tres partes pro defunctis dentur super maiorem mensam [a], tollendae a portario, et in vestibus vel calciamentis pauperibus distribuendae. 13

Ad disciplinae districtionem pertinet ut monachi vel conversi 14

---

[d] dissiplinis : P^4.

7 : $DL^1MP^3P^4T^3$. [a] anno quo : P^4.

8 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] levaverint : D^3. [b] utrisque : T^3. [c] sed et : *M*. [d] propter : P^4. [e] extra : P^3.

9 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] data : P^4. [b] et : MP^3. [c] intellectum : MP^3.

10 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] emendatur : T^3. [b] sacra : P^4.

11 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] non : *deest* T^3.

12 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] ceteris : P^4.

13 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] maiore mensa : T^3.

14 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$.

ante abbatem suum vel priorem non nisi per tertiam personam sibi invicem loquantur. Qui aliter praesumpserit, in capitulo veniam petat, vel qui audierit, proclamet, et digne corrigatur. Qui [a] vero aliis personis loquuntur, et occasione illarum quasi per tertiam personam loquuntur monachis [b] vel conversis, silentium frangere est, et omnino non licet.

15 Nulla persona Ordinis nostri, si in [a] eius electione in episcopum [b] controversia orta fuerit, causam super hoc intret, vel iudicem adeat, vel ad eum aliquem mittat.

16 Pro necessitate [a] indultum est, ut foris ubi competentia stramina non habemus, super culcitris [b] iaceamus. Districte [c] igitur praecipitur, ut ubi habere ea sufficienter poterimus, a culcitris abstineamus.

17 Monachus coram conventu de collatione vel choro evocatus ab abbate vel priore, si perdiderit benedictionem collationis, vel orationem in choro non petat inde veniam, nisi pro *Pater noster* et *Credo in Deum* [a].

18 Quidam ponunt in cartis suis hoc vel aliud[a] « promisimus in verbo veritatis » ; ulterius non fiat.

19 Fibulae non nisi ligneae et flexibiles fiant.

20 Ad vesperas S. Vincentii dicatur duodecimum responsorium, id est *Gloria et honore*.

21 Quicumque Ordinis nostri ab octavis Pentecostes usque ad festivitatem s. crucis, sexta feria moratur in villis, ieiunet, sicut nos ammonuit dominus Albanensis [1].

---

[a] Qui vero... etc : *deest* T^3P^4. [b] aliis monachis : *M*.
15 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] de : P^4. [b] in episcopatum : P^4.
16 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] pro necessitatibus : P^4. [b] culcitras : HMP^4. [c] districte... etc : *apud* HMP^4 *tant.*
17 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$. [a] Si abbas vel prior monachum de collatione vel de ecclesia coram conventu traxerit, non petat veniam in capitulo, excepta solemni oratione : *H*.
18 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] vel illud : P^4.
19 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$.
20 : $D^3HL^1MP^3P^4T^3$.
21 : *H*.

---

[1] Beatus Henricus de Marcy, monachus claraevallensis, abbas de Altacumba 1156, de Claravalle 1176, creatus ab Alexandro III cardinalis episcopus Albanensis 1179 ; † 1 ian. 1189. *BB*. I, 2090.

Nomina abbatiarum s[an]c[t]i Gildasii [1] et s[an]c[t]i Cypriani [2] pictaviensis scribantur in communi anniversario. 22

In singulis kalendariis tocius Ordinis nostri scribatur nomen Ricardi [3] comitis pictaviensis filii regis Angliae, ut audito eius obitu fiat pro eo quantum pro uno de nobis. 23

Monachus vel conversus qui eiectus fuerit proprio vitio de monasterio suo cum litteriis commendatitiis, si denuo transierit per domum illam, non ingrediatur nisi cum licentia proprii abbatis illius monasterii [a]. 24

Quando presens defunctus fuerit in ecclesia, monachi infirmi ad vesperas et ad matutinum facient officium pro defuncto in infirmitorio [a]. 25

In singulis abbatiis Ordinis nostri scribatur nomen Marie [4] quondam ducisse Burgundie ut audito eius obitu fiat pro ea per totum Ordinem quantum pro uno de nobis et scribatur in regula. 26

Quando festivitas s[an]c[t]i Marci evangeliste V° kalendas maii celebratur, in ultimis vesperis ad Magnificat dicatur *Tua s[unt]*. Quando vero IV° kalendas agitur, dicatur ad Benedictus *In medio et in circuitu* [5]. Quando festivitas [de] sancta Lucia feria secunda illuxerit, vespere de dominica sint. Quod simili modo agendum est in festum (*sic*) s[an]c[t]i. Gregorii et s[an]c[t]i Ambrosii. 27

Statutum est in generali capitulo ut hore beate Marie dicuntur 28

---

22 : *H.*
23 : *H.*
24 : *H.* [a] *MP*[4] : Monachus vel conversus de una domo eiectus, et in aliam receptus, non intret domum illam de qua eiectus est, nisi per licentiam abbatis.
25 : *H.* [a] *MP*[4] : Si praesens defunctus fuerit in choro ad vesperas et ad laudes, qui sunt in infirmitorio celebrent officium defunctorum.
26 : *H.*
27 : *H.*
28 : *H, fol.* 91 [b] *ubi haec diffinitio cancellata fuit, et P*[6] *qui habet textum abrasum.*

---

[1] Hoc nomine tria monasteria O. S. B. occurrunt : in dioec. Bituricensi *GC.* II, 153 in dioec. Venetensi *GC.* XIV, 958), et dioec. Nannetensi, *GC.* XIV, 847.

[2] Vetus et celebris abbatia O. S. B. in dioec. Pictaviensi. *GC.* II, 1230.

[3] Richardus, dictus Cœur de Lion, Angliae rex, † 6 jan. 1199. *BB.* II. 3946.

[4] Maria, Theobaldi, Campaniae comitis filia, et uxor Odonis II, Burgundiae ducis. Cf. *Histoire... de Bourgogne* (auct. U. Plancher). Dijon, 1739, t. I, p. 342 sq.

[5] Haec rubrica in antiquis breviariis legitur et ad antiphonas refertur quae mutatae fuerunt XVII s°. Cf. *Breviarium cisterciense.* Argentine. 1487, item Parisiis, 1598 fol. 298v ; aut Breviaria Cong. hispan. quae C. Vaussin reformationem non receperunt v. g. *Breviarium operis Dei ad usum sacri almi ordinis Cisterciensis per Hispaniam.* Matriti, 1826, p. 14. Comm. Evangelist.

in conventu et in infirmitorio hoc modo. In intervallo quod est inter nocturnos et laudes dicantur matutini ante officium defunctorum si tunc dicendum est. Relique hore statim post horas canonicas subsequantur. Invitatorium, hymni, antiphone, psalmi, responsoria canentur sicut ad officium defunctorum. Ad psalmos et lectiones omnes sedebunt. Intermittantur tamen a dominica prima adventus domini usque ad octavas epiphanie et a ramis palmarum usque ad octavas pasche, et a sabbato pentecostes usque ad octavas eiusdem, et intra octavas assumptionis s[an]c[t]e marie, et in omnibus festis XII lectionum. In his tamen temporibus unusquisque agat sicut solitum erat. In dominicis et festis diebus agetur commemoratio more solito, nec ad antiphonam petetur venia, sed ad versiculum *Ave Maria*.

29 Sciendum est quod quotiens conventus in grangia commoratur, nichilominus tamen ab eis qui in abbatia remanent ordo per omnia teneatur.

30 Nullus abbas cogatur priorem suum vel maiorem cellerarium alii monasterio dare in abbatem nisi per generale Capitulum.

31 De fugitivis ad ordinem redeuntibus sententia olim instituta teneatur.

32 Abscindentes et incidentes et peregrinantes non nisi per generale Capitulum in domo de qua exeunt recipiantur.

33 De visitatoribus sicut scriptum est in forma visitationis teneatur.

34 De ingressu mulierum in domos nostras sicut olim prohibitum est observetur.

35 Abbates benedicendi nichil dent pro benedictionibus suis quia simoniacum est. Imo potius a benedictionibus abstineant vel differant.

36 In festivitate s. Thomae martyris, Anglis ab olim concessae sunt duae missae [1], ceteris una.

---

29 : *HP*[6]. [*cf. ann.* 1194, *n*o 61].
30 : *H*.
31 : *HP*[6].
32 : *HP*[6]. [*cf. ann.* 1192, *n*o 7].
33 : *H*.
34 : *H*.
35 : *H*. [*cf. ann.* 1191, *n*o 84; 1194, *n*o 62].
36 : *M*.

---

[1] i. e. festivitas duarum missarum conventualium.

1186

Solet movere nonnullos, quod fratres nostri Ordinis monachi 1
vel [a] conversi, vel ipsi quoque Abbates, ab octava Pentecostes usque ad Exaltationem sanctae Crucis inter ieiunantes alios sexta feria bis manducant. Propter quod statuimus, ut honestati suae et Ordinis studiosius deinceps in hac parte studeant [b] providere.

Qui feria quinta [a] pernoctaverit in aliqua [b] villa, et feria sexta 2
ibidem manserit, sive etiam qui feria sexta ieiunus advenerit, et ibidem fuerit demoratus inter ieiunantes alios, ipse quoque ieiunet.

In illis etiam regionibus ubi eadem sexta feria ab esu casei 3
vel [a] ovorum abstinent et saeculares, vel dum prandemus inter eos qui a talibus cibariis abstinent illa die, nos cum eis decet nihilominus [c] abstinere.

His quos pro certo scimus nominatim excommunicatos esse, 4
non debemus in mensa communicare, in oratione, in osculo, in salutatione.

Nimis est grave et contra canones et instituta Ordinis, quod 5
abbates nostri baptizare praesumant [a]. Propterea quicumque hoc anno praesumpserunt [b] septem [c] sextis feriis in pane et aqua ieiunent et usque ad Nativitatem Domini missas non celebrent, et sint extra stallum suum. Qui autem a modo praesumpserint, omnibus sextis feriis sint in pane et aqua, et [d] extra stallum suum, nec [e] missam celebrent usque ad nutum Capituli, et monachus qui hoc [f] praesumpserit, idem patiatur. Idem patiatur [g] qui aquam consecraverit, vel puerum de sacro fonte levaverit.

Si in aliqua abbatia vel grangia Ordinis nostri vinum vendi- 6
tum fuerit ad brocam, in abbatia interim missa non cantetur,

---

1 : *$D^3L^1MP^3P^4T^3$*. [a] et : *D^3MT^3*. [b] debeant : *$D^3MP^3P^4T^3$*.

2 : *$D^3L^1MP^3P^4T^3$*. [a] sexta : *P^3*. [b] qualibet : *D^3M*.

3 : *$D^3L^1MP^3P^4T^3$*. [a] et : *D^3M*. [b] etiam : *P^3* ; et : *deest D^3*. [c] illa die : *D^3M*.

4 : *$D^3L^1MP^3P^4T^3$*.

5 : *$D^3L^1MP^3P^4T^3$*. [a] praesumunt : *MP^3P^4*. [b] praesumpserint : *P^3* ; baptizaverunt : *M*. [c] sex : *M*. [d] et : *deest* : *T^3*. [e] non : *T^3*. [f] haec : *P^3T^3*. [g] idem patiatur : *repet. apud M* tant.

6 : *$D^3L^1MP^3P^4T^3$*.

et ad sequens Capitulum abbas, vel alius pro ipso culpam illam Capitulo [a] manifestet.

7 Erubescant abbates nostri Ordinis et confundantur qui notabilibus assuescunt iuramentis, vel subditos suos id agentes districte non corrigunt, abbas autem qui alium abbatem in his assuetum noverit, in generali Capitulo illum proclamet, et monachus monachum, et conversus conversum, in propriis capitulis, et pro modo iuramenti districte in eos vindicetur.

8 Conversi qui poenitentiam inobedientiae faciunt et in terra comedunt, disciplinam quoque in capitulo debent accipere.

9 Sequenti die post Exaltationem sanctae Crucis, in Cistercio cantetur missa in conventu de Spiritu sancto, et ab uno sacerdote privatim de sancto Nichomede[a] ad nutum cantoris. A ceteris qui cantare poterunt praeter[b] hebdomadarios, de Spiritu sancto. In ceteris abbatiis a[c] singulis sacerdotibus, qui cantare poterunt, missa cantetur de Spiritu sancto pro generali Capitulo, et missa de sancto Nichomede[d] in conventu cantetur.

10 Sententia praeterito anno[a] data[1] de non bibendo vino[b] vel cerviciis in grangiis quarumdam provinciarum firmiter teneatur. Qui autem contra sententiam istam veniunt, vel de cetero venient, tanquam conspiratores, ipsi et fautores eorum, excommunicentur [c].

11 Monachus vel conversus de aliqua domo eiectus vel egressus,[a] et per licentiam in aliam[b] receptus, non intret in domum illam de qua exiit, neque in conventum fratrum ad grangias, nisi per licentiam abbatis domus ipsius [2].

---

[a] In Capitulo : D^3.

7 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

8 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

9 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] nicomede : T^3. [b] propter : *perp.* T^3.. [c] et : P^3P^4. [d] Nicomede : T^3.

10 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] olim : *M*. [b] bibere de vino : T^3. [c] *M. add.* : quia tam manifesta conspiratio dissimulari, salvo ordine, nullatenus potest. P^4 *insuper addit* : De cetero quoque sub eadem sententia prohibetur ne quis ordinis nostri monachus vel conversus scientes in illis grangis ubi hoc anno conspiratio noscerit perpetrata, a proximo festo sancti Lucae usque ad diem festum sequentis anni vinum vel cervisiam non bibant, nisi presente vel donante abbate si voluerit, ut hoc anno deliberetur et in sequenti plenius tractetur capitulo.

11 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] egressus vel eiectus : T^3. [b] alia : T^3.

---

[1] Cf. ann. 1185, nº 9.

[2] Cf. ann. 1185, nº 24.

Similiter qui per auctoritatem Capituli generalis de aliqua domo emittitur; nec [a] ipsi abbati liceat eum dimittere, nec [b] illum intrare sine certa licentia eiusdem Capituli generalis. **12**

Si tabula pulsatur pro aliquo decedente [a] dum opus Dei in ecclesia celebratur, qui de choro [b] ad privatam necessitatem exierint, non accurrant ad sonitum, sed expleta necessitate revertantur ad chorum. **13**

Quando praesens defunctus in choro [a] introducitur, et minuti et infirmi, et quicumque sunt extra chorum, intrent. Similiter ad solemnes exequias cum ferendus [b] est ad tumulum. Si quis tamen ex eis necesse habuerit sedere, licebit. Similiter ad psalmos circa defunctum, adsint qui competenter adesse poterunt. Si praesens defunctus fuerit in choro, qui sunt in infirmitorio, celebrent officium defunctorum ad vesperas et ad laudes diebus quibus conventus celebrat. Similiter qui privatas vigilias in capitulo dixerint, et qui nocte vigilant circa funus post matutinas in choro similiter dicant officium, nisi forte finito psalterio prius dixerint illud. Quod si [c] psalterium finierint, dicant officium defunctorum ab hora prandii usque ad noctem *Placebo* et *Dirige*; si secundum *In loco pascuae*; si tertium *Complaceat*. Ab initio noctis et deinceps usque ad horam prandii: *Dirige*, vel *In loco*, vel *Complaceat*, et *Exultabunt*. **14**

Nullus in monasterio loquatur dum opus Dei in oratorio celebratur, ad laudes, ad vesperas usque post ultimum *Benedicamus Domino*. **15**

Districte praecipitur, ut nullus abbas secum adducat garciones rixosos, sicut nec notabili habitu vestitos tempore Capituli, et infra Firmitatem et Pontiniacum et Claramvallem et Morimundum, et abbatias infra positas, nemo eodem tempore nisi unum introducat. **16**

---

12 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] non : P^3T^3. [b] non : T^3.
13 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] descendente : *perp.*: P^3 T^3. [b] exierint : T^3.
14 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] chorum : T^3. [b] quando deferendus : T^3. [c] quod si... etc : *deest apud* L^1.
15 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.
16 : *M* ; P^4 *qui addit* : In capitulo ad districtionem tenetur. Qui vero aliis personis locutus occasione illarum ad quas locutus quasi per tertiam personam loqui monachis vel conversis omnino non licet, sed silentium frangere est.

1187

1 Statuimus et praecipimus ut in electionibus faciendis, maxime in maioribus monasteriis nostris, forma quae continetur in Charta caritatis et legatur et observetur.

2 Si qui de Ordine nostro homicidia perpetraverint, si personas Ordinis nostri occiderint, teneantur sub arctissima custodia et [a] districtissima poenitentia, et cibentur pane et aqua usque ad mortem, nisi pro tenera aetate vel infirmitate [b] dispensetur in eis. Si alias personas occiderint, statim eiiciantur de domibus suis numquam [c] reversuri; et si contigerit in alia domo eos recipi, semper novissimi sint, nullam administrationem habeant; omni sexta feria ieiunent in pane et aqua, in adventu Domini, in quadragesima bis in hebdomada.

3 Abbates qui ex licentia Ordinis sunt missuri ad curias domini Papae vel principum [a], tales provideant, de quorum honestate sint securi, ita quod scandalum super actibus eorum ultra non proferatur [b] ad Capitulum. Quod si contigerit, in ipsos abbates, qui tales miserunt [c], districte vindicabitur.

4 Quoties aliqua domus nostri Ordinis abbate caret, prior et consilium domus de visitandis filiabus abbatiis provideant, non tamen sine aliquo abbate.

5 De cottis et omnibus coopertoriis conversorum ubique generaliter teneatur sicut tenetur apud Cistercium et in quatuor primis domibus, nisi forte in frigidissimis regionibus aliquid a Capitulo dispensetur.

6 Abbates, qui pro nimia frigiditate locorum dispensatione eguerunt [a], sequenti Capitulo [b] necessitatem [c] suam proponant.

7 De pitantiis dictum est quae fiunt ex promissione, quod de illis quae factae sunt, differtur ad praesens. De cetero prohibi-

---

1 : $D^3L^1MP^3T^3$ [P^4 ann. 1186].

2 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] ad : *M*. [b] vel infirmitate : *deest* T^3. [c] numquam ad domum illam : *M*.

3 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] principis : T^3. [b] perferatur : MP^3P^4. [c] miserint : T^3.

4 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

5 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

6 : $D^3L^1MP^3P^4T^3W$. [a] eguerint : T^3. [b] *M add.* : humiliter. [c] dispensationem : P^4.

7 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$.

tum est ne[a] fiat talis promissio et si factum fuerit, sciant illi, qui hoc fecerunt[b], se graviter puniendos et beneficium vel possessiones[c] vel pecuniam, quam propter hoc receperunt[d], amissuros.

Dum[a] venerit abbas ad grangiam suam, in eius providentia sit, ubi in loco honesto comedat, quando[b] volet in refectorio vel alibi, pitantiam conversis rarius[c] faciat, ne in[d] consuetudinem vertatur. **8**

Anniversarium fratrum et familiarium nostrorum, quod celebratur tertiodecimo kalendas octobris nunc celebrabitur quintodecimo kalendas octobris, adiuncto regis Ludovici anniversario, reginae uxoris eius, ducum et ducissarum Burgundiae, et dicetur prima collecta : *Deus veniae largitor*, secunda : *Praesta, Domine, quaesumus*[a]. **9**

Illis qui sunt in dioecesi Pictaviensi concessum est, ut festum sancti Hilarii cum duodecim lectionibus celebrent in crastinum post octavam Epiphaniae nec monachi laborabunt[a]. **10**

Concessum est[a] de possessiunculis[b] parvis[c], quas monachi vel conversi retinere volunt, ut[d] occasionem habeant vagandi, ut abbas possit eas distrahere, cum consilio tamen vicinorum abbatum[e], nec propter reclamationem aliquorum omittat, qui huiusmodi[f] amant evagationem[g], si meliori potest domui suae[h] utilitati provideri[i]. **11**

Domino Petro[1] Atrebatensi ab olim concessum est, ut post **12**

---

[a] districtissime prohibetur ne : $D^3MP^3P^4T^3$. [b] fecerint : T^3. [c] provisiones : P^3 ; promissiones : T^3. [d] receperint : T^3.

8 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] Cum : MP^4T^3. [b] cum : P^3. [c] raro : P^4. [d] aliquam : *M*.

9 : $D^3L^1MP^3T^3$. [a] *M* : Anniversarium domini Regis Francorum, piae memoriae Ludovici, tertio decimo calendas octobris solemniter fiat in omnibus monasteriis nostri ordinis cum officio generali defunctorum ordinis nostri, ita ut in officio ad missam prima sit collecta *Deus veniae largitor*, secunda *Praesta quaesumus ut anima famuli tui cuius anniversarium.*

10 : MP^4. [a] laborent : P^4.

11 : MP^4 [$D^3L^1T^3$ *ann.* 1188]. [a] a generali capitulo : D^3T^3. [b] possessionibus : T^3. [c] et dispersis : D^3T^3. [d] voluerint ut inde hanc : T^3. [e] D^3T^3 *add.* : et patris abbatis. [f] eiusmodi : T^3. [g] vagationem : D^3 *add* : et quaerunt. [h] suae domus : T^3. [i] providere : $D^3P^4T^3$.

12 : *M*.

---

[1] Petrus abbas Pontigniaci. dein Cistercii, episcopus Atrebatensis electus ann. 1184, † 1203. *BB.* II, 3689.

obitum suum per omnes domos Ordinis nostri plenum officium habeat, ac si permansisset abbas Cisterciensis. Praecipimus ut scribatur in singulis monasteriis Ordinis nostri : cui concessum est ut proprium habeat officium, quandocumque auditus fuerit obitus eius, et qui ante Capitulum non cognoverint, nihilominus post communes viginti missas, tres faciant ei reddi.

1188

1 Tempore quo venitur ad Capitulum et reditur, provideant abbates et domorum officiales ut[a] in abbatiis et grangiis eorum venientibus et redeuntibus sufficienter et honeste ministrentur necessaria[b].

2 Liceat abbatibus Ordinis nostri fures suos et incendiarios comprehendere et tenere in vinculis, si[a] viderint expedire.

3 De verbo inordinato in electionibus abbatum, cui iniungitur ieiunium in pane et aqua pro tempore, cum aliis comedat semel aut bis.

4 Distinctio illa, quae fiebat in praefatione[a] quasi ad distinctionem personarum, scilicet : *Domine Sancte, Pater Omnipotens, Aeterne Deus,* de cetero non fiat, sed si sub uno anhelitu potest dici, dicatur ; si non, ita fiat punctum : *Domine Sancte Pater.*

5 Officium defunctorum sic fiat in Quadragesima sicut[a] post Pascha.

6 Ubique extra conventum dicatur ad Primam : *Pater noster,* et *Credo in Deum*[a].

7 Liber qui dicitur Corpus Canonum[a], et[b] Decreta Gratiani apud eos qui habuerint secretius custodiantur, ut cum opus fuerit proferantur ; in communi armario non resideant, propter varios qui inde possunt provenire errores.

8 Nobiles laici venientes ad monasterium non fiant conversi sed monachi[a].

---

1 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] ubi : P^3T^3 ; vel officiales domus : P^4. [b] procurentur : D^3MP^4.
2 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] si ita : MP^4.
3 : $D^3L^1P^3T^3$. [cf. *ann.* 1189, *n*° 30].
4 : $D^3L^1P^3T^3$. [a] communi : T^3.
5 : $D^3L^1MP^3T^3$. [a] sicut fieri solet : D^3M.
6 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] MP^4. *add.* : et Pretiosa in conspectu Domini.
7 : $D^3L^1MP^3P^4T^3$. [a] canonicum : P^4. [b] sive : MP^4.
8 : $D^3L^1MP^3P^4$. [a] *Aliter* MP^4: Provideant abbates ne personas generosas

Liber Usuum legatur in conventu ad collationem ab initio primae hebdomadae Quadragesimae usque dum perlegatur. 9

Ex nimietate debitorum non tam periculum quam excidium pluribus iam [a] monasteriis Ordinis nostri noscitur imminere. Propterea providemus ut abbas quamdiu obligatus fuerit debito quinquaginta marcarum ad pondus trecense abstineat interim ab emptione terrarum et aedificiis, nisi forte de eleemosyna ad eos usus proprie data sine gravamine domus suae, vel [b] etiam de alia possessione sua tantum prius vendiderit unde ipsa emptio vel edificatio perfici possit [c] ita sane ut non gravetur domus nisi in cibariis ubi abundaverint, sive in aliis aliquibus rebus minimis. Excipimus ab hac lege incendii infortunium necnon et humiles grangias et tecta animalium quae certa necessitas exegerit. In quibus tamen omnibus omnino caveatur ne sub occasione huius permissionis grandia et sumptuosa aedificia construantur [d]. Excipimus etiam aedificia quae iam inchoata sunt modo, id est anno incarnationis dominicae M°C°LXXX° VIII°. Quae tamen ipsa si ultra summam quinquaginta [e] marcarum extenduntur, ostendantur visitatori vel vicinis abbatibus quorum arbitrio vel differatur usque ad Capitulum, vel si nimis grave esse cognoverint eorum licentia compleantur, ita ut in proximo Capitulo quid et quare factum sit nuncietur. Praeterea si usque ad pretium quinquaginta marcarum trecensium aliquem abbatem debitis obligatum in anno uno in terris emendis vel aedificiis, praeter illa de quibus supra definitum est, expendere [f] aliqua evidens causa coegerit in proximo postea Capitulo generali hoc fateatur et a Capitulo ut ei visum fuerit diiudicetur. De cetero transgressor huius sententiae in praesentia duorum aut trium abbatum comprobatus vel ultro confessus fuerit, posteaquam ipsa ei sententia innotuerit quam [g] oportet patres abbates filiis suis diligentius intimare, a patre abbate absque retractatione aliqua deponatur, numquam amplius in abbatem promovendus 10

---

et quae in officio monachorum possunt utiliores esse quam in labore conversorum, inter conversos recipiant, sed inter monachos magis.

9 : *M.*

10 : *MP*[6] [a] in : *M.* [b] vel tantum : *M.* [c] excepto incendii infortunio vel ruinae, exceptis etiam humilibus grangiis et tectis animalium quae certa necessitas exegerit, et exceptis his quae inchoata sunt modo, quae tamen ipsa... *M.* [d] *Verba* Excipimus... construantur. *cancellata fuerunt in ms. P*[6] *tempore incerto.* [e] quinque : *M.* [f] praeter illa... expendere : *desunt apud M.* [g] quam : *deest M.*

nisi per generale Capitulum[h]. Prior vero sive cellerarius aut quicumque monachus vel conversus cuius consilio vel assensu facta fuerit ipsa transgressio tribus diebus sint in gravi culpa et ultimi sint per annum et omni feria eiusdem anni ieiunent in pane et aqua[i], nisi gravis infirmitas vel grandis solemnitas aliquam exegerit dispensationem. Quicumque vero sine conscientia abbatis sui aliquid tale praesumpserit, a monasterio in quo et pro quo factum fuerit, non nisi per generale Capitulum revocandus, in aliam domum emittatur et ibi supradictam poenitentiam agat. Qui tamen certas pensiones debent vel de decimis inquietantur, eas emere non prohibentur.

11 Auctoritate Capituli generalis praecipitur ut visitatores qui forma gregis esse debent, cautius agant et in victualibus sibi faciant parcius ministrari, nec de facili in infirmitoria ingrediantur ne discipulorum animi qui de eorum praesentia aedificari debuerant, viso pravo pastorum exemplo a propositi sui rigore torpescant. Similiter etiam de visitandis districte praecipitur et quod si in Capitulo coram visitatoribus aliquam proposuerint quaestionem de victualibus ea die ieiunent in pane et aqua, et in capitulo verberentur quia non decet monachos praepositis necessitatibus corporum minus intendere utilitatibus animarum. Quae vero circa huiusmodi proponenda fuerint extra capitulum cum reverentia proponantur. Haec sententia cum forma visitationis scribatur, sed non legatur.

12 Concessum est... etc. *ut ann.* 1187, *n*° 11.

1189

1 Novitii semper ad missam benedicentur [1], et abbas eam cantet. In hyeme vero perlecta ei regula die anniversario, veniat in capitulum, in crastinum benedicendus.

---

[h] *M. add.* tamquam transgressor tam necessariae constitutionis sub anathemate impositae. [i] Nisi gravis... prohibentur : *desunt in M.*

11 : P^6 *fol.* 110.

12 : $D^3L^1T^3$; *M* (ad ann. 1187).

1 : $D^3MP^3T^3$. *Nota quod de anno* 1189 *codex* D^3 *nullam habet mentionem, sed statuta ab aliis mss. huic anno assignata, anno* 1191 *tribuit.*

---

[1] i. e. professionem emittunt et monasticae coronae recipiunt benedictionem. Cf. *Consuetudines*, cap. CII de Novitiis. *No*, p. 190.

Abbates visitatores habeant plenariam potestatem deponendi officiales quos invenerint inordinatos [a]. 2

In omnibus abbatiis sint ad minimum duodecim monachi cum abbate tredecimo, alioquin vel in grangias redigantur, vel ex toto dimittantur [a]. 3

Abbates ad generale Capitulum venientes nonisi unum garcionem in domibus istis secum adducant scilicet in Firmitate, Pontiniaco, Claravalle, et Morimundo, et in domibus quae inter istas sunt positae. Si quis contra hoc facere praesumpserit, conversus abbatis qui hoc fecerit non bibat nisi aquam donec ad domum propriam revertatur ; abbas vero tribus diebus sit in pane et aqua. Abbates qui tres equos ad domos prohibitas adduxerint, uno die sint in pane et aqua. Excipitur[a] abbas Savigniaci,[b] cui tertium in Claravalle licet adducere. Qui vero devitant domos in quibus eis annuatim cibaria constat preparari, et volentes inde sibi [c] inter cibaria deferri, una sexta feria ieiunent in pane et aqua. Quod ne proveniat de cetero caveatur, nec eis [d] ad deportandum detur. 4

Qui[a] inobedientes fuerint visitatori de solutionibus debitorum, abbas, vel prior, vel cellerarius, seu quibuslibet alius a sacramentis [b] interim abstineat, et omni sexta feria sit in pane et aqua usque ad satisfactionem. 5

Qui pro alia causa quam pro infirmitate de Capitulo remanserint, pro se responsalem non mittant. 6

Conversi dicant alternatim post refectionem *Miserere mei Deus*, priore tamen incipiente. 7

Conversi communicantes in coena, cibis utantur quadragesimalibus donec in Pascha communicaverint [a]. 8

---

2 : *D³MP³T³*. [a] *Cf. infra n⁰* 31 *idem fere textus.*

3 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] *L¹ ponit exceptionem* : nisi forte pro gravamine debitorum domus, conventus ad terminos dispersus fuerit, et pater abbas provideat quomodo conventus ibi habeatur ; quod si fieri non potest, in grangiam...

4 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] excipitur... etc. : *deest in P⁴*. [b] Saviniaci : *T³*. [c] *T³ omitt.* : [in]de sibi. [d] aliquid : *add.* : *T³*.

5 : *D³L¹MP³T³*. [a] sententia lata de solutione debitorum ita firmiter observetur in domibus Ordinis nostri ut quicumque Patri Abbati inobediens fuerit, sive abbas... etc. : *L¹*. [b] altaris : *L¹*.

6 : *D³MP³T³*. [*P⁴ ann.* 1188].

7 : *D³MP³T³*.

8 : *D³MP³T³*. [a] *P⁴, ann.* 1188 : Conversi licet in coena Domini communicaverint non utantur cibis nisi quadragesimalibus donec communionem paschalem susceperint.

9 Non exigantur [a] a modo pitantiae post messem vel aliquem alium laborem ; quas si prior vel cellerarius dederit, tres dies agat in levi culpa, et ex his una sit in pane et aqua. Si vero magister conversorum vel alius conversus eas propria praesumptione dederit, tribus diebus sit in pane et aqua.

10 Conversi qui causa venditionis vel compositionis [a] ad Rupellam[1] tendunt[b] cum quadrigis de domoGratiae-Dei [2], prima nocte avenam accipiant, de cetero autem provisuri [c] equitaturis suis de proprio provideant. Id ipsum de Laus [3] [d] in Flandria definitum est.

11 Nulla domus Ordinis nostri de cetero[a] in villa una nisi unicam habeat mansionem, et si forte aliqua alia domus postea data fuerit in eleemosynam, infra annum eam a se alienent, quod dictum est attentius observantes ne in villa una mansionem habeant nisi unam.

12 Quando festum alicuius sancti fuerit, in cuius honore altare aliquod praecipue consecratum fuerit, liceat abbati ad altare illud lumen sola nocte illa accendere, cereos tamen interdicimus.

13 De fugitivis teneatur ut olim. Qui de ordine egreditur, si monachus est, et praeter cucullam et tunicam, si conversus est et praeter cappam et tunicam, quidquam furtive asportaverint, non recipiantur, nisi prius quam[a] tulerant vel valens[4] restituant. Poterunt tamen si non habuerint unde restituant, restitutionem illam opere mercenarii compensare, sicut abbati visum fuerit, et sic gravi culpae subiaceant. Verum si aliquis in furto deprehensus fuerit, eiiciatur de domo ; et postea si recipiendus est, sententiae quam praemisimus subiaceat plene [b].

14 Si in aliqua domorum nostrarum conspirationem oriri conti-

---

9 : *D³L¹MP³P⁴T³*. [a] *L¹P⁴* : Conversi nostri Ordinis in quibusdam provinciis, quasi de consuetudine solent exigere pitantias cum aliquas domos coeperint aedificare vel consummaverint vel messionibus expletis ; quod quia contra honestatem Ordinis est, prohibitum est in Capitulo generali ne ulterius fiat, si vero prior vel cellerarius... etc.

10 : *D³MP³T³W*. [a] vel comparationis : *M* (*in margine*) *T³*. [b] tradunt : *T³*. [c] personis et equitaturis : *D³*. [d] Los : *T³*.

11 : *DMP³T³*. *cf. ann.* 1190, *n°* 3. [a] de cetero : *omitt. T³*.

12 : *D³MP³T³*.

13 : *D³MP³T³*. *cf. ann.* 1190, *n°* 10. [a] quam quod : *P³*. [b] plenarie : *P³*.

14 : *D³MP³T³*. *cf. ann.* 1190, *n°* 12.

---

[1] La Rochelle.

[2] Hoc nomine quatuor abbatiae monachorum cist. occurrunt ; agitur hic de abbatia in dioecesi Rupellensi sita. *OC.*, 34.

[3] Laus B. Mariae, Loos ; abbatia in Galloflandria sita. *OC.*, 116.

[4] i. e. valorem, pretium. *DC.*, VIII, 235.

gerit, abbas ad quem spectat vel proprius, vel pater, vel visitator, illos quos cognoverit auctores vel magis culpabiles a domo propria penitus sine spe reversionis eliminet, et in aliis domibus ad quas missi fuerint, in gravi culpa recipiantur, et ultimi omnium semper permaneant, et ab administratione ordinum suorum abstineant, non communicent nisi in Pascha et in extremis; tantum[a] ad privatas missas poterunt ministrare. Conversi quoque non communicent; in hebdomada quoque semel disciplinam accipiant, et omni sexta feria sint in pane et aqua; si forte exire noluerint[b], eis in abbatia morantibus, divina non celebrentur. Ceterorum vero, qui se eis iungere praesumpserint, si resipiscentes emendationi se obtulerint, in gravi culpa recipiantur et ultimi maneant usque ad nutum generalis Capituli. Est autem conspiratio contra Ordinis disciplinam et majorum instituta confoederatio.

Quoniam manifestum est nullas domos per usuras recuperari, multas vero supra modum gravari, omnino prohibetur ne aliquis ad usuram de cetero quicquam accipiat. A Judeis vero qui inimici sunt[a] crucis Christi, nec pro usura, nec sine usura aliquid mutuo accipere liceat. **15**

Si quis in manifesto carnis contagio fuerit deprehensus, a domo illa in qua peccavit, secundum antiquam consuetudinem a sanctis patribus nostris hactenus conservatam, penitus expellatur, numquam ad illam reversurus, nec ad alium abbatem mittatur, sine manifestatione culpae et iniuncta condicta[a] paenitentia, et utraque re diligenter litteris expressa. Si vero cum litteris hujusmodi ad aliam domum ire noluerit, vel qui eum recipiat non invenerit, mittatur ad dominum Cisterciensem, vel[b] unum de quatuor[c] primis abbatibus, ad illum videlicet de cuius derivatione est. **16**

Qui domum propriam causa potionum[a] [1] fuerint egressi, ad eam de cetero non revertantur. Hoc idem dicimus de his qui in **17**

---

[a] tamen : P^3. [b] voluerint : *M*.
15 : $D^3HMP^3P^6T^3$. [a] audistis vero quia amicis crucis (!) *M*. *Cf. ann.* 1190, *n*o 14.
16 : $D^3HMP^3T^3$. [a] condigna : P^3. [b] vel ad : P^3. [c] quinque : *H*.
17 : $D^3HMP^3P^6T^3$. [a] potionum beati Remacli : D^3HP^6.

---

[1] Potiones sancti Remacli : antiquum monasterium Casae-Condiguense (Cougnon, in ducatu Luxemburgensi, ad fluvium Sesmarum (Semois) Cf. *GC*. XIII, 513) ubi extabat S. Remacli cellula, ubi orare consueverat, infirmorum concursu... frequentata... qui potiones accipiebant. *DC*. VI, 442.

peregrinatione sanctorum vel pro calidis balneis exeunt. Nullus abbas de huiusmodi dare dispensationem praesumat.

18 Ad abbatias quarum conventus pro penuria ciborum vel nemietate debitorum dispersus fuerit, non divertantur abbates vicini vel alii monachi, nisi vocati; vel conversi Ordinis nostri, nisi tantum illi qui de provinciis peregrinis adveniunt: quibus ibidem pro posse ministretur, maxime tempore generalis Capituli.

19 Conversi in villis manentes animalia[a] ad terras excolendas ibi non habeant.

20 Novitii exeuntes, si reverti voluerint, ad portam monasterii satisfaciant sicut alii fugitivi; et si recipiendi sunt, veniant in capitulum inde et de capitulo ad probationem.

21 His qui in infirmitorio vescuntur carnibus, sufficiet semel in die carnium esus. Qui vero gravissima infirmitate laborant non tenentur sub hac lege.

22 Abbates missuri ad curiam domini papae, omnes petitiones quas volunt recipi sigillo signent proprio, et tales mittant de quorum vita et honestate securi sint, nec ibi negotia tractent, nisi tantum Ordinis nostri, vel proprii episcopi, vel [a] principis.

23 Nulli abbatum liceat a modo alicui personae quotidianam missam concedere vel annualem.

24 Qui habuit [a] in quibuslibet mobilibus penes se repositum, unde se testimonio officialium suorum et cognitione patris abbatis vel visitatoris aquitare [1] valeat, et sumptus sibi per annum nec ceteros providere, reus sub poena de non aedificando nullatenus teneatur. Similiter abbates ad quos de iure terrae alicuius fundus pertinere dinoscitur, ipsam sine culpa de non emendo in suam potest redigere proprietatem.

25 Monachi qui per se vel alios abbates suos inquietaverint de ordinibus assequendis, ab ea die usque ad biennium careant postulatis, nisi promoti fuerint in abbates.

---

18 : *D³MP³T³*.
19 : *D³HMP³T³*. [a] aliena : *M*.
20 : *D³MP³T³*.
21 : *D³MP³T³*.
22 : *D³MP³T³*. [a] episcopi sui et : *P³T³*.
23 : *D³MP³T³*.
24 : *D³MP³T³*. [a] habuerit : *D³*.
25 : *D³MP³T³*.

---

[1] i. e. rationem accepti et expensi reddere. *Gall.* : rendre ses comptes. *DC.* I, 348.

In vigilia sancti Jacobi et sancti Bartholomei, et aliis vigiliis quas saeculares faciunt, et nos non facimus, nostri qui foris sunt non coguntur comedere[a]. Qui vero in grangiis et abbatiis sunt, antiquam teneant consuetudinem. 26

Abbas, prior et cellerarius qui in coquina vel infirmitorio monachorum vel conversorum famulos saeculares habuerint, omni sexta feria ieiunent in pane et aqua, quamdiu[a] apud eos eadem culpa duraverit. 27

Sententia in praeterito anno[1] data de solutione debitorum in domibus Ordinis nostri ita firmiter observetur, ut quicumque patri abbati inobediens fuerit, sive abbas, sive prior, sive alius, a sacramentis altaris removeatur, et omni sexta feria ieiunet in pane et aqua. 28

Abbates qui tempore Capituli domos, in quibus cibaria annis singulis abbatibus praeparantur, devitant, inde volentes deferri sibi cibaria, una sexta feria ieiunent in pane et aqua ; et ne id fiat de cetero caveatur, nec eis aliquid ad deportandum ulterius ministretur. Illi vero qui tertium equum adduxerint in abbatias inhibitas, eandem sententiam sortiantur [a]. 29

Quia in electionibus faciendis verbum quod contra rationem esse non ambigimus proponi solet ad hunc modum *Non accipiemus personam nisi de domo nostra et patria nostra*, provisum est ut tale verbum, quod de conspiratione manare videtur, non prodeat in effectum, sed ad repulsionem talis propositi magis proficiat. 30

Si pater abbas visitaverit filiam suam vel alius ab eo missus, et officiales depositione dignos invenerit, liceat ei deponere. 31

Incisi secundum institutionem Capituli generalis de domo propria emittantur. 32

Illud quod in hymno Omnium Sanctorum in quibusdam abbatiis videlicet : *Sanctis quoque Confessoribus* canitur, penitus de- 33

---

26 : *D*³*MP*³*T*³. [a] bis comedere : *D*³.
27 : *D*³*MP*³*T*³. [a] quando : *T*³.
28 : *MP*⁴.
29 : *M*. [*P*⁴, 1188]. [a] *P*⁴ *add.:* excipitur tamen abbas Savigniacensis qui usque in Claramvallem tertium equum potest adducere. *cf. supra, n°* 4.
30 : *L*¹*MP*⁴. *cf. ann.* 1188, *n°* 3.
31 : *L*¹*MP*⁴. *cf. supra n°* 2.
32 : *L*¹*P*⁴. *cf. ann.* 1157, *n°* 53 ; 1175, *n°* 45 ; 1185, *n°* 32.
33 : *L*¹*P*⁴.

---

[1] Ann. 1188, n° 11. Cf. hoc ipso anno 1189, n° 5.

leatur et sicut in Cisterciensi hymnario a modo decantetur.

34 Sacerdotes et omnes religiosi qui in hospitio moriuntur, post finitas horas canonicas deferantur in chorum.

35 Si contigerit pannum aliquem altaris aut ex aqua aut ex vino madefactum fieri, non cantetur missa super altare illud, donec ablatum fuerit inde. Nec super altare ullo modo remaneat panis vel vinum infra missam, preter illa que sacrabit sacerdos, ne forte transeat benedictio sacerdotis ad panem qui e regione est vel ad vinum, sicut transivit benedictio Ysaac super Iacob. Ysaac namque benedixit Iacob et tamen putabat se benedicere Esau. Hoc exemplum inde protulit Lanfrancus. Si enim fuerit panis vel vinam super altare, excepto hoc quod pertinet ad sacramentum, quid sis (*sic*) utrum benedixeris panem qui iuxta est an illum quem ante te cernis ? Iccirco cavendum est summopere ne panis remaneat vel vinum super altare, nisi que pertinet ad sacramentum.

36 Si per negligentiam evenerit, quod absit, ut missam cantans panem vel vinum oblitus fuerit, cum hoc cognoverit, si hostia defuerit, assumat illam et mittat illam super corporale et incipiat consecrationem ab : *Qui pridie quam pateretur*. Si autem vinum defuerit, consecrari debet cum hoc cognoverit, mittat illud in calicem et incipiat consecrationem : *Simili modo postea quam cenavit*, usque in finem. Si autem cum aqua solummodo cantare contigerit cum hoc expertus fuerit, mittat vinum in calicem, et ut supradiximus ab : *Qui pridie quam pateretur*, incipiat.

37 Si cantaverit cum vino sine aqua, cum expertus fuerit, mittat aquam in vinum, et incipiat hic : *Oremus, preceptis*, et dicat orationem dominicam, et *Libera nos, Domine quesumus ab omnibus malis*.

38 Si quid de sacramento sanguinis *Xti* ceciderit super corporale, reponendum est ipsum corporale et loco reliquiarum servandum. Si palla altaris inde fuerit inticta, recidenda est ipsa que inticta est particula et pro reliquiis servanda. Si super casulam vel super

---

34 : *L*[1]*P*[4].

35 : *P*[6], *fol.* 103.

36 : *P*[6]. *Brevius apud L*[1]*P*[4] : Si per negligentiam evenerit ut perlecto canone et perlecta consecratione nec vinum nec aqua recipiatur in calice, debet statim infundi.

37 : *P*[6].

38 : *P*[6].

altare deguteat similiter fiat. Si super quodcumque vestimentum, comburenda est ipsa pars et cinis in sacrario reponendus. Si vero in terram ceciderit, lingendus, tergendus, radendus est ipse locus, sive lignum, sive terra, et pulvis in sancto loco reponendus. Porro si aliquid in ipsum sanguinem, musca vel aranea, vel aliquid tale ceciderit, igni cremandum est, et sanguis sumatur. Quod si fides ipsa idipsum quod ceciderit quempiam sumere fecerit, Deo gratias, sed paucorum est.

1190

Anno ab Incarnatione Domini 1189 constituta sunt haec **1**
assensu et mandato Capituli generalis a D. Cisterciensi et quatuor primis abbatibus, et aliis quibusdam nominatis patribus Ordinis, confirmata autem a Capitulo generali apud Cystercium anno Domini 1190[a]. Ego frater [Guido] [1] Cistercii, frater [Bruno] [2] de Firmitate, M[b][ainardus][3] de Pontiniaco, G[arnerius][4] de Claravalle, P[etrus] [5] de Morimundo, et coabbates nostri, quibus iniunctum fuit ex mandato et consensu generalis Capituli ad diem et locum statutum convenimus, ubi, quanta potuimus diligentia ad commodum et formam[c] Ordinis ista providimus observanda.

Primo ad temperandam cupiditatem [d] et notam semper acquirendi qua impetimur, repellendam proposuimus firmiter tenendum ab omnibus ut a sequenti Capitulo et [e] deinceps in perpetuum ab omni emptione terrarum et quarumcumque posses-

---

1 : *HL*^{1}*P*^{4}*P*^{6}. [a] *haec introductoria formula apud L*^{1}*P*^{4} *tantum. H incipit* : Anno ab Incarnatione Domini M^{o}C^{o}XC^o ego cisterciensis et coabbates quibus... *P*^{6} *nullam de anno facit mentionem.* [b] *prima littera nominum abbatum apud P*^{4} *tantum.* [c] formam : *HL*^{1}. [d] *P*^{4} *add.* : in Ordine nostro. *cf. infra ann.* 1191, *n.* 44. [e] a sequenti Capitulo et : *desunt in P*^{4}.

---

[1] Guido de Paré, ab Innoc. III cardinalis creatus 1199 ; † 1206. *BB.* I, 2012. *AC.* t. I, p. 474, 475.

[2] Bruno seu Burno, 7us abbas de Firmitate, 1178-1194. *AC.* t. I, p. 493. *GC.* IV, 1022.

[3] Mainardus, 1184-1192. *GC.* XII, 439 ; *AC.* t. I, p. 498 errorem committit in hac parte.

[4] Garnerius de Rochefort, dein Lingonensis episc. † 1200. *AC.* I, 206 ; *GC.* IV, 803 ; *BB.* I, 1656.

[5] Petrus I, 1184-1192. *AC. I*, 520 ; *GC.* IV, 814.

sionum immobilium [f] abstineamus ; de usuariis [g] et pascuis adhuc differimus. Si vero gratis et sine omni spe retributionis terrene date fuerint in puram elemosynam, licebit accipere.[h] Qui tamen, [i] ut alibi dictum est, certas pensiones debent [j] vel de [k] decimis inquietantur, poterunt sibi huiusmodi acquirere remotasque [l] possessiones et minus utiles pro magis utilibus poterunt commutare vel [m] alias utiliores pro eodem precio tantum acquirere. Excipimus tamen ab hac lege monasteria quorum facultates non [n] sufficiunt ad sustentandum numerum XXX^a monachorum cum hospitalitate congrua et numero conversorum qui secundum [o] situm loci debent [p] sufficere. Cum vero facultates idoneas obtinuerint legem superius scriptam observent [q]. Si quis vero hanc constitutionem [r] transgressus fuerit, sententiam quam de non emendo vel de non aedificando super obligatos debito quinquaginta[s] marcarum data est, sustinebit.

2 Item frequenter ex nimio personarum numero nonnulla Ordinis nostri monasteria pregravantur et ideo ad multiplicandas possessiones et augenda debita compelluntur. Propterea statuimus ut de personis tam monachis quam conversis necnon et familiaribus nulla in hoc triennio recipiatur nisi aliquo moriente [a] vel sine spe reversionis discedente. Si cui [b] tamen talis persona [c] supervenerit quae sine gravi scandalo vel damno repelli non possit, poterit suscipere[d] et in sequenti Capitulo confiteatur.[e] Transgressor [f] huius sententiae, si abbas fuerit a celebratione missae abstineat usque ad sequens Capitulum, nisi propter benedicendum novicium vel praesentem defunctum. Si prior, vel qui locum eius tenuerit, ab officio [g] deponatur et usque ad nutum [h] Capituli in ultimo gradu permaneat. Si cellerarius hoc fecerit omni VI^a feria ieiunet in pane et aqua et semel in hebdomada accipiat disciplinam usque ad nutum [h] Capituli.

3 Deinde adiunctum est ut nulla domus Ordinis nostri in villa... etc. *ut ann.* 1189, n° 11, *et* 19.

---

[f] omnino : P^6. [g] sed nec usuaria nec pascua liceat emere : P^6. [h] recipere : P^4P^6. [i] enim : P^4. [j] de bonis vel : P^4. [k] de propriis decimis : P^4P^6. [l] Remotas quoque : P^6. [m] accepto precio : P^6. [n] nondum : P^4P^4. [o] vel : *H*. [p] debeat : *H*. [q] observabunt : P^6. [r] institutionem : P^4P^4. [s] quadraginta : *H*.

2 : HP^4P^6 [$L^2MP^1P^{10}$ *ann.* 1191, *n.* 46]. [a] decedente : P^4. [b] cui : *deest* P^4. [c] P^4 *add.* : propterea. [d] recipere sed : P^4. [e] fateatur : P^4. [f] Transgressor... etc. *i. e. sanctio apposita deest apud* MP^{10}. [g] suo : P^4P^6. [h] generalis : P^4P^6.

3 : HP^4P^6 [$D^3MP^3T^3W$ *ann.* 1189, n° 11, 19].

Item quod in libro Usuum de duobus familiaribus cum uxoribus 4
suis ad sepulturam recipiendis [a] scriptum est, ita deinceps observetur ut [b] illis viventibus non liceat [c] alios recipere vel tumulare. Alterutro vero eorum vel utroque decedente[d] licebit alios loco illorum substituere. Excipiuntur ab hac lege episcopi, principes et proprii fundatores.

Novicii et domibus exeuntes... etc. *ut ann.* 1189, n° 20. 5

Item illis qui in infirmitorio... etc. *ut ann.* 1189, n° 21. 6

Item auferatur ab Usibus sententia illa in qua continetur quod 7
nonnisi cum tribus tunicis liceat induere scapulare et uti liceat cum [a] necesse fuerit.

Item quando festum alicuius sancti... etc. *ut ann.* 1189, n° 12. 8

Item dictum est de fugitivis qui sola animi levitate recedunt, 9
si infra VII^{em} dies [a] redierint, restitui possunt in ordine quem prius habuerant. Si vero ultra VII^{em} dies in sua obstinatione permanserint, recipi quidem possunt, ita tamen quod in eo gradu in quo ultimi recipiuntur, semper permanebunt.

Item qui de Ordine egreditur, si monachus est et preter cucul- 10
lam et tunicam, si conversus... etc. *ut ann.* 1189, n° 13.

Si quis in manifesto carnali contagio fuerit deprehensus, de 11
domo propria penitus expellatur ad illam nunquam reversurus,

---

4 : HP^4P^6 [*cf. Institua XXVII* ; *ann.* 1152, *n.* 10 ; 1157 ; n. 63 ; 1180, n. 5 ; 1184, n. 17]. [a] recipiendum : P^4. [b] quod : P^4P^6. [c] licet : P^4. [d] descendente : *H*.

5 : HP^4P^6. [$D^3MP^3T^3$ *ann.* 1189, *n.* 20].

6 : HP^6. [$D^3MP^3T^3$ *ann.* 1189, *n.* 21]. *Cf. ann.* 1157, *n.*14 ; 1183, *n.* 20 ; 1185, *n.* 3.

7 : P^4P^6. [a] quando : P^4.

8 : HP^4P^6 [$D^3MP^3T^3$ *ann.* 1189, *n.* 12]

9 : HP^4P^6. [a] triduum : P^6, sed verbum est cancellatum.

10 : HP^4P^6. [$D^3MP^3T^3$ *ann.* 1189, *n.* 13].

11 : HP^6 [*cf. fere idem textus ann.* 1189, *n.*16 $D^3MP^3T^3$] P^6 *haec habet* : Si qui vero, quod absit, in manifesto carnali contagio fuerint deprehensi, semper ultimi erunt in Ordine et per septem annos omni sexta feria abstinebunt in pane et aqua nisi gravis infirmitas vel grandis sollempnitas supervenerit, et unaquaque septimana unam privatam recipient disciplinam, et in Pasca tantum et in extremis poterunt communicare, nec ad sacros ordines nec ad aliquod magisterium de cetero poterunt promoveri, nisi forte post peractam septennem penitentiam a patre abbate super hoc fuerit dispensatum, ita quod si sacerdos fuerit nunquam de cetero missam celebret in conventu. Qui vero hanc sententiam sustinere nolerit vel in simile facinus fuerit, vel omnino eliminetur vel perpetuo carceri mancipetur. *Hic textus primam huius statuti formulam continere videtur. Postea fuit cancellatus, et in margine inserta est nova redactio cuius nempe sanctiones mitigatae extant : est textus receptus apud mss. posterioris aetatis. Cf. ann.* 1189, *n°* 16.

nec ad alium abbatem mittatur sine manifestatione culpae et iniuncta condigna poenitentia et utraque re diligenter expressa. Si vero cum huiusmodi litteris ad aliam domum ire noluerit, vel qui eum recipiat non invenerit, mittatur ad unum de quinque primis abbatibus, ad illum videlicet de quo domus deprehensi processit.

12 Item si in aliqua domorum nostrarum conspirationem oriri contigerit [a] abbas ad quem spectat, id est proprius abbas vel pater vel visitator illos [b] quos cognoverit auctotes et [c] magis culpabiles a propria domo penitus sine spe reversionis eliminet et in aliis domibus ad quas missi fuerint in gravi culpa recipiantur, et ultimi omnium semper remaneant,[d] semel[e] in hebdomada recipiant disciplinam, et omni sexta feria ieiunent [f] in pane et aqua usque ad nutum[g] Capituli. Qui exire forte noluerint, eis in abbatia manentibus non celebrentur divina. Nullus eis iungatur in consortio sive in colloquio ; qui vero auctoribus mali huius se iunxerint et resipiscentes emendationi se obtulerint in ipsa domo sint in gravi culpa et semel in hebdomada accipiant disciplinam, et omni sexta feria sint in pane et aqua, et ultimi maneant usque ad nutum [g] Capituli. Est autem conspiratio contra Ordinis disciplinam et maiorum instituta confederatio.

13 Statutum quoque est ut visitatores in abbatiarum visitationibus diligenter inquirant de personis quot habeant et quot secundum praesentem statum valeant sustinere, de numero servientium, de quantitate possessionum, de summa debitorum, et omnes abbates interim solliciti sint haec omnia diligenter computare et notare ut visitatori sinceram et puram renuncient veritatem. Ipse vero omnia in scripto plene redacta sequenti Capitulo representet.

14 Quoniam manifestum est nullas [a] domos per usuras recuperari multas vero supra modum gravari omnino prohibemus ne aliquis de cetero ad usuras quicquam accipiat. Quod autem ad usuram iam acceperit ita a die quo ei haec sententia innotuerit infra annum persolvere studeat quod pro induciis debitorum nihil [c]

---

12 : HP^4P^6. [*cf. fere idem textus ann.* 1189, *n.* 14 : $D^3MP^3T^3$]. [a] quod absit : P^4. [b] eos : P^4. [c] authores vel : P^4. [d] permaneant : P^4P^6. [e] quoque : P^4P^6. [f] sint : P^4P^6. [g] generalis : P^4P^6.

13 : HP^6.

14 : HP^4P^6 [*cf. ann.* 1189, *n.*15. $D^3MP^3T^3$]. [a] nonnullas : *H*. [b] quis : P^6. [c] amplius : P^6. *Apud* P^4 : *textus mutilatus*.

deinceps tribuat. A Iudeis vero, quia inimici sunt crucis *Xti*. nec pro usura nec etiam sine usura aliquid mutuo accipere liceat. Provideat igitur [d] abbas interim ut tantum de mobilibus vel immobilibus vendat ut non solum si fieri potest debita non crescant, sed potius minuantur. Abbas igitur qui huius mandati transgressor fuerit extra stallum suum sit et omni sexta feria in pane et aqua sit usque[e] ad nutum Capituli generalis. Prior vero nonnisi in periculo mortis et in pascha communicet et omni sexta feria sit in pane et aqua, donec mandatum compleatur [f]. Similiter cellerarii et alii consiliarii domus. Si qui vero huic sententiae contraire voluerint sententiam quae de conspiratoribus data est sustineant, ita tamen si obstinate resistant.

Cum igitur abbas pater vel etiam visitator ad aliquam domum **15**
accesserit, inquisitione facta de statu monasterii, conventum [a] ad alias abbatias emittat, si necessaria non habuerit, vel si in domo remanere voluerit [b] contentus [c] sit paupertate sua, ita ne aliquid pro sumptu suo mutuo, si fieri postet, accipiat, unde debitum crescat. Provideat autem qui in tali casu monachos emittit, ut ad talem domum eos [d] dirigat, quae simili non laboret inopia. Abbas autem vel prior loci ad quem mittuntur, cum gaudio caritatis eos suscipiat, et illis [e] sicut et propriis in omnibus secundum ordinem [f] provideat. Si vero in huius [g] caritatis officiis se ultra vires senserit praegravari, abbas ei, cuius causa [h] monachos suscepit, insufficientiam suam benigne renunciet, et si cum pace[i] fieri potest, monachos suos ei remittat ; sin autem, pro insititutione Ordinis et reverentia fraternae caritatis, usque ad sequens Capitulum [g] sustineat [h] et ibi necessitatem suam proponens, Capituli [l] super hoc consilio acquiescat. Praeterea si forte [m] aliquis abbas iuxta testimonium conscientiae suae aliquem de suis ad aliam domum transmittendum ad tempus iudicaverit, abbas ad quem mittitur, eum caritative suscipiat, saltem quousque per se vel per nuntium cum abbate qui monachum mittit [n], loquatur et abbatis illius voluntate plenius intellecta, fraternum onus ita supportet, sicut suum vellet in simili casu supportari.

---

[d] ergo : P^6. [e] usque.... etc. : *desunt in* P^4P^6. [f] completum sit : P^4P^6.
15 : HP^4P^6. [a] aut conventu : P^4. [b] voluerint contenti sint... P^4. [c] contemptus : P^6. [d] mittere studeat : P^4P^6. [e] eis : P^4P^6. [f] honeste : P^4. [g] huiusmodi : P^4P^6. [h] abbati cuius monachos : P^4P^6. [i] eius : P^6. [j] in pace : P^4P^6. [k] retineat : P^4. [l] Capitulo : P^4. [m] contigerit quod : P^4P^6. [n] suum abbati qui monachum miserat : P^4.

16 Adiecimus quoque ut pro regibus et principibus quibus multum Ordo tenetur et cruce signatis super iam statutas orationes unusquisque sacerdotum in hebdomada semel missam celebrabit de Spiritu Sancto, si poterit, alioquin pro magna negligentia eius conscientiae ascribetur. Qui vero in hac peregrinatione decesserunt sive decesserint, associentur missae quae in domibus nostris pro defunctis quotidie celebratur.

17 Abbates de Hibernia tribus annis remaneant et quarto anno veniant, et ita ordinet abbas Mellifontis [1] ut aliqui eorum veniant singulis annis ad Capitulum [a].

18 Abbas de Insula[2] qui mulieres intra septa monasterii admisit, tribus diebus sit in levi culpa.

19 Querela quae vertebatur inter abbatem Joyaci[3] et canonicos Sancti-Jacobi, quia non potuit cum pace partium terminari, committitur abbatibus Quinciaci [4], Scarleiarum [5], Secanae Portus [6] : ut quod minus actum erat plenius compleatur.

---

16 : P^6 *fol.* 107. *Haec diffinitio cancellata fuit et in margine legitur* :« verte folium et invenies in fine alterius paginae » *ubi scripta sequentia, partim abrasa, quae ad s. XIII pertinere videntur* : Pro imperatore, regibus et principibus et aliis cruce signatis unusquisque sacerdos qui poterit semel in ebdomada dicat de [Spiritu sancto] nec super hoc excusabitur etiamsi adhuc missas debet pro defunctis. Si negligens apparuerit proclametur. Ad missam [quoti]die in conventu, et si due fuerint ad matutinalem missam.........ieri pulsata campana crebris ictibus. Privatim dicatur ab illis qui eum ea hora...... cotidie excepta V[a] feria finito capitulo post *Adiutorium nostrum* ibidem dicatur communiter...... stando, postea *Gloria Patri* et flexis genibus *Kyrie eleison* dicatur *Pater noster* et qui presidet capitulo dicat *Et ne nos, Salvos fac reges* ; et *Audi nos in die qua. Salvos servos tuos. Mitte eis Domine auxilium de sancto. Oremus Omnipotens sempiterne Deus miserere famulis tuis regibus, praelatis et principibus nostris ad te...... ut te donante tibi placita cupiant et tota virtute perficiant...... per Xtum dominum nostrum.* Qui in infirmitorio vel in via sunt post *Pretiosa* similiter faciant. ...Sex...... Item *Deus a quo... per Xtum dominum nostrum.* E [ad] horas beate Marie dic[itur... A]*desto Domine..* sub uno *Per Dominum.*

17 : $JL^2MP^1P^{10}$. [a] Generale : *J*.

18 : $JL^1MP^1P^{10}$.

19 : JMP^1P^{10}.

---

[1] Mellifons, abbatia Cisterciensium per Hiberniam prima et nobilissima. *OC.* 70.

[2] Huius nominis erant abbatiae : Insula-Dei, Holm, in Dania et dioecesi Ottininensi ; Insula-Dei, l'Isle-Dieu, in dioecesi Lucionensi et reg. Vendée. *OC.*, 166.

[3] Joyacum, Jouy, abbatia in dioecesi Senonensi (hod. Meldensi) *OC.* 12.

[4] Quinciacum, Quincy, abbatia in dioecesi Senonensi. *OC.* 27.

[5] Scarleiae, Escharlis, abbatia in dioecesi Senonensi. *OC.* 20.

[6] Secanae-Portus, seu Barbellum, Barbeaux, abbatia in dioecesi Meldensi. *OC.* 111.

20 Scribatur domino Regi Scotiae [1], ut libertatem Ordinis conservet, et maxime in promotione abbatum sui regni, sicut ubique terrarum christiani principes devoti observant.

21 Abbas de Margan [2], in cuius grangiis sententia de non bibenda cervisia contempta est, poenitentiam ab olim super eodem excessu datam, tam in propria persona, quam[a] in omnibus subditis suis exequatur[b]. Quod si huic mandato contumax esse praesumpserit, ab omni officio abbatis abstineat. Hoc autem mandatum Capituli, et ipsam sententiam abbates de Dana[3] et de Tinterna[4] ei innotescere faciant.

22 Abbas Joyaci in propria persona domum de Risu-agni [a] [5] visitet, ita quod personas illas infames et irregulariter viventes ibi amoveat. Conventum autem ad minus duodecim monachorum regulariter ibi viventium restituat. Alioquin locum dimittat, et quod[b] inde factum fuerit sequenti Capitulo renuntiet.

23 Consideratio loci [a] pro constituenda[b] abbatia ad petitionem regis Anglorum [6] committitur abbatibus Mortuimaris[7] et Perseniae [8], et de Valle-Sanctae-Mariae [9], et quod super hoc eis visum fuerit auctoritate Capituli exequantur.

24 Petitio comitis Palatini de construenda abbatia exauditur, et abbati de Sconavia[a] [10] ad petitionis comitis illius loci conceditur.

---

20 : $JL^2MP^1P^{10}$.
21 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] et : *J*. [b] exequantur : P^1.
22 : $JL^1MP^1P^{10}$. [a] Rinagni : *J* ; alias Carbon-blanc : L^1. [b] quid : *J*.
23 : $JL^1L^2MP^1$. [a] consideratio cleri (! ?) : *M*. [b] construenda : *J*.
24 . $JL^1MP^1P^{10}W$. [a] Sconaugia : L^1.

---

[1] Guillelmus, Malcomii IV filius, † 1214. *BB*. I, 1944.

[2] Inclyta abbatia in comitatu Glamorgamensi et dioecesi Landavensi sita. *OC*., 107.

[3] Dana seu frequentius Flexleya, abbatia in comitatu Glocestriae et episcopatu Herefordiensi, in Anglia. *OC*. 129.

[4] Tintern, abbatia in finibus Walliae ad ripam Vagae, in episcopatu Herefordiensi (*OC*. 19) ; vocatur Tinterna maior et filia sua, ann. 1200 fundata, Tinterna minor.

[5] Vocatur etiam haec abbatia Bonus-Locus, N. D. de Bon-Lieu, in dioecesi Burdigalensi. *OC*. 64.

[6] Richardus I, dictus Cœur-de-Lion, † 1199. *BB*. II, 3946.

[7] Mortemer, monasterium in Normannia situm. *OC*. 48.

[8] Perseigne, abbatia in dioecesi Cenomanensi, non procul ab Alenconio (Alençon). *OC*., 84.

[9] Agitur hic de monasterio Vallis-Sanctae-Mariae, N. D. du Val ; in dioecesi Parisiensi, hod. Versaliensi. *OC*. 42 Eiusdem nominis fuerunt etiam aliae abbatiae.

[10] Seu Schonaugia, Schoenau, abbatia in Palatinatu et antiqua dioecesi Wormatiensi. *OC*., 81.

25 Abbas de Dalone[1] qui cimeterium in grangia consensit fieri, sex diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua, et omnes officiales de quorum consilio factum fuit. In cimeterio illo nullus de cetero sepeliatur.

26 Diffinitum[a] est de conspiratoribus Fonteneti [2], ut quicumque ex eis in rebellione permansit excommunicetur et penitus a domo eliminetur. Quod si egredi noluerit, divinum ibi officium non celebretur. Ille vero qui resipiscere voluerit, omni sexta feria in pane et aqua ieiunet, et omni quarta feria vapulet usque ad nutum Capituli generalis. Omnia vero opera monasterii quae spectant ad aedificia tam in grangiis quam in abbatia intermittantur, donec domus destructa reaedificetur. Quod si intermittere noluerit, divinum ibi officium non celebretur. Quod si post interdictum officium praeceptis Capituli generalis acquiescere noluerit, conventus monachorum et conversi qui eis consentiunt de domo, ut Claram-Vallem [3] veniant, egrediantur.

27 Abbas Bonae-Aquae[4] qui misit monachum suum[a] cum apostata, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

28 Monachus vero qui communicavit apostatae, tribus diebus sit in gravi culpa et de cetero[a] caveat a molestatione vicinarum domorum.

29 Querelae[a] abbatum Sancti-Andreae [5] et Ripaealtae [6] commit-

25 : *JL¹L²MP¹*.

26 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Statutum est de conspiratoribus Fontaneti. Primo rebelles excommunicati et a domo eliminati, nolentibus egredi, officium divinum non celebretur. Resipiscentes omni sexta feria in pane et aqua ieiunent, et omni quarta feria vapulent, usque ad nutum Capituli generalis. Quod si post interdictum officium praeceptionem Capituli generalis agnoscere noluerint, conventus monachorum et conversi qui eis consentiunt, de domo, ut Claramvallem veniant, egrediantur : *L¹*. *Item huius diffinitionis brevior formula habetur apud L²MP¹⁰*: In eodem Capitulo iubetur domus de Fontaneto destrui ut reaedificetur, et monachi tanquam conspiratores ibi puniantur, et si eiusmodi definitioni consentire noluerint, in Claravalle reverti iubeantur (iubentur : *M*).

27 : *JL¹MP¹*. [a] monachos suos : *M*.

28 : *JL¹MP¹*. [a] de cetero... *deest in L¹*.

29 : *JL¹MP¹*. [a] Querela : *M*.

[1] Dalon, abbatia in dioecesi Tutelensi. *OC.* 147.

[2] Seu Fontanetum, Fontenay, abbatia in dioecesi Divionensi. *OC.* 8.

[3] Utpote matrem abbatiae Fontaneti.

[4] *Gall.* Bonaigue, in dioecesi Tutelensi. *OC.* 106.

[5] Eiusdem nominis fuerunt tres abbatiae ; agitur hic de S. Andrea di Sestri, in Liguria et dioecesi Januensi ad mare situm. *OC.* 22.

[6] Quatuor monasteria Ripae-Altae nomine vocata extiterunt ; agitur hic de

tuntur domino abbati Cistercii et abbati de Firmitate terminandae.

Conversus Theoloci[1] qui pecuniam sub lecto suo absconderat, 30
et conversus de Zuetula[2] qui pro pellicio [3] male facto sibi de cimeterio extumulatus est, ubi sepulti sunt remaneant.

Vindicta in conspiratores Vallis-Magnae [4] committitur abbati- 31
bus de Firmitate et Bonae-Vallis [5].

De monacho Vallis-Magnae qui venit Cistercium accusaturus 32
abbatem suum, dicitur quod in Bona-Valle recipiatur, et sit in gravi culpa tribus diebus, et non revertatur ad domum Vallis-Magnae nisi ad nutum generalis Capituli.

Abbati Curiae-Dei [6] conceditur translatio molendini sui prop- 33
ter urgentem necessitatem.

Abbas Turris Aquilaris [7] qui proterve et inhumane locutus est 34
contra abbatem mortuum praedecessorem suum tribus diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua.

Abbas de Monasterio-in-Argona [a] [8] qui[b] proterve et irreve- 35
renter locutus est in Capitulo eadem pœna mulctetur.

Abbas Stamedii [9] qui[a] monachum suum accommodavit ar- 36
chiepiscopo Tarentasiae[10] ad exercenda saecularia negotia, et quia[b] in grangiis suis vinum venditur ad brocam, quadraginta diebus sit extra stallum suum et sex diebus in culpa levi uno eorum in pane et aqua.

---

30 : *JL^1MP^1W*.
31 : *JL^1MP^1*.
32 : *JL^1MP^1*.
33 : *JL^1MP^1*.
34 : *JL^1MP^1*.
35 : *JL^1MP^{10}*. [a] Ergona : *J*. [b] in Capitulo generali : *J*.
36 : *JL^1MP^1*. [a] quia : *P^1*. [b] quia in...... brocam : *subnotatur linea crassa apud J*.

---

vetustissimo illorum, prope Novas in Pedemontio et dioecesi Derthonensi sito. *OC*. 180.

[1] *Gall.* Tulley, in comitatu Burgundiae. *OC*. 19.

[2] i. e. Clara-Vallis de Austria, Zwettl. *OC*. 54.

[3] Indumentum pellibus factum. *DC*. VI, 251.

[4] S. M. de Valmagne, in Languedocio. *OC*. 138.

[5] Hoc nomine veniunt quatuor monasteria : in dioecesi Pictaviensi, Viennensi, Rutenensi, et in Nova-Castella *OC*. 7, 13, 144, 152.

[6] In dioecesi Aurelianensi. *OC*., 6.

[7] Seu S. M. de Aquilis (S. M. de Aguiar) in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 153.

[8] *Gall.* : Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 79.

[9] *Gall.* : Tamié, in Sabaudia. *OC*, 30.

[10] Tunc temporis Aimo, sancti Petri II successor. *SE*., 829 ; *GC*. XII, 707.

37 Abbas de Insula [1], qui contra institutionem Capituli, pitantiam fecit conventui suo in sexta feria de caseo, tribus sit diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Qui autem caseum comederunt, unam disciplinam accipiant.

38 De monachis de Sinanqua [a2], qui propter excessus suos emissi fuerant a domo sua per Capitulum generale, conceditur abbati Mansiadae [3], ut si viderit domui expedire, possit eos revocare.

39 Abbas de Morerola [4] qui inconsulto Capitulo abbatiam suscepit et ibi abbatem instituit [a], quadraginta diebus sit extra stallum suum, sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

40 Milites vero de Turgel[a5] sicut Calatravenses[6] Ordini associentur et abbati de Morerola de ordine obediant.

41 Querela quae vertitur inter [a] abbatem Silvecanae [7] et abbatem Sinanquae[b] de vicinitate grangiarum committitur abbatibus Morimundi et Mansiadae terminanda.

42 Abbates de Carreria [8], de Stalleia [9], et de Forda [10], qui ad[a] Capitulum generale non venerunt, sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et abbas de Eleemosyna[11] hoc eis nuntiet. Eamdem poenam sustineant abbates de Joiaco[12] et de

---

37 : $JL^1L^2MP^1$.
38 : $JL^1MP^1P^{10}$. [a] Sinanca : *J* ; Sinaqua : P^1.
39 : $JL^1L^2MP^1$. [a] instruit : P^1.
40 : $JL^1MP^1P^{10}$. [a] Turges : P^1.
41 : $JL^1MP^1P^{10}$. [a] Inter duos abbates committitur... : L^1. [b] Sinaquae ; P^1.
42 : JL^1MP^1. [a] generale : *J*.

---

[1] Cf. supra stat. 18.
[2] In dioecesi Avenionensi *OC*, 112.
[3] *Gall.* Mazan, in Languedocio et dioecesi Vivariensi. *OC*. 9.
[4] Moreruela, in Legione et dioecesi Zamorensi. *OC*. 23.
[5] Seu de Truxillo.
[6] Calatravae militia a sancto Raimundo, abbate de Fitero, creata. *TB*. t. I, 547.
[7] In provincia et dioecesi Aquensi. *OC*. 107.
[8] Seu Quarraria, Quarr-Abbey, in insula Wight ; celebris et opulenta abbatia. *OC*. 99.
[9] Seu Stanleya in Arderna, Stoneley, in comitatu Warvicensi et dioecesi Wigorniensi, in Anglia. *OC*. 137.
[10] Ford abbey, in dioecesi Exoniensi et comitatu Devoniae in Anglia. *OC*. 40.
[11] L'Aumône, in dioecesi Blesensi, *OC*. 10.
[12] Cf. supra stat. 19.

Bono-Fonte[1], qui domos suas hoc anno visitare neglexerunt. Hoc idem patiatur abbas de Berdona[b2] qui ad Capitulum non venit; et quia excusationem frivolam habuit, addimus ut quadraginta diebus sit extra stallum suum; pecuniam autem quam debet abbati de Toroneto[3] usque ad Natale Domini sine omni occasione reddat.

Querela quae vertebatur inter abbatem de Insula[4] et abbatem **43**
de[a] Monasterio[b] in Argona[5] committitur abbatibus Belli-Prati[6] et Longae-Vallis[c7], de possessionibus, de quibus modo est quaestio terminanda; et abbatia pro bono pacis in pace possidenda remaneat abbati Sancti-Benedicti[8].

Abbas Vallis-Magnae[9], qui[a] fecit iurare conversos suos, sex **44**
diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Domino abbati Morimundi committitur ut ad pactionem quam **45**
fecit abbas Sancti-Prudentii[10] fundatori domus suae diligenter inquirat et digne corrigat.

Abbas de Columba[11], qui benedictiones[a] in domo sua fieri **46**
consensit, et mulieres ingredi permisit, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua; et oblationes in sequenti[b] Capitulo reddat. Similiter et alii caveant; et qui rei sunt oblationes Capitulo reddant.

Abbas de Tennebar[a12], qui publice de multis confessionem **47**

---

[b] Bordona: *J*.
43: *JL¹MP¹*. [a] de Argona: *J*. [b] Monasterii: *P¹*. [c] Longivalli: *JP¹*.
44: *JL¹MP¹*. [a] qui: *deest P¹*.
45: *JL¹MP¹*.
46: *JL¹MP¹*. [a] ben dictionem: *JP¹*. [b] anno: *JP¹*.
47: *JL¹L²MP¹W*. [a] Tennebat; *P¹*; Tennebac: *W*.

---

[1] Hoc nomine duo monasteria citantur: in dioecesi Tolosana, in dioecesi Remensi; sed *gall.* primum vocatur Bonnefont, secundum Bonnefontaine en Thiérache. *OC.* 48, 138.
[2] Berdoues, in Vasconia. *OC.* 48.
[3] Toronet, in Provincia et episcopatu Forojuliensi. *OC.* 40.
[4] Cf. supra stat. 18.
[5] Moutier-en-Argonne, in reg. Marne. *OC.* 79.
[6] Hoc modo duo monasteria virorum nominantur: in dioecesi Nanceyensi et dioecesi Bellovacensi. *OC.* 33, 38.
[7] Seu potius Longum-Villare, Longvilliers, in dioecesi Atrebatensi, *OC.* 102.
[8] Sanctus-Benedictus. S. Benoit-en-Voivre, in Lotharingia. *OC.* 24.
[9] In Languedocio. *OC.*, 138.
[10] S. Prudentius, in Vetere Castella et dioecesi Calaguritana. *OC.* 145.
[11] Duo monasteria huius nominis: in dioecesi Placentina (Italia), in dioecesi Lemovicensi (Gallia). *OC.* 45, 88.
[12] Porta-Coeli, Thennenbach, in magno ducatu Badensi, *OC.* 142.

in Capitulo fecit, et novitium[b] ter in die comedentem suscepit, omni sexta feria ieiunet in pane et aqua, donec novitius monachus fiat ; pro[c] aliis vero excessibus sit in levi culpa.

48 Abbas de Sancta-Cruce [1], eo anno quo venire debet ad Capitulum, si potuerit[a] veniat ; si[b] non potuerit responsalem[c] mittat.

49 Abbas de Zentula [a] [2], quem dux Austriae retinuit et ad Capitulum non venit quando venire debuit, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; sequenti vero anno omni occasione[b] remota ad Capitulum veniat.

50 Abbas Sancti-Georgii[3], qui a multis annis ad Capitulum non venit, extra stallum abbatis [a] sit, et omni sexta feria sit in pane et aqua donec Morimundum veniat, et in sequenti Capitulo omni occasione remota se repraesentet.

51 De conversis Bonae-Vallis [4], qui in manu domini abbatis de Firmitate promiserunt, quod de cetero coquos[a] non recipiant absque licentia Capituli generalis, vel domini Cistercii, dicimus quod si a proposito resilierint, sententiam in praeterito anno datam observent, quam dominus Bonae-Vallis eis denunciet, et firmiter observari faciat.

52 Abbates de Morimundo et de Crista [5] qui, quadam occasione minus sufficiente, conversos suos Ierosolymam[a] miserunt tribus diebus sint in pane et aqua.

53 Abbas vero Theoloci[6] qui hoc ipsum[a] contra formam Ordinis et contra consilium patris fecit, quadraginta dies extra stallum

---

[b] novitum... suscepit : *linea subnotatur crassa in J.* [c] pro etc.: deest in *J.*
48 : $JL^1L^2MP^1P^{10}W$. [a] potest *J.* [b] autem : *J.* [c] responsorium :*W.*
49 : JL^1MP^1W. [a] Zuetula : L^1. [b] excusatione : *MW.*
50 : JL^1MP^1W. [a] Abbatum : *W.* [b] excusatione : *M.*
51 : JL^1MP^1W. [a] coccos : *JP* ; coccos non... dicimus : *linea subnotatur crassa apud J.*
52 : $JL^1L^2MP^1$. Hierosolimam : *J* ; Iherosolymam : P^1.
53 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] omnino : P^1.

---

[1] Eiusdem nominis quatuor monasteria virorum extiterunt. *OC.* 36, 133, 178, 220.
[2] i. e. Clara-Vallis de Austria, Zwettl. *OC.* 54.
[3] i. e. Vallis Sancti Georgii, Georgenthal, in antiqua dioecesi Moguntina, prope Gotha. *OC.* 67.
[4] Huius nominis quatuor extiterunt monasteria, ut supra dictum est ad stat. N° 31.
[5] *Gall.* : La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC.* 10.
[6] Tulley, in comitatu Burgundiae. *OC.* 19.

suum remaneat, et sex diebus, sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbati de Alba [1], qui eleemosynam[a] episcopi Spirensis [2], cui non debuit reddidit, praecipitur ut portionem illam quam sibi retinuit, abbatibus dividat quibus suam detraxit[b]. Regi autem scribatur, ut paci abbatis provideat, ne totum reddere cogatur. **54**

In Secanae-Portu, quia mulieres in anniversario regis [3] ingressae sunt oratorium, tam abbas quam monachi et conversi[a] uno die sint in pane et aqua; officiales vero, qui hoc scienter fieri permiserunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et hoc abbas eorum [b] diligenter inquirat, et eis hanc poenam imponat. **55**

Abbatibus Mortuimaris et Perseniae ad preces domini regis pro nova unctione ipsius modo[a] parcitur et talis praesumptio ne a modo fiat, caveatur[b]. **56**

Abbas de Sacra-Menia [4] qui ad Capitulum non venit, nec responsalem misit, quadraginta diebus extra stallum suum remaneat, et sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et sequenti anno, omni occasione remota ad Capitulum veniat. Similiter[a] faciat abbas de Clienti [5]. **57**

Querela quae est inter domum Grandis-Silvae[6] et domum Borboniae [a] [7], committitur domino abbati Morimundensi et abbati de Candelio[8]. **58**

Abbas Quinciacensis [a][9], quia allatum mortuum extra formam Ordinis sepelivit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. **59**

---

54 : *JL¹MP¹P¹⁰W*. [a] eleemosynas ; *MW*. [b] substraxit ; *MP¹W*.
55 : *JMP¹P¹⁰W*. [a] conversi : *deest J*. [b] coram : *M*.
56 : *JL¹MP¹*. [a] ad presens : *J*. [b] et a talis praesumptis a modo caveatur : *M*.
57 : *JL¹MP¹*. [a] et : *J*.
58 : *JL¹MP¹*. [a] Borbonae : *J* ; de Bolbona : *L¹*.
59 : *JL¹P¹*. [a] Quintianensis : *J*.

---

[1] Alba-Dominorum, Herrenalb, in regno Wirtembergico. *OC*. 92.
[2] Otto von Henneberg, † 1200. *SE*, 314.
[3] Ludovici VII Iunioris qui ibi sepultus fuerat, cf. supra ann. 1183, nº 1.
[4] In Castella Veteri, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.
[5] In comitatu Camerini iuxta flumen Clentis. *OC*. 66.
[6] In dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[7] Seu potius Bolbona, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.
[8] In Languedocio et dioec. Albiensi. *OC*. 132.
[9] Quinciacum, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.

60 De Haymone[a] monacho Longivadi [1] qui factus est falsarius litterarum et gyrovagus[b], et de Girardo[c], monacho Vallislucentis[2] qui in simili opere infamis habetur, dictum est ut ad eos incarcerandos mittat manum qui potuerit donec propriis abbatibus res innotescat, qui tenentur de eis rigorem ordinis exequi in carcerali custodia ad poenitentiam.

61 Quocumque habitatores [a] ipsius se transtulerint, prioratum suum obtineat in ordine.

62 Abbas de Sancto-Benedicto [3] qui minus reverenter locutus est in Capitulo, uno die ieiunet in pane et aqua.

63 Naves de Dunis [a] [4] non deferant aliena onera pro pretio.

64 Abbas Caricampi [5], quia ad voluntatem episcopi Traiectensis [6] remansit a Capitulo, quadraginta dies sit extra stallum suum, et sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

65 Querela canonicorum Trecensium adversus abbatem de Ripatorio [7] committitur abbatibus de Prulliaco [8] et de Longovado [9] et de Moris [10].

66 De domibus, de Tribus Fontibus [11], et de Chimenone [12], quorum longa concertatio nos fatigavit, pro bono pacis dicitur ut inter domos nihil amplius aedificetur nec prope ab utriusque latere domus per dimidiam leucam. Si aliquid vero scriptum huic Capitulo per iudicium faciens in aliqua ipsorum carta inventum fuit, nullam vim habeat, sed potius[a] irritetur.

---

60 : *JL²P¹*. [a] Haimone : *J*. [b] girovagus : *JP¹*. [c] Gerardo : *J*.
61 : *JP¹*. [a] *Add. in marg.*: forte Cistercii ; forte etiam ibi fit mentio de abbate dispersor[um] non nominati monasterii.
62 : *JL¹P¹*.
63 : *JL¹P¹*. [a] Dumorum : *P¹*.
64 : *JL¹P¹*.
65 : *JP¹*.
66 : *JP¹*. [a] penitus : *J*.

---

[1] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.
[2] Vauluisant, in dioec. Senonensi. *OC*, 16.
[3] In Lotharingia. *OC*. 24.
[4] In Belgio, tunc erat istud monasterium in arenoso maris littore situm. *OC*. 51.
[5] Cercamp, in Artesia. *OC*. 66.
[6] Balduinus de Hollandia, † 1196. *BB*. I, 473.
[7] L'Arrivour, in dioec. Trecensi. *OC*. 59.
[8] In dioec. Meldensi. *OC*. 5.
[9] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.
[10] Non procul a Claravalle et dioec. Trecensi. *OC*. 135.
[11] In ducatu Barrensi et dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.
[12] In agro Vitriacensi et dioec. Catalaunensi. *OC*. 49.

Abbas de Armentaria [1], qui ad Claramvallem vocatus, primo 67
quidem venire neglexit, secundo vero ad Capitulum venire contempsit, ab omni officio abbatis suspenditur [a], donec Claramvallem veniat ubi sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et sequenti Capitulo se praesentet de his omnibus rationem redditurus.

De abbatia de Dona [2], providentiae domini Cisterciensis [a] re- 68
linquitur.

Querela quae vertebatur inter domum de Moreles [3] et de 69
Terzai [4] committitur abbatibus de Pinu [5], et de Gratia-Dei[6] ut audiant et determinent[a] auctoritate Capituli.

Monachus Mansiadae [7] statim ut abbas domum venit, infra 70
octo dies mittatur Salvanetum [8].

Causa abbatis Caricampi [9] et praepositi de Doaco[10] commit- 71
titur abbatibus de Longo Ponte[11] et de Claromaresco[12], si tamen appellationi factae ad dominum papam denuntiatum fuerit.

Abbas de Bellalanda[13] assumto secum Joanne quondam abbate 72
de Jorval[a] [14] veniat Savigniacum usque ad Natale Domini, et ibi ambo arbitrio domini Savigniacensis abbatis et coabbatum suorum obediant. Dominus abbas Savigniacensis eis renunciet.

Negotium super electione de Valace[15] committitur domino 73

---

67 : JL^1P^1. [a] suspendatur : L^1.
68 : JL^1P^1. [a] Cistercii : P^1.
69 : JL^1P^1. [a] terminent : *J*.
70 : JP^1.
71 : JP^1.
72 : JL^1P^1. [a] Jorevalle : L^1, Joravallis : *J*.
73 : JP^1.

---

[1] Armentera, in dioec. Compostellana. *OC*. 146.
[2] In Lombardia er dioec. Cumana. *OC*. p. LXII.
[3] B. M. de Moroliis, Moureilles, in dioec. Rupellensi. *OC*. 132.
[4] Seu potius Trisay, Trisagium, in dioec. Pictaviensi, post Lucionensi. *OC*. 85.
[5] In dioec. Pictaviensi. *OC*. 34.
[6] In Pictavia et dioec. Santonensi. *OC*, 34.
[7] Mazan, in Languedocio. *OC*. 9.
[8] Seu Salvanesium, Silvanès, in dioec. Ruthenensi. *OC*, 39.
[9] Cercamp, in Artesia. *OC*, 66.
[10] Duacum, celebre oppidum in dioec. Atrebatensi.
[11] In Picardia. *OC*. 22.
[12] In Artesia. *OC*. 59.
[13] Byland, in comitatu et dioec. Eboracensi. *OC*. 104.
[14] Joravallis, in comitatu et dioec. Eboracensi. *OC*. 119.
[15] Valassia, in dioec. Rotomagensi, in Normannia. *OC*. 140.

abbati Ursicampi [1] ut inquirat veritatem ab abbate Mortuimaris [2] et diligenter corrigat. Abbas vero Mortuimaris sequenti Capitulo se praesentet super eodem negotio pro se responsurus.

74 Abbas de Sturcelburne [3] in cuius domo infans baptizatus est et mulieres ingressae sunt, ipso in domo existente, stet consilio domini de Firmitate et de Maceriis [4], et officiales, de quorum consilio consumptum [a] est, qualibet feria sexta ieiunent in pane et aqua.

75 Conversi Fontisfrigidi [5] qui inobedientes existunt mandato Capituli de dimmittendis cotis[a] flocatis, sententiae quae lata est in conversos Bonaevallis [6] subiaceant scilicet ut dum in hac rebellione perstiterint non communicent, nec oratorium ingrediantur ; et si fuerint infirmati vel mortui nec communionem sanctam nec ecclesiasticam habeant sepulturam. Abbas Grandis-Sylvae [7] huius sententiae sit executor.

76 Ad negotia Ordinis ad plenum[a] pertractanda nominati sunt abbates isti : abbates Savigniaci, Prulliaci [b] [8], de Bellavalle [9], de Dalone [10], de Bello Prato [11], de Fusneio [12], de Ursicampo [13], de Quintiaco [14], de Longovado [15], de Moris [16]. Isti ergo cum quinque primis abbatibus apud Caleium, grangiam Pontigniacensem simul veniant [c], ita ut nullus nostri Ordinis illuc audeat accedere,

---

74 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*. [a] factum est : *W*.
75 : *JL¹P¹*. [a] cottis : *J*.
76 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] plenius : *J*. Pruliaci, Saviniaci : *L¹*. *recole quaestionem de praecedentia inter has duas abbatias olim agitatam.* [b] se transferent : *L¹*.

---

[1] In dioec. Bellovacensi, in Insula Franciae. *OC*. 17.
[2] In Normannia et dioec. Rotomagensi. *OC*. 48.
[3] Sturzelbrunna, in Lotharingia et dioec. Metensi. *OC*. 72.
[4] In Burgundia, dioec. Divionensi. *OC*. 26.
[5] In Languedocio et dioec. Carcassonnensi. *OC*. 86.
[6] Hoc nomine quatuor veniunt monasteria : in dioec. Pictaviensi Viennensi, Rutenensi et in Nova Castella. *OC*, 7, 13, 144, 152.
[7] In dioec. Tolosana. *OC*. 81,
[8] In dioec. Meldensi. *OC*. 5.
[9] In comitatu Burgundiae. *OC*. 8.
[10] In dioec. Tutelensi. *OC*. 147.
[11] Eiusdem nominis duo monasteria : in dioec. Bellovacensi et Nanceyensi. *OC*. 38, 33.
[12] Seu Fusniacum, Foigny, in dioec. Laudunensi. *OC*. 10.
[13] In dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.
[14] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.
[15] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.
[16] In dioec. Trecensi. *OC*. 135.

nisi de consilio vocatus ; et si negotium ampliores moras exegerit, in grangia de Cerelegio, [d] abbas Vallislucentis [1] ipse provideat. Ponitur autem terminus conveniendi in grangia prius nominata in octave Theophaniae.

Porro in omnibus abbatiis Ordinis nostri ipsa[a] die id est in **77** octava Epiphaniae dicatur collecta *Deus qui corda fidelium*, ut ipsos Deus dirigat in viam veritatis.

Si data nobis fuerit eleemosyna, cuilibet aedificio vel emtioni **78** terrarum a donante proprie assignata, transferre eam ad alios usus non licebit. Quod si indeterminate, nec alicubi nominatim assignata, data fuerit, sine culpa et transgressione, de voluntate et consilio abbatis ad usus magis necessarios deputabitur.

Tres sextae feriae semper observentur in quadragesima, sine **79** misericordia, non obstante alicuius sancti festo.

Fugitivi qui furtive recedunt cum substantia monasterii, de **80** consilio abbatis recipi poterunt, considerato rigore Ordinis et meritis personarum.

Non bibant nisi aquam, qui de inquietudine sua equitant ad **81** parentes.

Abbas de Monasterio in Argona [2] proterve et irreverenter **82** locutus est in Capitulo eadem [a] poena mulctetur.

Engelhardus Nuenburgensis [3], Eberhardus Merseburgensis [4], **83** Hinricus Misnensis [5] episcopi Capitulo generali de bonis per abbatem Cellensem [6] acquisitis scribunt et petunt, ut ipsi bonorum operum Ordinis participes fiant.

---

[d] Celeregio : P^{10}.

77 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] ipsamet die octavarum dictarum : *J*.

78 : MP^3T^3.

79 : MP^3T^3.

80 : MP^3T^3.

81 : MT^3.

82 : L^1. [a] Eadem *sc. posita in n° praecedenti codicis* L^1 : tribus diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

83 : *W.* ex Beyer. *Kloster Altzelle.* Dresden. 1855, p. 520.

---

[1] In dioec. Senonensi. *OC.* 16.

[2] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC.* 79.

[3] Cf. *SE*, 296.

[4] Cf. *ibid.*, 291.

[5] Iuxta *SE.*, 291, Misniensis episcopus est Martinus 1170-1190 ; Henricus 1228-1240.

[6] Vetus-Cella, Altzelle, in ditione et dioec. Misnensi. *OC.* 171.

1191

Statuta quae codex D^3 anno 1191 assignat, iam lecta sunt supra anno 1189 iuxta *M* et alios codices ibi recensitos.

1 De pedagiis [a] quae solvebantur in Flandria apud Boloniam [1] et apud Wisan [b] [2] in transitu maris, Abbas de Fulneio [c] [3] et de Claromaresco [d] [4] faciant apud ducem Lovinniae [e] [5] ut ipse auctoritate sua confirmet quod factum est de absolutione iam dictorum pedagiorum, et cum hoc fecerint, abbates de Savigneio[6] et de Eleemosyna[7] et de Fontibus[8] et de Rievale [9], auctoritate capituli faciant exsolvi expensas quae factae sunt [f] pro hoc negotio.

2 De converso Theoloci[10] qui eiectus est a cimiterio causa inventae pecuniae, quia constat eum de licentia abbatis sui potestatem habuisse providendi in multa parte [a] utilitatibus monasterii, et non est praesumptio quae faciat contra eum, et nos proniores esse debemus ad absolvendum quam ad condemnandum, dicitur, ut ad cimiterium revocetur.

3 Abbas Quinciaci[11] qui inconsulto patre abbate dimisit abbatiam suam ibidem tribus diebus dit in levi culpa.

4 De abbatibus de Armentera[a] [12] et de Spina [13], qui nolente patre abbate reliquerunt abbatias suas, nec ad nutum ipsius et voluntatem reverti volunt, committitur Domino Claraevallis qui debet adire partes illas, quatenus secundum quod viderit expedire, consilio [b] et auxilio coabbatum suorum corrigat et castiget.

---

1 : *JL¹P¹*. [a] pedagogiis : *P¹* ; de pedagogiis sen vectigalibus : *J*. [b] Wisant : *J*. [c] Fusniaco : *J*. [d] Claromarisco : *J*. [e] Lovaniae : *J*. [f] factas : *J*.

2 : *JL¹P¹*. [a] pro maiore parte : *J*.

3 : *JP¹*.

4 : *JL¹P¹*. [a] Armentaria : *JL¹*. [b] tam consilio quam auxilio : *J*.

---

[1] Boulogne-sur-Mer, in Gallia, regione Pas de Calais.
[2] Wissant, prope Boloniam.
[3] Seu Fusniaco, Foigny, in Picardia. *OC*. 10.
[4] Clairmarais, in Artesia. *OC*. 59.
[5] Louvain, in Belgio.
[6] Savigny, in confinio Normanniae, Britanniae et Cenomanniae. *OC*. 95.
[7] L'Aumône, in Gallia. *OC*. 10.
[8] Fountains, clarissima abbatia in dioec. Eboracensi, in Anglia. *OC*. 37.
[9] Rievaulx-Abbey, in comitatu et dioec. Eboracensi. *OC*. 22.
[10] Tulley, in comitatu Burgundiae. *OC*. 19.
[11] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.
[12] In dioec. Compostellana, in Gallecia. *OC*. 146.
[13] Espina, in Legione (Léon) et dioec. Palentina. *OC*. 108.

Abbas de Buxeria [1] et de Albapetra [2] et de Sacra cella [3] quorum **5**
monasteria ingressae sunt mulieres tempore benedictionis, sex diebus sint extra stallum suum, oblationes quas inde habuerunt ad sequens generale Capitulum deferant.

Scribatur Capitulo Praemonstratensi ut compositionem quae **6**
facta [a] est ante plurimos annos inter illorum ordinem et nostrum [4] firmiter a suis faciat observari, et cogant suos ne aliquis eorum [b] audeat exigere decimam amplius [c].

Abbas de Novavalle [5] qui remansit in via infirmus et responsa- **7**
lem misit quod facere non debuit, una die sit in pane et aqua.

Querela novae abbatiae Silvaecanae [6] committitur abbatibus **8**
Vallismagnae [7] et Liberaevallis [8]. Terminos considerent et aptitudinem loci si possit abbatia stare et debeat, et sequenti Capitulo denuntient. Similiter controversia quae vertitur inter abbatias Sinanquae [9] et Silvacanae [10] de grangia auctoritate capituli definiant.

Abbati Gratiae Dei [11] conceditur aedificare abbatiam quam **9**
civis de Rochella construere vult in loco cui nomen impositum est a domino rege Angliae, Gratia Sanctae Mariae [12].

Compositio quae facta est de quinque solde sicut iam pridem **10**
litteris et sigillo Capituli generalis confirmata est, ita teneatur, et abbas Eleemosynae [13] huius rei sit executor.

---

5 : JL^1P^1.
6 : JL^1P^1. [a] inita : *J*. [b] ne quisquam suorum : *J*. [c] a nostris : L^1.
7 : JMP^1W.
8 : JP^1.
9 : JP^1.
10 : JL^1P^1.

---

[1] La Bussière, in Burgundia et dioec. Divionensi, vel La Boissière, in dioec. Andegavensi. *OC*. 19, 98.
[2] Aube-Pierre. in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[3] Cercanceaux, in dioec. Senonensi. *OC*. 180.
[4] Cf. supra, ann. 1142.
[5] Nova-Vallis, Nydala, in Suecia. *OC*. 74.
[6] Sylvacane. in dioec. Aquensi (Aix). *OC*. 107.
[7] S. M. de Valmagne. in Languedocio. *OC*. 138,
[8] Libera Vallis, seu Francae-Valles, Franquevaux. in Languedocio, dioec. Nemaucensi *OC*. 73.
[9] Sénanque. in dioec. Avenionensi. *OC*. 112.
[10] Cf. Nota 6.
[11] In comitatu Pictaviensi. *OC*. 34.
[12] seu N.D. de Charon, coenobium ad litus maris, in dioec. olim Santonensi, post Rupellensi fundatum a Richardo I, Angliae rege. *OC*. 194.
[13] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.

11 De monacho Iuncheriae [1] qui dicitur proprios habere equos et alias proprietates nonnullas, committitur abbatibus Scalae Dei [2] et de Barbona [a] [3] quatenus rei veritate diligenter inquisita, secundum quod viderint expedire, auctoritate capituli corrigant et castigent, ita ut pecunia quam obtulit proprio abbati illi cui noscitur esse, restituatur, et si [b] constiterit eum praedictam pecuniam male abstulisse, sic fiat de eo, sicut proprietatem habenti et de comprehenso in furto.

12 De rasuris : prima rasura fit ante Nativitatem Domini ; secunda, ante Purificationem Beatae Mariae ; tertia, ante dominicam qua canitur *Oculi mei* [a] quarta, ante Pascha ; quinta, ante Ascensionem Domini ; sexta, ante Nativitatem beati Johannis-Baptistae ; septima, ante ad vincula sancti Petri ; octava, ante Nativitatem Beatae [b] Mariae ; nona, ante festum Omnium Sanctorum.

13 Iniungitur domino de Firmitate, [a] ut quando venerit ad partes Lombardiae, convocet abbates qui dicuntur capitulum fecisse, et faciat, ut talis conventio abbatum de cetero non fiat, et scriptum quod fecerunt non remaneat ; et in capitulis monachorum hoc ipsum denunciet ; ipsi vero abbates Lombardiae quod scriptum est in Usibus et Instituta Capituli generalis diligenter et viriliter in domibus suis faciant observari.

14 Committitur domino Cistercii et domino Pontiniaci, [a] quatenus ad domum de Quinciaco [4] accedentes, fratres eiusdem domus ad reverentiam proprio abbati exhibendam diligenter et studiose inducant ; et si qui forte essent qui vellent scandalum suscitare, eos auctoritate capituli generalis ad remota loca emittant, non reversuros absque nutu [b] Capituli generalis.

15 Scribatur abbatibus Sancti-Anastasii [5] et Casemarii [6] quatenus

---

11 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Borbona : *J*. [b] Quod si : *J*.
12 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] oculi nostri : P[1]. [b] beatae Virginis : *J*.
13 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Firmitatis : *L*[2]*P*[10].
14 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Pontiniacensi : *L*[1]. [b] eiusdem : *J*.
15 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10].

---

[1] Junquera, in Gallecia monasterium a Ferdinando I, Legionis rege fundatum. *OC*. 159.
[2] L'Escale-Dieu, in dioec. Tarbiensi, hod. Tolosana. *OC*. 47.
[3] seu Borbona, Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.
[4] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.
[5] SS. Vincentius et Anastasius Trium Fontium ; SS. Vincenzo et Anastaggio alle Tre Fontane, in suburbio romano *OC*. 62.
[6] Casamario. in Campania Romana. *OC*. 58.

quos poterint de vicinis abbatibus Ordinis auctoritate Capituli generalis convocent, et de statu Sancti-Sebastiani [1] diligenter videant, si duodecim ad minus monachi cum decimo tertio abbate per ordinem hic esse possint ; alioquin ante venturum [a] Capitulum monachos et conversos eiusdem loci per alias domos dividant [b].

De oppositione [a] inter abbates Combramarae [2] et de Mira- **16**
valle [3] dicitur quod illi de Combramare qui habent litteras confirmationis a Capitulo generali sint in possessione, et si altera pars voluerit reclamare, assignantur ei iudices abbates de Savigneio [b] [4] et de Eleemosyna [5], et de Bilduals [6], et de Bordeleia [7], et quod inde viderint et audierint, sequenti capitulo denuntient.

Abbatia de Linda [8] revertatur ad matrem suam Lugana [9], **17**
et de duabus fiat una, et sit unum ovile et unus pastor.

Abbas de Grandisylva [10] qui per impatientiam fregit sigilla **18**
compositionis, sex diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua, et eadem compositio firmiter ab eo [a] teneatur.

Prior de Oliva [11], qui misit monachum ad curiam domini Papae **19**
absque licentia domini Cistercii et conscientia [a] proprii abbatis, cesset a prioratu, et ultimus sit per annum.

Interdicitur abbati Aquaebellae [12], ut de cetero non praedicet **20**
in ecclesiis saecularibus, nec paenitentiam saecularibus iniungat,

---

[a] proximum : *J*. [b] distribuant : *J*.
16 : *JP*¹. [a] compositione : *J*. [b] Savigniaco : *J*.
17 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*.
18 : *JL¹P¹*. [a] ab ipso : *JP¹*.
19 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*. [a] et conscientia proprii abbatis : *deest in J*.
20 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*.

---

[1] S. Sebastianus in Catacumbis, prope Romam. *OC*. 162.
[2] Seu Cumbermera, in dioec. Conventrensi et comitatu Cestriae, in Anglia. *OC*. 100.
[3] Mereval, in comitatu Warvicensi et dioec. Wirgorniensi, in Anglia. *OC*. 114.
[4] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.
[5] L'Aumône in Gallia. *OC*. 10.
[6] Bildewas, in dioec. Sestriensi, in Anglia *OC*. 102.
[7] Bordesley. in comitatu Wigorniensi, in Anglia. *OC*. 53.
[8] Seu Landa, in dioec. Gnesnensi, in Polonia. *OC*. 90.
[9] Alias Wongrowitz, in dioec. Gnesnensi. *OC*. 72.
[10] Grandselve, in Vasconia et dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[11] La Oliva, in dioec. Pampilonensi, regno Navarrae ; sive Oliva in provincia Prussiae et dioec. Wladislaviensi. *OC*. 119, 186.
[12] Aiguebelle, in dioec. Valentina. *OC*. 46.

absque iussu episcopi sui ; et quia mortuum sepelivit in propria domo quam habet in civitate, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta sit extra stallum suum.

21 Paenitentiam [a] indictam abbati Aquaebellae faciat et abbas Vallisbenedictae [1], et abbati Bonaevallis [2] praecipitur ut subtrahat ei occasiones vagandi, nec ad aliquam visitationem aut alia negotia eum mittat.

22 Saepe et [a] saepius quaerimoniam accepimus et sententiam dedimus de domo de Caritate[3] quam ingrediuntur mulieres singulis annis in die dedicationis ecclesiae, nec adhuc noscitur emendatum, unde quia novimus hoc voluntate et assensu fratrum domus illius fieri, iam amplius dissimulare non possumus ; dicimus ergo nec [b] ea die qua de cetereo ingressae fuerint mulieres omnibus sextis feriis eiusdem anni abbas et conventus eiusdem domus sint in pane et aqua et oblationes omnes abbas ad generale Capitulum deferat.

23 Abbas de Margan [4] propter enormitates quae factae sunt in domo eius, quadraginta diebus sit extra stallum suum, sex in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Conversi vero eius Iordanus hospitalis et Radulphus statim post reditum ipsius veniant in Claramvallem, ibi agant paenitentiam a generali Capitulo praedictatam [a].

24 De conspiratoribus Signiaci [5] quod abbas Claraevallis ordinavit, teneatur [a] hoc addito quod per diversas domos dispergantur singuli ad domum propriam non reversuri, nisi licentia Capituli generalis, et in domibus in quibus fuerint agant paenitentiam conspiratoribus indictam [b].

25 De monacho [a] de Chimenone [6] committit dominus Cistercien-

---

21 : *JP*¹. [a] Istam autem penitentiam suscipiat etiam abbas Vallisbenedictae : *J*.
22 : JL¹P¹. [a] ac : *J*. [b] ut : *JL*¹.
23 : *JP*¹. [a] determinatam : *J*.
24 : *JL*¹*P*¹. [a] tenebitur : *L*¹. [b] *haec ultima phrasis deest apud L*¹.
25 : *JL*¹*L*²*P*¹*P*¹⁰. [a] Quoad monachum de Chimenone committitur domino... ut circa illum... : *J*.

---

[1] Val-Benoîte, in dioec. Lugdunensi. *OC*. 183.
[2] Hoc nomine quatuor monasteria veniunt. cf. *OC*, 7, 13, 144. 152.
[3] La Charité, in dioec. Bisuntina. *OC*. 30.
[4] Marganense coenobium, in comitatu Glamorgamensi, in Wallia. *OC*. 107.
[5] Signiacum, Signy, in dioec. Remensi. *OC*. 33.
[6] Cheminon, in Campania gallica et dioec. Catalaunensi. *OC*. 49.

sis abbatibus Claraevallis et Triumfontium[1], ut ad illum agant quod viderint expedire.

Abbas de Maceriis[2] quia inordinate mortuum sepelivit[a], et 26
quia officiales eius abbates ad Capitulum venientes inhumane susceperunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et abbas de Firmitate officiales puniat condigne.

Domino regi Castellae[3], scribatur, quia non possumus cogere 27
abbatissas ire ad Capitulum de quo scripsit, et si vellent ire, sicut eis iam consuluimus, multum nobis placeret.

Abbates qui hoc anno non visitarunt per negligentiam suam 28
filias suas sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbatibus de Scala-Dei[4], de Garda[5] et de Candeleio[6], com- 29
mittitur ut diligenter inquirant de controversia quae est inter abbates Grandisylvae[7] et de Borbonia[8], super grangia Grandisylvae, et illam auctoritate Capituli studeant terminare. Quod si unus ex ipsis interesse non potuerit hoc reliqui duo nihilominus exequantur.

Abbas de Superadda[a] [9] qui puerum duodennem recepit et 30
qui inobediens fuit visitatori de clausura facienda in ecclesia inter monachos et conversos, sex diebus sit in levi culpa, et a die qua domum suam ingressus fuerit, omni sexta feria, donec eadem clausura fiat, sit in pane et aqua et prior et cellerarius. De puero vero committitur domino Claraevallis utrum eiiciendus[b] sit vel retinendus.

Abbates de Bono Fonte[10], de Periniaco[11], de Sancto-Cypriano[12], 31

---

26 : $JL^{1}P^{1}$. [a] Propter mortuum sepultum : L^{1}.
27 : $JL^{1}L^{2}MP^{1}P^{10}$.
28 : $JL^{1}P^{1}$.
29 : JP^{1}.
30 : $JL^{1}MP^{1}$. [a] Superado : L^{1}. [b] Utrum scilicet reiiciendus...: *J*.
31 : $JL^{1}P^{1}$.

---

[1] Prima filia Claraevallis, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.
[2] Mazières, in Burgundia et dioec. Divionensi. *OC*. 26.
[3] Alphonsus VIII.
[4] L'Escale-Dieu, in Vasconia et dioec. Tolosana. *OC*. 47.
[5] Garda-Dei, La Garde-Dieu, in dioec. Cadurcensi. *OC*. 122.
[6] Candeil, in Languedocio et dioec. Albiensi. *OC*. 132.
[7] Granselve, in Vasconia et dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[8] Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana, *OC*. 123.
[9] Vel Superatum, Sobrado, in Gallecia et dioec. Compostelana. *OC*. 67.
[10] Bonnefont in Vasconia, vel Bonne-Fontaine en Thiérache. *OC*. 48, 138.
[11] Peyrigniac in Guiennia, dioec. Agennensi. *OC*. 130.
[12] Alias Rivus-Siccus, Rio-Seco, in Vetere-Castella et dioec. Burgensi. *OC*.111.

de Sancto-Andrea [1], de Sancto-Prudentio [2], de Foilleto [a] [3], de Cella Sanctae-Mariae [4], de Campania [5], qui non venerunt ad Capitulum [c], sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum, et si sequenti Capitulo se non praesentaverint, a die Capituli non intrent in stallum suum donec Cistercium veniant [b].

32 Abbas de Claro-maresco [6] qui inconsulto domino Cistercii Romam profectus est, tribus sextis feriis sit in pane et aqua [a].

33 Monachi conspiratores Vallismagnae [7] qui per manum visitatoris inde sunt eiecti, non revertantur illuc nisi per generale Capitulum, et in domibus illis ad quas abbas Bonaevallis [8] eos miserit singuli recipiantur [a].

34 Abbas de Egres [a] [9] propter speciem malam ex verbis eius de pecunia quam detulit Pontiniacum [b], a pluribus conceptam, et propter quaedam alia contra illum dicta, statim apud Pontiniacum redeat et stet voluntati domini Pontigniacensis. Illa vero pecunia quam attulerat, ad domum propriam reportetur. Regi autem Ungariae[10] notificetur quod factum est et qua de causa.

35 De abbate Sancti-Cypriani[11] qui super multis exordinationibus in generali Capitulo est accusatus, dictum est quid abbates de Scala-Dei[12] et de Borbona[13] qui hoc anno intrare debent Hispaniam, diligenter investigent, et auctoritate Capituli digne

[a] Fueillentio : *J*. [b] *brevior formula apud L^1* : Abbates inter quos abbas de Feuillent, mulctati sunt, sex diebus in levi culpa, etc. [c] venerint : L^1.

32 : JL^1P^1. [a] *linea crassa totum hoc statutum subnotatur apud J*.

33 : JL^1P^1. [a] *brevius apud L^1* : Monachi conspiratores eiecti de domo propria non revertantur nisi per generale Capitulum.

34 : JP^1. [a] Egris : *J*. [b] Pontigniacum : *J*.

35 : JP^1.

[1] S. Andreas de Sexto, in Liguria ; vel S. Andreas de Gouffern, in dioec. Sagiensi. *OC*. 22, 98.

[2] In Vetere-Castella et dioec. Calaguritana. *OC*. 145.

[3] Seu Fulium, Feuillant, in Languedocio et dioec. Tolosana. *OC*. 157.

[4] Seu Vetus-Cella, Altzelle, in dioec. Misnensi. *OC*. 171.

[5] Champagne. in dioec. Cenomanensi. *OC*. 188.

[6] Clairmarais, in dioec. Atrebatensi. *OC*. 59.

[7] S. M. de Valmagne. in Languedocio et dioec. Montis-Pessulana. *OC*. 138.

[8] Bonnevaux, in dioec. Viennensi, Vallis-magnae mater. *OC*. 7.

[9] Egresium, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.

[10] Bela III, 1173-1196.

[11] Alias Rivus-Siccus, Rio-Seco, in Vetere Castella et dioec. Burgensi. *OC*. 111.

[12] L'Escale-Dieu, in Vasconia et dioec. Tolosana. *OC*. 47

[13] Bolbona, Boulbonne. in dioec. Tolosana. *OC*. 123.

corrigant. Hoc ipsum faciant de abbate Fiterii [1] qui dicitur consuluisse augurem et celasse debitum, et suum cellerarium deposuisse quia debitum notificavit.

Abbati de Sancta-Cruce [2] conceditur ut propter honestatem et religionem [a] eius de infirmitorio missam celebret. **36**

Abbas de Lansavalle [3] qui clientem [a] saecularem in loco conversi secum adduxit, tribus diebus sit in levi culpa. **37**

Abbas de Persenia [4] qui hospitibus caseum et ova dedit in sexta feria, sex diebus ieiunet in pane et aqua, et de cetero ipse et alii caveant [a]. **38**

Abbas de Sacramaenia [5] qui per impatientiam tumultum in Capitulo suscitavit, et veniam de dimittenda abbatia petiit, Morimundum in presenti vadat, et ex hoc veniam [a] petat et ibi stet ad arbitrium domini Morimundi [b]. **39**

Abbas Sancti-Benedicti [6] qui conversum propter potiones [7] misit, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum sit. **40**

Abbas de Loco-Dei in Dania [8] qui dolose contra patrem abbatem fratres suos suscitavit, usque ad [a] Pentecosten Cistercium veniat, et cantorem de Erivado [9] secum adducat, et ibi stent ambo ad arbitrium domini Cistercii. Quod si facere noluerint, et abbas ab abbate [b] de Esrom [10] et de Sora [11] deponatur, et cantor [c] **41**

36 : *JL¹P¹*. [a] *J add.* : piam suam.
37 : *JL¹P¹*. [a] clericum : *JL¹*.
38 : *JL¹L²MP¹P⁴P¹⁰*. [a] Quicumque dederit hospitibus in hospitio caseum vel ova sexta feria, qua die id fecerit sit in pane et aqua : *P⁴*.
39 : *JP¹*. [a] misericordiam : *J*. [b] Morimundensis : *J*.
40 : *JP¹*.
41 : *JL¹P¹*. [a] intra : *J*. [b] abbas quidem ab abbatibus : *J*. [c] vero : *J*.

[1] Fiterium, Fitero, in dioec. Tirasonensi, in Navarra. *OC.* 65.
[2] Heiligenkreuz, in Austria Inferiore, vel Holycross, in Hibernia. *OC.* 36, 178.
[3] Seu Landavallis, Lanvaux, in dioec. Venetensi in Britannia. *OC.* 52.
[4] Perseigne. in dioec. Cenomanensi in Gallia. *OC.* 84.
[5] In Castella Vetere et dioec. Segoviensi. *OC.* 67.
[6] S. Benedictus in Vepria, S. Benoit en Voivre, in Lotharingia. *OC.* 24.
[7] Potiones sancti Remacli. Cf. ann. 1189, nº 17.
[8] Lügumkloster ; in Jutia meridionali. *OC.* 168.
[9] Herivadum, Herrevad, opulentissimum coenobium in Dania. *OC.* 80.
[10] Inclytum monasterium in Dania, dioec. Roschildensi. *OC.* 136.
[11] Sora, Soroe, in provincia Siellandia, in Dania. *OC.* 145.

de Ordine eiiciatur, et hoc ipsum abbas idem de Sora annuntiet. Germanus vero monachus qui auctor [d] fuisse dicitur huius conspirationis, et conversus frater cantoris de domo Erivado emittatur, alius [e] in Esrom, alius in Sora, et ibi sint in gravi culpa [f].

42 Ad temperandam [a] cupiditatem in Ordine nostro et notam semper acquirendi qua impetimur repellendam, proposuimus firmiter tenendum ab omnibus ut deinceps omnino abstineamus ab omni emptione terrarum et possessionum et mobilium [b].

43 De usuariis et pascuis ad quae differimus, si vero gratis et sine omni spe retributionis terrenae datae fuerint in puram eleemosynam, licebit recipere. Qui tamen, ut alibi [1] dictum est, certas pensiones debent vel de propriis decimis inquietantur, poterunt huiusmodi sibi acquirere. Excipimus tamen ad hac lege monasteria quorum facultates non sufficiunt ad sustendandum numerum triginta monachorum cum hospitalitate congrua, et numero conversorum qui secundum situm loci debent sufficere. Cum vero facultates idoneas obtinuerint,legem superius scriptam observent. Si quis ergo hanc institutionem transgressus fuerit, sententiam quae de non emendo vel non aedificando super obligatos debito quinquaginta marcarum data est, sustinebit [a].

44 Frequenter a nimio personarum numero... etc. *ut ann. 1190, nº 2.*

45 Demum adiunctum est ut nulla domus... etc. *ut ann. 1189, nº 11, 19 ; 1190, nº 3.*

46 Novitii de domibus exeuntes... etc. *ut ann. 1189, nº 20 ; 1190, nº 5.*

47 Illis qui in infirmitorio... etc. *ut ann. 1189, nº 21 ; 1190, nº 6.*

48 Auferatur de Usibus... etc. *ut ann. 1190, nº 7.*

---

[d] author : *J* [e] Alius inquam in Esrom, alius autem in Sora : *J*. [f] et ultimi per annum : *JL*^{1}.

42 : *JL*^{2}*MP*^{1}*P*^{10}. [a] Haec diffinitio anno praecedenti proposita fuit (iuxta *P*^{6}, fol. 105, et *H.* fol. 96). sed confirmata anno 1191. [b] et omnium possessionum immobilium : *J*.

43 : *JP*^{1}. [a] idem dicendum ac de praecedenti statuto.

44 : *JL*^{2}*MP*^{1}*P*^{10}.

45 : *JP*^{1}.

46 : *JL*^{1}*L*^{2}*MP*^{1}*P*^{10}.

47 : *JL*^{1}*L*^{2}*MP*^{1}*P*^{10}.

48 : *JL*^{2}*MP*^{1}*P*^{10}.

---

[1] Cf. ann. 1188, nº 10.

Cum festum alicuius sancti... etc. *ut ann. 1189, nº 12 ; 1190,* 49
nº 8.

Ad missas matutinales dicatur totum neuma in fine respon- 50
sorii et versus, propter dissonantias quae contingunt [a] et senten-
tia illa eradatur de Usibus.

Dictum est fugitivis qui sola levitate... etc. *ut ann. 1190, nº 9.* 51

Qui de ordine egreditur, si monachus... etc. *ut ann. 1189, nº 13 ;* 52
1190, nº 10.

Si in aliqua domorum nostrarum conspirationem... etc. *ut ann.* 53
1189, nº 14 ; 1190, nº 12.

Statutum est ut visitatores... etc. *ut ann. 1190, nº 13.* 54

Quoniam manifestum est nullas domus per usuras recuperari... 55
etc. *ut ann. 1190, nº 14.*

Provideat ergo abbas... etc. *ut ann. 1190, nº 15.* 56

Cum igitur abbas pater vel visitator... etc. *ut ann. 1190, nº 15.* 57

Si quis in manifesto carnali contagio... etc. *ut ann. 1189, nº 16 ;* 58
1190, nº 11.

Ad abbatias quarum conventus... etc. *ut ann. 1189, nº 18.* 59

Festum beati Malachiae fiat tertia die novembris, et agat de 60
eo sicut de beato Gregorio.

Illi qui causa potionum sancti Remacli domum propriam 61
exeunt, ad eam de cetero non revertantur, nisi ad licentiam gene-
ralis Capituli [a]. Nullus vero abbas licentiam huiusmodi alicui
dare praesumat [b].

---

49 : $JL^1L^2MP^{10}$.

50 : $JL^2MP^1P^{10}$. [P^4 *ann.* 1190] [a] nec in posterum propter abbreviationem et restrictionem notarum contingat... *J*.

51 : JL^1P^1.

52 : $JL^2MP^1P^{10}$.

53 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$.

54 : JL^1P^1.

55 : JL^1P^1.

56 : $JL^2MP^1P^{10}$.

57 : $JL^2MP^1P^{10}$.

58 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$.

59 : $HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$.

60 : $JL^2MP^1P^4P^{10}$.

61 : $HJL^1P^1P^4$. [a] Qui domo propria causa potionum beati Remacli sunt egressi, ad eam de cetero non revertantur. Hoc idem dicimus de his qui vadunt in preregrinationem sanctorum, vel pro calidis balneis exeunt. Nullus abbas... HL^1. [b] Nulli de Ordine nostro detur licentia eundi ad... aquas calidas vel potiones vel alicubi peregrinando ; qui sine licentia fecit ad domum de qua exiit non revertatur : P^4. Cf. ann. 1189, nº 17.

62 Districte praecipitur ut abbates ad Capitulum generale nonnisi unum garcionem... etc. *ut ann. 1189, n° 4.*

63 In festo sancti Thomae Cantuariensis [a] fiant duae missae ita ut matutinalis sit de Nativitate Domini, illa scilicet quae intermittebatur.

64 Abbas de Sinaca [a] [1] qui de dimittenda abbatia sua misericordiam petit, misericordiam in praesenti consequatur, et sicut petit, [b] fiat ei.

65 Conversi in villis... etc. *ut ann. 1189, n° 19.*

66 Abbares missuri ad curiam domini Papae... etc. *ut ann. 1189, n° 22.*

67 Nulli abbatum liceat... etc. *ut ann. 1189, n° 23.*

68 Qui habuit in quibuslibet mobilibus penes se repositum... etc. *ut ann. 1189, n° 24.*

69 Monachi qui per se vel alios... etc. *ut ann. 1189, n° 25.*

70 In vigilia sancti Iacobi... etc. *ut ann. 1189, n° 26.*

71 Abbas prior, cellerarius, qui in coquina... etc. *ut ann. 1189, n° 27.*

72 Nulla domus Ordinis nostri de cetero in villa... etc. *ut ann. 1189, n° 11.*

73 De ingressu mulierum in domos nostras teneatur ut olim.

74 Similiter de fugitivis ad Ordinem redeuntibus.

75 Horae beatae Mariae omni tempore dicentur in infirmitorio praeterquam in festis beatae Mariae et octavas Assumptionis et die Natalis Domini et Paschae et Pentecostes. Similiter qui

---

62 : *$HJL^1L^2MP^1P^{10}$*. [a] *apud JMP^1P^{10} non legitur* : conventus... non bibat nisi aquam ; *sed* : conversus abbatis illius, qui hoc fecerit, non bibat... praeter aquam. *Ita etiam H*, 1195.
63 : *$JL^2MP^1P^4P^{10}$*. [a] episcopi : *P^{10}*.
64 : *JM*. [a] Sinanqua : *J*. [b] petiit : *J*.
65 : *L^1*.
66 : *L^1*.
67 : *L^1*.
68 : L^1.
69 : *L^1* ; *P^4 qui triennii notat sanctionem, non vero biennii, ut alibi.*
70 : *L^1P^4*.
71 : *L^1*.
72 : *L^1*.
73 : *P^3T^3*.
74 : *P^3T^3*.
75 : *P^3T^3*. (cf. infra 1194, n° 1).

---

[1] Sénanque, in dioec. Avenionensi. *OC.* 112.

extra terminos erunt, praeterquam in conventu, facient quando voluerint.

Monachi et conversi Ordinis nostri qui teste conscientia propter terminum prolongandum solutionis carius vendunt et qui id vilius emunt ut carius vendant, praeter animalia [a], et qui pravitates celant in rebus suis quas venales proponunt, non communicent donec confiteantur proprio abbati et ad eius arbitrium satisfaciant. Abbas autem provideat ut qui moram fecerint in nundinis ultra tres dies, quamdiu ibi fuerint, sint in pane et aqua. **76**

Monachus vel conversus qui minatur ignem vel homicidium ad domum remotam remittatur nonnisi per generale Capitulum reversusrus. **77**

Lapides in claustris suppositi mortuis solo aequentur. **78**

Nullus abbas nullum monachum vel conversum mittat de domo ad domum, vel de provincia ad provinciam nisi pro inevitabili paupertate vel pro inevitabili causa. **79**

Novitii qui in probatione leprosi inveniuntur de iure emitti possunt, sed de misericordia eis provideri potest in habitu saeculari. **80**

In conventu non detur vinum nisi aquatum ad arbitrium proprii abbatis. **81**

Monachus vel conversus qui communes litteras accipiunt, sine habitu emittantur. **82**

Quoties conventus moratur in grangia, nihilominus ordo per omnia teneatur ab his qui remanent in abbatia. **83**

Abbates benedicendi nihil dent pro benedictionibus suis quia [a] [simoniacum [b] est. Imo potius a benedictionibus abstineant vel differant.] **84**

Liber Usuum ad collationem amplius non legatur. **85**

---

76 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 3,5). [a] aliena : T^3.
77 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 4).
78 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 7).
79 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 60).
80 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 6).
81 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 11).
82 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 4).
83 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 61 ; supra 1185, n° 29).
84 : P^3T^3 (cf. infra 1194, n° 62). [a] quia... : *sic finitur pagina codicis D^3 (ann.* 1194*) et alii codices eiusdem familiae, ut* P^3T^3. [b] simoniacum... etc : *ex H, fol.* 91*b*, ann. 1185, n° 35.
85 : P^4. Cf. ann. 1188, n° 10.

86 Quarto idus septembris in territorio Bisuntino, monasterio Bonaevallis, sancti Petri episcopi et confessoris ; agendum est sicut de beato Nicolao.

87 De sancto Martiali limovicensi episcopo agatur commemoratio in die commemorationis sancti Pauli ; collecta : *Deus qui beatum Martialem pontificem.*

88 Nulli abbati... etc. *ut ann. 1189, nº 23.*

89 Praeceptum est de abbatibus Hispaniae... etc. *ut ann. 1189, nº 27 ; 1192, nº 13.*

90 De aedificando in hunc modum sententia temperata : cum testimonio officialium suorum et patris abbatis vel visitatoris unde possint debitum suum aequitare et ad unum annum sumptus necessarios providere liceat ei aedificare sine transgressione sententiae quae data est de non aedificando. Similiter abbates ad quos de iure fundus alicuius terrae pertinere dignoscitur ipsam sine culpa de non emendo possunt redigere proprietatem.

91 Prohibitur equitatio cum abbatissis et monialibus et mulieribus una die vel plus ; abbas vel monachus huius sententiae transgressor tribus diebus sit in levi culpa. Haec... (*locus vacuus*) qui sic vel in equitatione vel in notabili saecularium conturbernio peccaverunt ; qui vero deinceps hoc fecerint gravi culpae subiaceant.

92 Hostiae fiant de frumento puro et [non] de farina empta.

1192

1 Nonis novembris in territorio Lingonensi, monasterio Clarevallensi, sancti Malachiae episcopi et confessoris officium sicut in festo sancti Nicolai plenarie agatur.

2 Quarto Idus semptembris in territorio Bisuntinensi monaste-

---

86 : *P*4 (cf. infra 1192, nº 2).
87 : *P*4 (cf. infra 1192, nº 5.)
88 : *P*4.
89 : *P*4.
90 : *P*4 Cf. ann. 1182, nº 9 ; 1188, nº 11 ; 1189, nº 24 ; 1190, nº 1 : 1192, nº 4.
91 : *P*4 (cf. infra 1192, nº 6).
92 : *P*4 (cf. intra 1192, nº 9).
1 : *JL*1*P*1 cf. ann. 1191, nº 60.
2 : *JL*1*MP*1 cf. ann. 1191, nº 86. [a] Tarentasiensis : *deest JP*1.

rio Bellaevallis, sancti Petri Tarentasiensis[a] episcopi et confessoris officium sicut in festo beati Malachiae.

Nulli abbati [a] de cetero alicui personae quotidianam missam concedere, vel annualem, nisi de licentia Capituli generalis. 3

Quia de non aedificando vel non emendo [1] multi nostrum se esse gravatos asserunt, minus plene forsitan eamdem in qua hoc ipsum continetur sententiam intelligentes, ipsam praecipimus amodo in hunc modum universaliter intelligi, ut qui habuerit penes se in quibuslibet mobilibus repositum unde se sub testimonio officialium suorum et cognitione patris abbatis vel visitatoris aquitare valeat et sumptus per annum sibi necessarios providere, sub culpa de non aedificando nullatenus teneatur. Similiter abbates illi ad quos de iure alicuius terrae fundus pertinere dignoscitur, ipsam sine culpa de non emendo in suam [a] potest redigere proprietatem. 4

Commemoratio sancti [a] Martialis Lemovicencis episcopi et confessoris fiat die natalis ipsius cum [b] collecta *Deus qui beatum Martialem* [c]. 5

Abbates de Hispania qui cum abbatissis vel monialibus ibi [a] uno die vel eo amplius equitarint [b], tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Similiter praecipimus de monachis. Conversi vero pro tali culpa tribus diebus sint in pane et aqua. De cetero huiusmodi notabiles cohabitationes et privata contubernia perpetua prohibitione interdicimus ut qui hoc de cetero transgressus fuerit, gravi poena puniatur. 6

Incisi secundum institutionem Capituli generalis de domo propria emittantur [2]. 7

Comitissae Flandriae [3] conceditur quatenus [a], auditu obitu suo, ab unoquoque sacerdote tres missae generaliter celebrentur. 8

---

3 : *JP*¹. c . ann. 1189, nº 23. [a] abbatum : *J*.
4 : *JP*¹. [a] suae domus : *J*.
5 : *JL*¹*P*¹. cf. ann. 1191, nº 87.
[a] beati : *J*. [b] cum : *deest P*¹ ; cum collata... etc.: *deest L*¹. [c] *P*¹ *add.* : s[an]c[t]orum t[uorum] m[eritis] coe[quasti].
6 : *JL*¹*P*¹. *cf. ann.* 1191, nº 91. [a] ibi : *deest J*. [b] equitaverunt : *J*.
7 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰.
8 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] ut ubicumque a nostris : *J* ; quod : *W*.

---

[1] Cf. statutum de non aedificando et de non emendo, ann. 1188, nº 10 ; 1190, nº 1 ; 1191, nº 90.
[2] Cf. ann. 1175, nº 45 ; 1185, nº 32 ; 1189, nº 32.
[3] Marguarita de Alsatia † 1194.

9 Hostiae non fiant nisi de puro frumento [a].

10 Antecessoribus et amicis carthuciensibus, episcopis, et omnibus aliis pro quibus rogati sumus et ad praesens Capitulum suas eleemosynas transmiserunt, conceditur una missa supra viginti ; collecta : *Fidelium Deus* [a]. Similiter Guillelmo, quondam domino de Bello-videre [b], tres missae supra iam dictum numerum conceduntur. Collecta [c] *Inclina, Domine, famulorum famularumque.*

11 In vigilia sancti Jacobi et sancti Bartholomaei, et sextis feriis quibus saeculares ieiunant, nostri qui foris sunt[a] comedunt, non coguntur bis comedere. Qui vero in abbatiis sunt, antiquam consuetudinem ubique communiter observent [1].

12 Abbatiae Sancti-Sergii Andegavensis [2] et Sanctae-Fidis de Conches[3] et de Lira[4] in commemoratione familiarium nostrorum cum ceteris annotentur [a].

13 De abbatibus Hispaniae et aliis qui in culpa simili detinentur, videlicet quod in abbatiis eorum ministri saeculares serviunt in coquina et infirmitorio monachorum et conversorum, praecipimus quod [a] tribus diebus sint in levi culpa, et si a modo simile sustinuerint, abbas eiusdem domus, prior et cellerarii, omni sexta feria ieiunent in pane et aqua, quamdiu apud eos eadem culpa duraverit.

14 Monachi [a] qui abbates suos per se vel per alios inquietant ut promoveantur ad ordines, a die qua hoc fecerint, usque ad biennium non ordinentur, nisi forte promoti fuerint in abbates [5].

15 Abbates qui hospitibus, in feria sexta caseum et ova apposue-

---

9 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] *L*[1] *add.* : et non de farina empta. Cf. ann. 1191, n° 92.

10 : *JL*[1]*P*[1]. [a] collecta Fidelium Deus : *deest J.* [b] Bellovado : *L*[1]. [c] collecta Inclina pluraliter : *J.*

11 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] sunt : *deest J.*

12 : *JL*[1]*P*[1]. [a] *hoc statutum uniendum videtur cum N° 10, ut legitur apud L*[1].

13 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] eos tribus diebus esse in levi culpa : *J.*

14 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] *hoc decretum crasso lineamento subnotat J.*

15 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. cf. ann. 1191, n° 38.

---

[1] Cf. ann. 1189, n° 26 ; 1191, n° 70.

[2] Abbatia benedictinorum *TB.* t. I, 2774.

[3] Sancta Fides de Conques, abbatia benedictinorum, in dioec. Ruthenensi. *TB.* t. I, 775.

[4] Abbatia benedictinorum in dioec. Ebroicensi. *TB.* II, 1705.

[5] Cf. ann. 1189, n° 25 ; 1191, n° 69.

runt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Qui vero de cetero praesumpserint, omnibus diebus quibus hoc fecerint, ieiunent in pane et aqua [1].

In abbatiis Angliae, in quibus conversi contra instituta Capi- **16**
tuli generalis cervisiam bibunt et incorrigibiles perseverant, quamdiu apud eos huiusmodi culpa duraverit, nullus conversus recipiatur. Abbates vero qui eiusmodi transgressiones relinquunt incorrectas, poenam quae a generali Capitulo super hoc instituta agnoscitur puniantur [a].

Dominus episcopus de Brunnac [2], qui a die promotionis suae, **17**
Capitulum noluit visitare, per litteras evocetur ut ad sequens Capitulum veniat, et hoc ei per abbatem Sancti-Andreae [3] nuncietur.

Negotium abbatum de Biduart [4] et de Basinguer [5] committitur **18**
abbatibus Claraevallis et Savigniaci [a].

De conversis Quinciaci [6] qui in eadem domo tumultum exci- **19**
taverunt, committitur domino abbati de Pontigniaco [a] ut ad locum ipsum veniens de facto illo diligenter inquirat et digne secundum modum culpae corripiat et castiget [b].

Magister grangiae de Villa-sicca qui abbates ad generale Capi- **20**
tulum venientes satis indigne recepit, in Claram-vallem veniat, et in capitulo conversorum verberetur et de cetero stet ad arbitrium domini abbatis Claraevallis et ibi sit per annum.

---

16 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] *Brevius apud L¹* : Non liceat conversis secundum Instituta capituli generalis cervisiam bibere, sive in grangiis, sive etiam in abbatiis, et ea de causa puniuntur et abbates et conversi de Anglia. cf. ann. 1184, nº 15 ; 1185, nº 9, 10 ; 1186, nº 10 ; 1190, nº 21.

17 : *LJ¹L²MP¹P¹⁰*.

18 : *JL¹P¹*. [a] Negotium aliquod committitur abbatibus... : *L¹*.

19 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Pontigniaci : *J*. [b] Conversi Quintiaci propter tumultum excitatum committuntur domino abbati Pontiniaci corrigendi : *L¹*.

20 : *JL¹P¹*.

---

[1] Cf. ann. 1186, nº 3.

[2] Nullibi reperitur tale verbum, et solus in hisce annis cisterciensis episcopus cui diffinitio praesens videtur competere est Bonus, monachus de Sancto-Galgano in Tuscia et Senensis episcopus consecratus anno 1189. † 1215. Ad eum deputatus est a Capitulo generali Abbas de Sancto-Andrea in Sexto. Cf. *SE* 752. *HC*. I, 446. Ughelli. *Italia sacra*. III, 552.

[3] S. Andreas de Sexto in Liguria, *OC*. 22.

[4] Seu Bildwas, in dioec. Cestriensi, in Anglia. *OC*. 102.

[5] Seu Basingwerk, in dioec. Assanensi in Wallia. *OC*. 99.

[6] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.

21 Abbas de Furneis [1] qui, cum obligatus esset debito quinquaginta marcarum, terras emit, et supra aliis excessibus accusatur, eat in Clarem-vallem et ibi stet ad arbitrium domini abbatis Claraevallis.

22 Abbas de Gardo [2] in Claramvallem veniat, et ibi stet ad arbitrium domini abbatis Claraevallis. Quod si [a] infirmitas eius non permiserit eum eum venire, nihilominus ad arbitrium domini [b] abbatis Claraevallis se habeat in loco illo ubi in infirmitate tenetur.

23 Dormitorium Longi-Pontis [3] infra triennium ad formam Ordinis redigatur [a] non obstante sententia quae de non aedificando et debitis [b] continetur. Abbas autem Longi-pontis qui contra formam et consuetudinem Ordinis huiusmodi aedificium construxit, quadraginta diebus extra stallum [c] suum sit et sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Quod si forte intra hoc triennium factum non fuerit, nullus ex tunc et in reliquum in eo dormiat, et abbas in sequenti Capitulo super hoc veniat petat.

24 Abbas Vallis-honestae[4] qui contra prohibitionem Capituli mutuo accepit ad usuram, sententiae quae super hoc scripta est, subiaceat.

25 Abbas de Joyaco, [5] provideat quatenus in abbatia sua quae dicitur Risusagni [a6] usque ad sequens Capitulum duodecim monachi cum abbate proprio ita honeste et convenienter ordinentur, ut de cetero querela super hoc nullatenus audiatur; alioquin noverit locum illum alterius iurisdictioni et [b] sine contradictione aliqua resignandum.

26 Gaufridus Percesac conversus Pontigniaci [a] qui anno praeterito

---

21 : *JP*¹.
22 : *JL*¹*P*¹. [a] quod si... : *deest L*¹. [b] dicti domini : *J*.
23 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] dirigatur : *P*¹⁰. [b] lata est : *J*. [c] dignitatis suae : *J*.
24 : *JL*¹*P*¹.
25 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Carbus-blanc : L¹. [b] et filiationi absque aliqua : *J*.
26 : *JP*¹. [a] Pontiniaci : *P*¹.

---

[1] Furnesium, Furness Abbey, in dioec. Eboracensi, in Anglia. *OC.* 97.
[2] In dioec. Ambianensi in Picardia. *OC.* 59.
[3] Longpont, in Picardia. *OC.* 22.
[4] Alias Fernières ; in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC.* 169.
[5] Jouy, in dioec. Senonensi. *OC.* 12.
[6] Alias Bonus Locus, seu Carbon-blanc, in dioec. Burdigalensi. *OC.* 64.

tumultum apud Quinciacum [1] concitavit, Claramvallem veniat, ibi mansurus per annum et semel [b] in capitulo verberetur.

Abbas de Fontanis, [2] antequam domum suam ingrediatur [a], 27
ad dominum Eboracensem [3] tanquam ad dominum patrem suum humiliter accedat, et [b] tanquam proprio pastori debitam reverentiam exhibeat et honorem, veniam petiturus de offensa.

Quia vero a generali Capitulo hoc ipsum ei alia vice iniungen- 28
dum est, et contempsit, sex diebus sit [a] in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum [b].

Abbas de Mellifonte [4] qui visitatorem Domini abbatis Clarae- 29
vallensis recipere noluit, sed inhoneste tractavit, et nepotem abbatem sine conscientia patris abbatis deposuit et alium loco ejus substituit, et qui super multis aliis excessibus accusatus est et non negavit, usque ad Pascha in Claravalle extra stallum maneat, suspensus ab omni officio abbatis, et de cetero domini abbatis Claraevallis obediat dispositioni.

Abbas Septem-Fontium [5] qui infantem baptizavit, et pro tali 30
culpa usque ad praesens Capitulum omni sexta feria ieiunavit, nec celebravit divina, ab huiusmodi poenitentia absolvitur, sed quia sententiam a Capitulo super hoc constitutam [a] adhuc plenarie non [b] perfecit, usque [c] ad Nativitatem Domini maneat extra stallum abbatis.

Dominus abbas Claraevallis qui apud Vaucellas [a] [6] visitationis 31
gratia constitutus, quosdam excessus ibi non correxit et praecipue aedificium ecclesiae quod sumptuosum nimis est et superfluum, et [b] multos scandalizavit, tribus diebus sit in levi culpa ;

---

[b] semel tantum : *J*.

27 : *JP*[1]. [a] suam ingrediatur domum : *J*. [b] eique : *J*.

28 : *JP*[1]. *Uniendum est hoc statutum cum praecedenti.* [a] declaratur : *J*. [b] *J add.* : suum maneat.

29 : *JL*[1]*P*[1].

30 : *JL*[1]*P*[1]. [a] latam : *J*. [b] facto adhuc plene non : *J*. [c] propterea usque : *J*.

31 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] Valcellas : *JW*. [b] et qua occasione multi scandalizantur : *J*.

---

[1] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.

[2] Fontes, in dioec. et comitatu Eboracensi, in anglia. *OC*. 37.

[3] Geofridus Plantagenet, Eboracensis episcopus. 1191-1212. Gams. *SE*, 201.

[4] Prima et nobilissima abbatia cisterciensis in Hibernia, in dioec. Armachana *OC*. 70.

[5] Sept-Fons, in dioec. Molinensi. *OC*. 25.

[6] Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC*. 24.

iniungitur ei etiam quatenus ascitis sibi abbatibus de Fusneio [1] et de Ursicampo [2], ad locum accedat nominatum [c], et sic [d] emendare [e] quod circa aedificium illud male et contra Ordinis simplicitatem actum est, ut [f] qui audierint [g] similia de cetero [h] non praesumant [i].

32 Abbas de Savigneio [a] [3] qui monachum peregre profectum et transfretaverat [b] contra Ordinis instituta recepit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et eumdem monachum in aliam domum remittat, de cetero nullatenus reversurum.

33 Querela quae vertitur inter abbates Trium-Fontium [4] et de Chiminum [a] [5] committitur quatuor abbatibus de Chaladia [b] [6], de Monasterio [7], de Altofonte [8], et de Aureavalle [9], compositione vel iudicio terminanda, et auctoritate Capituli praecipitur ut quod diffinitum fuerit firmum et stabile perpetuo [c] habeatur.

34 Querela quam proposuit dominus rex Daniae et Norvegiae, contra abbatiam de Alberconen [10], abbatibus de Blancha Landa [11], et de Tractus [12] committitur, compositione vel iudicio terminanda.

35 Abbati de Firmitate iniungitur de revocatione monachorum Vallis-Magnae [13], si honori [a] Ordinis et paci domus viderit expedire.

36 Abbas de Scala-Dei [14], qui abbatem de Sacra-moenia [15] remisit

---

[c] praenominatum : *J.* [d] atque ita : *J.* [e] studeat id quod circa aedificium : *J.* [f] adeo ut : *J.* [g] *J add.* : narrationem. [h] in posterum : *J.* [i] *J add.* : agere.

32 : *JP*¹. [a] Savigniaco : *J.* [b] transfretatum : *J.*

33 : *JP*¹. [a] Chimenone : *J.* [b] Caladia : *J.* [c] perpetuo: *deest apud J.*

34 : *JP*¹.

35 : *JL*¹*P*¹. [a] ad honorem : *L*¹.

36 : *JP*¹.

---

1. Foigny, in dioec. Laudunensi, in Picardia. *OC.* 10.
2. Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC.* 17.
3. Savigny, un Normannia. *OC.* 95.
4. In dioec. Catalaunensi. *OC.* 6.
5. Cheminon, in Campania gallica, dioec. Catalaunensi. *OC.* 49.
6. La Chaladė, in dioec. Virdunensi, in Lotharingia. *OC.* 14.
7. Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC.* 79.
8. Haute-Fontaine, in dioec. Catalaunensi, in Campania. *OC.* 41.
9. Orval, in dioec. Trevirensi, hod. Namurcensi. *OC.* 13.
10. Aberconway, in Wallia septentrionali. *OC.* 187.
11. Albalanda, Whiteland, in dioec. Menevensi, in Wallia. *OC.* 61.
12. Albus-Tractus, in comitatu et dioec. Corcagiensi in Hibernia ; sed Janauschek, *OC*, 227 huius monasterii fundationem anno tant. 1225 assignat.
13. S. M. de Valmagne, in Languedocio. *OC.* 138.
14. L'Escale-Dieu, in Vasconia. *OC.* 47.
15. In Castella-Veteri et dioec. Segoviensi. *OC.* 67.

ad domum suam inordinate, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Quaestio quae vertitur inter abbates de Hervikesode [a] [1] et 37
de Tinterna[2], et in praesenti Capitulo multoties est audita, abbatibus de Eleemosyna [3], et de Qarreira [b] [4] committitur compositione vel iudicio terminanda. Quod si ad sequens [c] Capitulum cum authenticis et instrumentis suis ita sufficienter instructa veniat ut pro qualitate negotii plenam possint et sufficientem sententiam reportare.

Quaestio quae vertitur inter abbates de Cumbremar [5] et de 38
Miravalle [6] super quibusdam pasturis eorum terminata est in hunc modum quod ipsae pasturae aequaliter per medium dividentur, et utraque abbatia medietatem earum a parte sua pacifice de cetero possidebit [a]. Quia vero illi de Miravalle maioris quantitate pretii pasturas illas noscuntur emisse quam alii, decrevimus quod illi de Cumbremar domino de Miravalle 25 marchas [b] argenti resignabunt. Huius mandati executio committitur abbatibus de Biduar [7] et de Bordislée [8] ita sane quod auctoritate Capituli generalis abbatibus de Cumbremar et de Miravalle iniungitur quicumque si in aliquo huic mandato duxerint obviare, extra stallum sint et missam non celebrent, nisi pro novitio benedicendo, usquedum ad generale Capitulum veniant, et suam culpam ibi plenius recognoscant. Monachi vel conversi qui in [c] simili culpa fuerint deprehensi, de domo propria penitus expellantur, non nisi per generale Capitulum ad eas de cetero reversuri.

Abbas Novaevallis [9] in Suetia qui iam multis annis venire 39

37 : *JP*¹. [a] Heoniquesode : *J*. [b] Carreira : *J*. [c] usque ad proximum sequens : *J*.

38 : *JP*¹. [a] *J add.* : in posterum. [b] marcas : *J*. [c] eadem contradictionis culpa : *J*.

39 : *JL*¹*P*¹.

[1] Inaudita forma pro Kingeswoda, Tinternae filia, in dioec. Glocestriensi *OC*. 58.

[2] Tinterna Maior, in episcopatu Herefordiensi et comitatu Monmuthiae in Anglia. *OC*. 19.

[3] L'Aumône, in dioec. Carnotensi in Gallia. OC. 10

[4] Quarr-Abbey, in Vecta insula. *OC*. 99.

[5] Cumbermera, in comitatu Cestriae in Anglia. *OC*. 100.

[6] Mereval, in dioec. Wigorniensi in Anglia. *OC*. 114.

[7] Bildewas, in dioec. Cestriensi in Anglia. *OC*. 102.

[8] Bordesley, in dioec. et comitatu Wigorniensi in Anglia. *OC*. 53.

[9] Nydala, ad lacum Rusken vocatum, in dioec. Lincopensi in Suecia. *OC*. 74.

comtempsit ad Capitulum, usque ad Pentecosten ad [a] Claramvallem veniat ; ibidem ad domini Claraevallensis arbitrium super eo [b] et aliis quibusdam quae in eum dicuntur satisfacturus [c]. Si vero venire contempserit, a sede et officio abbatis privetur, donec se generali Capitulo repraesentet.

40 Abbates autem de Esrom [1] et de Vernam [2] hoc ipsum illi denuntient [a].

41 Pro evocando Joachim[3] dudum abbate et Rainerio monacho, a generali Capitulo litterae dirigantur. Si vero usque ad festum sancti Joannis-Baptistae venire [a] contempserint, omnes abbates et fratres Ordinis nostri eos ut fugitivos devitent. Hoc autem illis [b] denuntiet aliquis ad domini papae curiam dirigendus.

42 Abbas Insulae[4] qui generali Capitulo fuit inobediens de querela quae inter eum et abbatem [a] Monasterii in Argona [5] vertebatur, quercus clx iuxta primum Capituli praeceptum fratribus [b] Monasterii in Argona usque ad festum Omnium Sanctorum ex integro et in pace [c] persolvat. Pro contemptu autem abbas[d], quadraginta diebus sit extra stallum suum [e], sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Prior vero, subprior et cellerarius tribus diebus sint in [f] levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Si vero [g] de cetero contradixerint, Morimundum veniant, et ibi a suis officiis deponantur. Quod si conventus contraire praesumpserit, quod absit, divina ibidem usquedum Capitulo[h] satisfaciant nullatenus celebrentur.

43 Prior de Balerna [6] qui sine consilio abbatis sui dedit viginti quinque libras, in Claramvallem veniat usque ad [a] festum sancti

---

[a] in : *L*¹. [b] hoc : *J*. [c] super hoc et aliis satisfacturus ; et nolens obedire a sede et officio abbatis privetur : *L*¹.

40 : *JP*¹. [a] illud ipsum illi annuntient : *J*.

41 : *JL*¹*MP*¹. [a] Cistercium : *JL*¹. [b] et illis : *P*¹.

42 : *JL*¹*P*¹. [a] abbatem de Argona : *J*. [b] fratribus de Argona : *J*. [c] *J add.* : bona. [d] abbas : *deest J*. [e] abbatiale : *J*. [f] levi culpae subiaceant : *J*. [g] Si vero.. celebrentur : *deest apud L*¹. [h] generali : *J*.

43 : *JL*¹*P*¹. [a] intra festum : *J*.

---

[1] In dioec. Roschildensi in Dania *OC*. 136.

[2] Seu Varnhem, in dioec. Scarensi, in Suecia. *OC*. 120.

[3] B. Johannes Joachimus, secundus abbas de Curatio (Corazzo) in Calabria, qui fuit propheta et Congregationis Florensis institutor, † 1202. *BB*. t. I, 2637.

[4] L'Isle-Dieu, in dioec. Lucionensi. *OC*. 166.

[5] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 79. Cf. ann. 1190, nº 26.

[6] Balerne, in comitatu Burgundiae, dioec. S. Claudii. *OC*. 41.

Remigii, et ibi stet ad praeceptum domini Claraevallis abbatis, et hoc illi denuntiet [b] abbas Bullionis [1].

Abbates Bergensis [2] et Aquaebellae [3], et alii [a] abbates qui hoc 44
anno non visitaverunt filias suas, sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Episcopo Eliensi [a4] scribatur quatenus [b] libertatem Ordinis 45
nostri diligat, et a suis et ab aliorum pressuris custodiat et defendat ; abbati de Fontanis [5] committitur istud mandatum exequendum.

Abbas Bonaevallis [6] in Hispania, qui non venit ad Capitulum 46
suo [a] anno, nec litteras misit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Dominus Cistercii et dominus Claraevallis ad dominum Re- 47
mensem archiepiscopum [7] et comitissam Flandriae [a] [8] vadant pro Morimundo et pro abbatia Fusnei [9] et aliis [b] quas Nicolaus de Rumilleio [c] vastat et [d] aliis incommodis Ordinis nostri, vel [e] tales mittant abbates qui ad hoc [f] diligenter exequendum idonei videantur. Scribatur [g] autem propter id a Capitulo praenominatis [h] personis.

Abbas Novi-castelli [a10] et abbas de Mullebrun [b11] ex parte Capi- 48
tuli ad comitem Ottonem [c] vadant in instanti pro abbatiis quae

---

[b] denuntient : *P*[1].
44 : *JL*[1]*P*[1]. [a] aliique : *J*.
45 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Cliensi : P[1]. [b] ut : *J*.
46 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] hoc : *M*.
47 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[3]*P*[10]*W*. [a] flandrensem : *L*[1]*MP*[3]. [b] aliisque : *J*. [c] Rumilleco : *W*. [d] proque : *J*. [e] ut : *L*[1]. [f] qui hoc exequentur : *J*. [g] Illius porro negocii gratia scribatur a Capitulo praedictis presonis : *J*. [h] praenotatis : *L*[1].
48 : *JP*[1]. [a] Novi-Castri : *J*. [b] Mullebrunensis : *J*. [c] Otthonem pergant statim : *J*.

---

[1] Billon, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 110.
[2] Altenberg, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.
[3] Aiguebelle, in dioec. Valentina, in Delphinatu. *OC*. 47.
[4] Guillelmus Longchamp, episcopus Eliensis, in Anglia, 1189-1197. Gams, *SE*. 188.
[5] Fountains, clarissima abbatia in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[6] Bonaval, in Nova Castella. *OC*. 152.
[7] Guillelmus de Campania, arch. remensis, 1176-1202. Gams. *SE*. 608.
[8] Marguarita de Alsatia, 1194.
[9] Foigny, in dioec. Laudunensi. OC. 10.
[10] Seu Novum-Castrum, Neubourg, in Alsatia inferiori. *OC*. 18.
[11] Mulbrunnum, Maulbronn, in antiqua dioec. Spirensi. *OC*. 57.

in dioecesi Bisuntinea sunt et a Rainaldo praeposito vastantur [d], ei supplicaturi. Litterae autem a Capitulo super hoc [e] eidem principi dirigantur [f].

49 Querela de Dalone [1] et de Petrosa [2], abbates Gratiae-Dei [3] et de Palatio [4] omni occasione postposita usque [a] ad sequens Capitulum compositione vel iudicio decidant.

50 Quoniam mulieres intraverunt in Bellamvallem [5] in festo sancti Petri [6], abbas tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; conventus vero uno die sit in pane et aqua, et privatam accipiant singuli disciplinam.

51 Abbas Rigniaci [a] [7], qui suos officiales non retinuit [b] ne contra sententiam Capituli facerent emptionem, quadraginta diebus sit extra stallum suum, sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

52 Officiales vero, quia minus acuti fuerunt agnoscere [a] Capituli decreta, usque ad pascha omni sexta feria sint in pane et aqua.

53 Conversus de Prato [8] qui mensam magni altaris movit [a] de loco suo [b], ut ecclesia iterum dedicaretur in alio tempore, et monachus cuius verbo hoc fecit, a domo propria non reversuri in perpetuum in aliam mittantur, et tribus diebus sint in gravi culpa et ultimi sint semper et uno [c] anno omni sexta feria ieiunent in pane et aqua. Monachus non celebret per annum, et conversus non communicet, nisi in periculo mortis, similiter per annum. Ecclesia vero in eadem Kalenda [d] rededicetur qua [e] prius fuit [f]

---

[d] vastatis, eidem comiti : *J*. [e] super hac re : *J*. [f] dentur : *J*.

49 : *JP¹*. [a] intra sequens : *J*.

50 : *D³JL¹L²MP¹P¹⁰*.

51 : *JL¹MP¹P³*. [a] Reigniaci : *J* ; Raigniaci : *M*. [b] redemit : *P¹P³*.

52 : *JL¹MP¹P³*. [a] cognoscere : *P³*.

53 : *D³JL¹L²P³P¹*. [a] omnino : *D³MP³*. [b] de loco suo : *deest J*. [c] uno : *deest JL¹P¹*. [d] die : *J*. [e] quia : *P¹*. [f] fuerat : *D³J*.

---

[1] Dalon, in dioec. Tutelensi. *OC*. 147.

[2] La Peyrouse, in dioec. Petragoricensi, in Gallia. *OC*. 134.

[3] In Burgundia et dioec. Bisuntinensi. *OC*. 57

[4] Palatium B. M., Palais Notre-Dame, in pago Bituricensi et dioec. Lemovicensi. *OC*. 150.

[5] Bellevaux, in comitatu Burgundiae et dioec. Bisuntinensi; ibi mortuus fuerat et sepultus sanctus Petrus Tarentasiensis. *OC*. 8.

[6] S. Petrus archiep. Tarentasiensis, olim abbas Stamedii, † 1174. Gams. *SE*. 829 ; *BB*. *II*, 3749.

[7] Rigny, in dioec. Senonensi. *OC*. 15.

[8] Sive Bellum-Pratum, in dioec. Bellovacensi, sive Pratrum-Benedictum, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 38, 149.

dedicata, ita sane ut fiat hoc secretissime, et quicquid dedicationis gratia ibidem oblatum fuerit, ad Capitulum ex integro reportetur.

Abbas de Crista [1] qui matrem suam visitare [a] contempsit, et priorem Morimundi appellavit ante faciem Dei, usque ad adventum Domini [b] sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Querela[c] vero quae inter Cristenses et Morimundum vertitur, abbatibus Cari-loci [2], Longi[vadi][3] et Belliloci [4] committitur irrefragabiliter terminanda. 54

Abbas Sequanae-Portus [5] quia [a] mulieres intraverunt domum eius, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 55

Si data nobis fuerit eleemosyna....etc. *ut ann. 1190, nº 78.* 56

Abstinentia sextae feriae in quadragesima sic teneatur sicut pridem statutum est, ita sane ut si quae facienda est indulgentia, nec pro festo, nec pro alia occasione plus quam tribus feriis [a] usque fiat ab aliquo per totam quadragesimam. 57

De his quae fugitivi furtim attulerint opere mercenario restituendis, sententia sic temperatur ut in providentia abbatis et fratrum sanioris consilii sit, servato vigore tamen Ordinis et meritis personarum. 58

Monachus vel conversus qui per inquietationem suam licentiam extorserit quocumque ire sine utilitate domus, quod fieri non licet, sicut pridem preceptum est in Capitulo generali, non bibat nisi aquam donec ad propria revertatur. 59

Non bibant nisi aquam qui de inquietudine sua equitant ad parentes. 60

— *Nota quod codices P³T³ anno 1192 tribuunt statuta 34 quae in plerisque aliis fontibus nostris ann. 1195 leguntur. Ideo sub ann. 1195 (nº 4, 6, 9 ad 42) haec invenies statuta cum notis.*

---

54 : *D³JL¹MP¹*. [a] adire : *J*. [b] apud Morimundum : *J*. [c] querela... terminanda : *deest D³L¹M*.

55 : *D³JL¹MP¹P¹⁰*. [a] quod : *D³*.

56 : *D³L¹P⁴*.

57 : *L¹P⁴*. *Aliter apud D³* : Tres sextae feriae semper observentur in quadragesima, sine misericordia, non obstante alicuius sancti festo. *Cf. ann.* 1190. nº 79. [a] diebus infra XL[am] per aliquem fiat usquam : *P⁴*.

58 : *P⁴* ; *codices D³L¹ textum referunt ut supra ann.* 1190, nº 80.

59 : *P⁴*. *cf. ann.* 1193, nº 10 : 1195, *nº* 16.

60 : *D³*. *cf.* 1190, nº 81.

---

[1] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC*. 10.

[2] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.

[3] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.

[4] Beaulieu-en-Bassigny, in dioec. Lingonensi. *OC*. 160.

[5] Alias Barbellum, Barbeaux, in dioec. Meldensi. *OC*. 111.

1193

1 De visitatoribus et visitandis quaestio habita est in generali Capitulo in eo praecipue quod forma [a] super hoc facta [b], necessarie ut scripta est, observetur [c]. Auctoritate [d] Capituli generalis districte visitatoribus praecipitur et visitandis quatenus [e] a forma a praedecessoribus nostris posita [f] nullatenus [g] ab aliquo devietur, illud praecipue admonentes ut visitatores, qui forma gregis esse debent, cautius agant, et in victualibus parcius sibi faciant ministrari, nec de facili [h] in infirmitoriis ingrediantur, ne discipulorum animi qui de praesentia eorum aedificari et radicari in pace debuerant, viso pravo [i] pastoris exemplo a propositi sui rigore [j] tepescant.

2 Similiter et [a] de visitandis districte praecipitur quod si in capitulo de suis victualibus coram visitatore aliquam proposuerint quaestionem, eadem die in pane et aqua ieiunent, et coram omnibus verberentur, quia non decet monachos, praepositis necessitatibus corporum, minus intendere necessitatibus [b] animarum. Quae vero circa huiusmodi proponenda sunt, extra capitulum cum reverentia proponantur [c]; haec [d] in forma visitationis scribantur.

3 Sententia quae anno praeterito [1] lata est de fugitivis qui de rebus monasterii aliquid furto abstulerint, temperatur hoc modo, quod in providentia abbatis sit et fratrum sanioris consilii, moderato tamen rigore Ordinis et [a] meritis personarum [b].

4 Si data fuerit eleemosyna vel [a] cuilibet aedificio aut emptioni terrarum a donante proprie assignata, sine culpa et transgressione aliqua pro voluntate et consilio abbatis, ad usus magis necessarios transferatur [2].

---

1 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] visitationis : L^1MP^1. [b] non ita diligenter : L^1; non ita diligentius : P^1. [c] observatur : P^1. [d] Idcirco auctoritate : *J*. [e] ut : *J*. [f] et statuta : *J*. [g] in posterum : *J*. [h] facile : P^{10}. [i] perverso : P^{10}. [j] vigore : L^2MP^{10}.

2 : $JL^1L^2MP^1$. [a] etiam : JL^1P^1. [b] utilitatibus : $JL^1L^2P^1$. [c] proponatur : *J*. [d] Istud autem decretum in forma visitationis scriptis mandetur : *J*.

3 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] personarum meritis : *J*. [b] *brevior formula apud* D^3. Similiter (i. e. teneatur ut olim) de fugitivis ad Ordinem redeuntibus.

4 : $JL^2MP^1P^{10}$. [a] nobis : JL^2M.

---

[1] Ann. 1192, n[e] 58. Cf. ann. 1189, n[0] 13.

[2] Cf. ann. 1190, n[0] 78; 1192, n[0] 56.

Domino Jocelino Glasguensi episcopo [1] et domino Jordani 5
cardinali [2] conceditur plenarie officium in obitu suo per univer-
sum Ordinem.

Canonici et fratres de Marmant scribantur in commemo- 6
ratione familiarium nostrorum, quae duodecim calendas decem-
bris anniversaliter celebratur.

Episcopo Cenomanensi [3], episcopo Parmensi [4], abbati de 7
Vecellis [5] et dominae Imperatrici [6], Gualtero[a] capicerio Carno-
tensi [7], conceditur per totum Ordinem sicut uni ex nobis, cum
auditus fuerit eorum obitus in generali Capitulo.

Pro episcopo Carnotensi [a][8], pro pincerna [9] Silvanectensi, et 8
multis aliis pro quibus rogati sumus, iniungitur : una missa de
Spiritu Sancto singulis sacerdotibus per totum Ordinem cele-
branda ; prima collecta *Deus qui corda fidelium*, secunda *Deus
qui caritatis dona.*

Pro Marchione et domino Richardo et aliis defunctis, pro 9
quibus rogati [a] sumus et omnibus fidelibus [b] defunctis, missa
una supra viginti dicatur ab universis sacerdotibus Ordinis.
Collecta *Fidelium Deus.*

Monachus vel conversus, qui per inquietationem suam licen- 10
tiam extorserit quocumque [a] ire sine utilitate domus, quod [b]
fieri non licet, sicut pridem praeceptum est, a Capitulo generali,
ille talis non bibat nisi aquam donec ad propria revertatur [10].

---

5 : JP^1.
6 : JL^1P^1.
7 : JP^1. [a] Gualtero Cap. Carnot : *deest apud J.*
8 : JP^1. [a] Cantuariensi : *J.*
9 : JP^1. [a] Orati : *J.* [b] fidelibus : *deest J.*
10 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] quoquam : *M.* [d] quod quidem : *JM.*

---

[1] Jocelinus, Glascuensis episcopus, 1175-1199 ; antea abbas cist. de Melrosa. *BB*, t. II, 2653.

[2] Jordanus de Ceccano, abbas cist. de Fossanova, card. tit. S. Pudentianae, 1188-1206. *BB.* t. II, 2647.

[3] Hamelinus, Cenomanensis episc. 1190, resig. 1214, † 1218. *BB.* I, 2023 ; *SE.* 562.

[4] Bernardus II, Parmensis episc. 1172-1194. *SE.* 745 ; Ughelli, *Italia sacra.* II. 172.

[5] Seu Vizellis, Vizeliacum, (?) Vezelay. abbatia O. S. B. cf. *GC.* t. IV, 466.

[6] Constantia, Imperatrix et Siciliae regina. † 1198. *BB.* I, 1026.

[7] Capicerius, dignitas in capitulo.

[8] Reginaldus de Bar. 1182-1217.

[9] Seu Pincernarius, dignitas in capitulo. *DC.* VI. 326.

[10] Cf. ann. 1192, n° 59.

11 Abstinentia sextae feriae in Quadragesima sic teneatur sicut pridem statutum est, ita sane ut si qua facienda est indulgentia, nec pro festo, nec pro alia occasione plus quam tribus sextis feriis usquam fiat ab aliquo per totam quadragesimam [1].

12 Si contigerit mulieres abbatiam nostri Ordinis ex consensu intrare, ipse abbas a patre abbate deponatur absque retractatione, et quicumque eas sine conscientia abbatis introduxerit, de domo eiiciatur non reversurus, nisi per generale Capitulum; et quoquo modo intraverint, excepto dedicationis tempore, quamdiu ibi fuerint, divina in eodem loco non[a] celebrentur[b].

13 Festum sancti Iuliani Cenomanensis episcopi facient[a] cum duodecim lectionibus omnes[b] abbatiae quae sunt in[b] Cenomanensi episcopatu, et per universum Ordinem commemoratio eius[c] fiat quinto calendas februarii post commemorationem sanctae Agnetis. Collecta *Da quaesumus, omnipotens Deus, ut beati Iuliani confessoris tui atque pontificis veneranda solemnitas.*

14 Septem psalmi qui feria sexta post capitulum dicebantur, et collecta *Ecclesiae tuae* de cetero omittantur; sed orationes aliae[a] teneantur.

15 Abbas de Sacramoenia [2] quia se Divioni Domino cisterciensi[a], sicut definitum fuit anno praeterito non praesentavit, ab abbate tamen Scalae-Dei [3] sicut asserit non bene quae nunciabat intelligenter deceptus[b], duobus sextis feriis ieiunet in pane et aqua.

16 Abbas de Novavalle [4] qui iam multis annis non venit ad Capitulum quadraginta diebus sit extra stallum suum, sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et ad sequens Capitulum veniat, omni occasione remota.

---

11 : *JL²MP¹P¹⁰*.
12 : *D³JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] nullatenus : *L¹L²*. [b] ullatenus : *J*. *Brevior formula apud D³* : De ingressu mulierum in domos nostras, teneatur ut olim.
13 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] fiat : *J*; faciant : *L¹*. [b] ab omnibus abbatiis : *J*. [c] in eiusdem : *M*. [d] *J add.* : solum.
14 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] *J add.* : breviores.
15 : *JP¹*. [a] Domino Domino Cistercii : *P¹*. [b] fuit : *J*.
16 : *JP¹*.

---

[1] Cf. ann. 1190, nº 79; 1192, nº 57.
[1] Monasterium in Castella Vetere. *OC*. 67.
[2] L'Escale-Dieu, in Vasconia dioec. Tolosana. *OC*. 47.
[3] Nydala, in dioec. Lincopensi, in Suecia. *OC*. 74.

Domino papae [1] scribatur pro eo quod Gregorius [2] cardinalis 17
tituli [a] Sancti Angeli ab abbatibus [b] Ordinis nostri novas exigit exactiones, et in nostro Ordine prius non auditas. Abbates vero qui dederint ei pecuniam, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; de cetero omnimodis caveatur.

Abbas de Vallibus in Ornaus [a] [3] qui sustinuit mulieres in domo 18
sua venire ad oblationem, et earum suscepit oblationes, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus sit extra stallum suum. Abbas vero de Crista [4] de introductione mulierum per excommunicationem veritatem inquirat, et quos culpabiles in hoc [b] repererit [c], gravi culpae subiiciat [d], et sint [e] ultimi per annum.

Abbas de Salem [5], qui in oratorio suo mortuam [a] sepelivit, 19
sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum, et de cetero nullus contra decretum Ordinis istud facere praesumat.

Dominus abbas Cistercii et dominus abbas de Firmitate dili- 20
genter inquirant qui fuerint causa turbationis apud Fulleium [a] [6] factae, et quos culpabiles invenerint de domo illa eiiciant non reversuros nisi per generale Capitulum, et in domibus ubi recepti fuerint tribus diebus sint in gravi culpa, et ultimi per annum.

Conversus de Pipuelle [7] qui lapides et baculos pugnantibus 21
ministravit, omni sexta feria sit in pane et aqua, donec veniat in domum suam et ibidem tribus diebus sit in gravi culpa et ultimus per annum, nec de cetero equitet cum abbate.

Abbas Sancti-Martini [8], qui pileo usus est, et in villa pro cura- 22

---

17 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] titulo : P^1. [b] nostris : L^1.
18 : JL^1P^1. [a] Cernaï : L^1. [b] inde : J. [c] reppererit : P^1. [d] subiaceant : L^1. [e] sedeantque : J.
19 : $JL^1L^2MP^1P^{10}W$, [a] mortuum : L^1.
20 : JL^1P^1. [a] Tulleium : L^1.
21 : JP^1.
22 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] Coelestinus III, 1191-1198.
[2] Gregorius card. diac. S. Angeli, 1188-1202. Eubel, *HC.* I, 3 (nota 1), 49.
[3] Valles-in-Ornesio, in Lotharingia, dioec. Nanceiensi. *OC.* 27.
[4] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC.* 10.
[5] Seu Salmansweiler, opulentissima abbatia in valle Linzgoviae et magnoducatu Badensi. *OC.* 50.
[6] Seu Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Tolosana. *OC.* 157.
[7] Pipewell, in dioec. Lincolniensi, in Anglia. *OC.* 76.
[8] S. Martinus de Montibus Viterbii, S. Martino del Monte, in terra Viterbiensi. *OC.* 124.

tione sua nimiam moram fecit [a], sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum.

23 Abbatibus Savignei [1] et de Prato [2] committitur ut diligenter inquirant utrum domus de Gamages sufficientes possessiones habeat ad tenendum ibidem ordinate conventum, et quod invenerit sequenti Capitulo renunciet.

24 Abbas de Gimondo [a] [3], quia sigillum suum litteris alienis minus discrete apposuit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum suum.

25 Abbas de Cassileio [a], cuius [b] [4] negligentia accidit, quod domus eius hoc anno non fuit visitata, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et eamdem poenitentiam agant quicumque domos suas non visitaverint [c], vel aliis non iniunxerint [d], sive qui iniunctam [e] non fecerint [f].

26 De monacho de Chiminone [5] revocando committitur abbati Trium Fontium [6].

27 Monachus de Bonalde [7], qui cum in extremis ageret, poenitentia ductus, cum promissione et propositio revertendi ad Ordinem se fecit in [a] grangiam deferri [b], ibique defunctus est, ex indulgentia Capituli in abbatia sepeliatur [c].

28 Abbates Novi-Castri [8] et de Sturcelbrune [9] [a], quia mulieres abbatiam violenter ingressas ad oblationem susceperunt, sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum.

---

[a] traxit : *J*.

23 : *JP*¹.

24 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Gimonis : *J* ; Gimondo : *L*¹ ; Gymuns : *L*² ; Gymmuns : *M* ; Ginnus : *P*¹.

25 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Casileio : *JP*¹. [b] ex cuius : *JP*¹. [c] visitaverunt : *J*. [d] iniunxerunt : *JP*¹. [e] iniuncta : *M*. [f] fecerunt : *JP*¹.

26 : *JP*¹.

27 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] ad : *J*. [b] deportari : *J*. [c] deferatur : *M*.

28 : *JL*¹*P*¹. [a] Stulcebrune : *L*¹.

---

[1] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.

[2] Pratum-Benedictim, Pré-Benoît, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 149.

[3] Gimont, in Vasconia et dioec. Auscensi. *OC*. 78.

[4] Forsan Casale-Vallonis, in Pedemontio, dioec. Novariensi. *OC*. 157.

[5] Cheminon, in dioec. Catalaunensi, in Campania gallica. *OC*. 49.

[6] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.

[7] Bonneval, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 145.

[8] Neubourg, in dioec. Argentinensi. *OC*. 18.

[9] Sturzelbrunna, Stürzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 72.

De Bisanto quod censualiter haeredibus Gratatis de Pissiaco [a] 29
solvitur, abbatibus Ursicampi [1] et de Valle Sanctae Mariae [2],
quomodo persolvi possit, committitur ordinandum.

Abbas de Lucheio [3], qui sicut testatur ipse, mediante fami- 30
liari suo pro Marchione fidei iussit, tribus diebus sit in levi culpa,
uno eorum in pane et aqua.

Abbates qui apud Albam Ripam [4] chorum non ingressi, cum 31
de vigiliis remansissent, post laudes benedictionem acceperunt,
uno die ieiunent in pane et aqua.

Abbas Boni Fontis [5] qui filiam suam de Perignac [6] iam multis 32
annis non visitavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum
in pane et aqua.

Abbas Fontis Morigniaci [a] [7] qui contra dominum Cistercii [b] 33
nimis proterve locutus est, et sustinuit in grangia vinum ad bro-
cam venumdari et de quibusdam aliis proclamatus est, Cla-
ramvallem eat et ibi stet ad arbitrium domini abbatis Claraeval-
lensis [c].

Abbas de Rupibus [8], qui sustinuit mulieres domum suam in- 34
gredi, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et [a]
quadraginta diebus extra stallum suum.

Conversi Regniaci [a] [9] qui in distribuenda avena mensuram [b] 35
et mensuram habent, et amplius dant Claraevallensibus quam
aliis fratribus Ordinis, tribus sextis feriis ieiunent in pane et
aqua, et dominus Claraevallis ad suggestionem abbatis Regniaci
hanc illis [c] poenitentiam iniungat.

---

29 : JL^1. [a] Gratertis de Vissiaco : *J*.
30 : JL^1P^1.
31 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$.
32 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$.
33 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Mauriniaci : $L^1L^2P^1$; Moriniaci : *J*. [b] Cisterciensem : JL^1. [c] Claraevallis : P^1.
34 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] et quadraginta... : *deest* L^1.
35 : JL^1P^1. [a] Regnei : L^1 ; Regneii : MP^1. [b] mensuram duplicem habent. *J*. [c] iniungat poenitentiam : *J*.

---

[1] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.
[2] N. D. du Val, in dioec. Parisiensi, hod. Versaliensi. *OC*. 42.
[3] Seu Locedium, Locedio, in Pedemontio. *OC*. 11.
[4] Auberive, in dioec. Lingonensi. *OC*. 44.
[5] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.
[6] Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennensi. *OC*. 130.
[7] Fontmorigny, in dioec. Bituricensi in Gallia. *OC*, 115.
[8] S. M. de Rupibus, in comitatu et dioec. Nivernensi. *OC*. 45.
[9] Seu Rigniacum, Rigny, non procul a Vermentonio in Burgundia. *OC*. 15.

36 Abbas Prulliaci [a] [1] quia [b] domino Cistercii [c] in verbis suis minorem reverentiam quam deceret exhibuit, et minus obediens exsistit, pro saecularibus etiam contra formam Ordinis fideiiussit [d], sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum.

37 Abbas Trium Fontium [2] qui patri abbati inobediens fuit [a], tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

38 Scribatur domino Ottoni, comiti Burgundiae [a] super indebitis exactionibus quas a domibus Ordinis nostri nititur extorquere.

39 Scribatur etiam domino Imperatori [3] cum reverentia, et precibus, quatenus [a] fratrem suum super hoc admonere dignetur [b]. Abbates de Villers [4] et de Uterina-Valle [5] hoc mandatum exequantur. Interdicimus vero ex parte Ordinis ut nullus eidem comiti [c] huiusmodi solvendis exactionibus obedire praesumat.

40 Scribatur domino regi Franciae [6] pro quodam monacho Eustachio nomine, egresso de Gardo [7], qui quamdam grangiam eiusdem loci per se et per alios saeculares manibus violentis occupavit, quatenus [a] ipse [b] fortiter per praepositum Ambianensem tam ab hoc, quam ab aliis malefactoribus regia potestate protegat et defendat [d]. Abbas vero Caroliloci [8] ad dominum regem propter hoc eat, et idipsum infra quindecim dies exequatur.

41 Iniungitur abbati de Eveca [a] [9] quatenus abbatiam de Hilaria [b] [10]

---

36 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Prulleii : *P*[1]. [b] qui : *JL*[1]. [c] Cisterciensi : *JL*[1]. [d] pro saecularibus : *J*.
37 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] punitur : *L*[1].
38 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Burgensi : *J*.
39 : *JP*[1]. [a] ut : *J*. [b] *J add.*: predictum Ottonem. [c] Ottoni super : *J*.
40 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] *ut* : *J*. [b] locum illum : *J*. [c] atque : *P*[1]. [d] deffendat : *L*[1].
41 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] Evera : *L*[2]*P*[1]*W* ; Firmitate : *L*[1]. [b] Hylaria :*P*[1].

---

1 Seu Prulliacum, Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC*. 5.
2 Sive Tres-Fontes in dioec. Catalaunensi, sive Tres-Fontes ad Aquas Salvias ; utraquae abbatia Claraevallis filia. *OC*. 6, 62.
3 Henricus VI, 1190-1197.
4 Villarium, celebre monasterium in Brabantia, prope Nivellam. *OC*. 87.
5 Eussertal, in Bavaria-Rhenana. *OC*. 114.
6 Philippus-Augustus, 1180-1223.
7 N.-D. du Gard, in dioec. Ambianensi in Picardia. *OC*. 58.
8 Saepe confusionem faciunt inter Carum-Locum (Cherlieu) et Caroli-Locum (Châlis). *OC*. 19,44.
9 Seu Everacum, vel Ebracum, Ebrach, in Bavaria. *OC*. 13.
10 *germ.* Wilhering, in Austria Superiore. *OC*. 90.

in propia persona [c] adeat, et per excommunicationis sententiam diligenter inquirat, per quem sive per quos constitit mulieres eamdem intrasse abbatiam in Coena Domini et communicasse, et sexta feria et sequenti sabbato, et in die S. Paschae [d]. Illos autem quos deprehenderit esse culpabiles, gravi culpae subiiciat, et ultimi [e] sint per annum, abbatiam [f] autem ipsam ad formam et statum Ordinis restituat, aut si implere[g] non poterit[h], destituat.

Querela quae vertitur inter abbatem Morimundi et de Crista [1] **42**
committitur abbatibus de Caroloco [2] et de Belloloco [3], de Sancto-Benedicto [4] et de Prato [5], compositione vel iudicio terminanda. Si qui vero eorum iudicio vel compositioni praesumptuosa temeritate duxerint obviandum,de domo propria penitus expellantur, non nisi per [a] Capitulum generale reversuri.

Praecipitur abbatibus qui secum adduxerunt duos garciones [a] **43**
vel plures ad Capitulum contra Ordinis instituta [6], in domo de Firmitate, de Pontigniaco [b], de Claravalle et de Morimundo, vel in domibus [c] quae infra istas [d] sunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et conversi eorum septem sextis feriis ieiunent in pane et aqua.

Abbates Boniradii [7], de Rupibus [8], de Benedictione-Dei [9], quo- **44**
niam ad praesens Capitulum non venerunt, nec miserunt, observent plenius [a] sententiam quae super hoc in Usibus continetur. Abbas de Pontigniaco [b] nuntiet abbatibus Boniradii et de Rupibus. Abbas [c] Trium-Fontium [d] [10] nuntiet abbati de Benedictione-Dei.

---

[c] patria : *P*1. [d] Pascha : *W*. [e] ultimos per annum collocet : *J*.
[f] abbatiam : *J*. [g] id : *J* ; in praedicta : *P*1. [h] possit : *L*1.

42 : *JP*1. [a] per generale Cap : *J*.

43 : *JL*1*P*1. [a] servos : *J*. [b] Pontiniaco : *L*1*P*1. [c] vicinis earum : *J*. [d] illas : *L*1.

44 : *JL*1*L*2*MP*1*P*10. [a] plenam : *J*. [b] Pontiniaci : *J*. [c] Abbas vero : *J*. [d] Septem-Fontium : *L*2.

---

[1] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC*. 10.

[2] Cherlieu, in dioec. Bisuntinensi et comitatu Burgundiae. *OC*. 19.

[3] Sive Belloc-en-Rouergue, sive Beaulieu-en-Bassigny, in dioec. Lingonensi. *OC*. 79, 170.

[4] St-Benoît-en-Voivre, in Lotharingia. *OC*. 24.

[5] Pratrum-Benedictum, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 149.

[6] Cf. ann. 1189, nº 4.

[7] Bouras, in dioec. Senonensi. *OC*. 7.

[8] S. M. de Rupibus, in dioec. Nivernensi. *OC*. 45.

[9] In Gallia, duo erant monasteria huius nominis (La-Bénissons-Dieu) in dioec. Lugdunensi unum, in dioec. Tolosana alterum. *OC*. 53, 184.

[10] Tres-Fontes, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.

45 Iniungitur abbatibus de Bergis [1] et de Carocampo [2] in Frisia [a], qualiter [b] accedant ad nobilem virum comitem Gueldrensem[c] et inquisita diligentius veritate [d] et devotione eius de abbatia construenda, considerato etiam statu loci quem offerre disponit, sequenti Capitulo renuntient [e]; ad rem certam quid facto opus sit.

46 Abbates de Locedio[3], et de Columba[a] [4], diligenter inquirant de reaedificanda filia Claraevallis [5], et sequenti Capitulo renuntient.

47 Abbas de Berdona [a] [6], qui contra generalis Capituli instituta [7], iura episcopalia Auxitanae [b] ecclesiae in professionibus canonicorum et aliis quamplurimis usurpavit, deponitur in instanti et auctoritate Capituli praecipitur ei ut electioni et administrationi iam dictae sedis penitus renuntiet, et usque ad instans [c] festum sancti Andreae Morimundum veniat, conversaturus ibi secundum voluntatem abbatis et Ordinis disciplinam. Quod si in aliquo huic nostro mandato duxerit resistendum, a societate Ordinis eum eiicimus tanquam fugitivum.

48 Abbates de Camberone [a] [8], de Dunis [9], de Fonte-Frigido[10],

---

45 : *JL²MP¹P¹⁰W*. [a] Phrisia : *L²*. [b] ut : *J*; quatenus : *L²*; quoque : *P¹*. [c] Guelrensem : *P¹*. [d] super voluntate et devotione : *JL²MW*. [e] ut sciatur quid facro opus sit : *J*.

46 : *JP¹*. [a] de Columba : *deest J*.

47 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Bardona : *L¹*. [b] Occitanae : *J*; Oscitatione : *P¹*; Oscitanae : *L¹L²*. [c] proximum : *J*.

48 : *JP¹*. [a] Chamberone : *P¹*.

---

[1] i. e. Vetus-Mons, Altenberg, in dioec. Coloniensi, in provincia Borusso-Rhenana. *OC.* 29.

[2] Cercamp, in dioec. Atrebatensi. *OC.* 66. Forsan legendum est potius Claruscampus (Klaarkamp), in Frisia occidentali (*OC.* 154) si, ut vult F. Winter, abbatia construenda de qua hic agitur, est Floridus Campus (Bloemkamp), Clari-Campi filia. Attamen, iuxta Janauschek, Floridus Campus iam ann. 1191, mense junii, inchoaverat. *OC.* 194.

[3] In Pedemontio. *OC.* 11.

[4] In dioec. Placentina, in Italia. *OC.* 45.

[5] Quae sit illa abbatia, non ita constat.

[6] Berdoües, in Vasconia et dioec. Auscinensi. *OC.* 48.

[7] Cf. Instituta Capituli generalis, ann. 1134. cap. XXXIX. Revera « Bernardus, et si anno circiter 1192 ad sedem Auxitanam vacantem fuerit assumtus, multo tamen tempore caruit consecratione ; quod fortasse Summus Pontifex eum confirmare distulerit ». (*GC.* I, col. 989) Talis dilationis causa sufficiens est statutum cisterciense supra citatum.

[8] Cambron, in Belgio, in dioec. Tornacensi. *OC.* 113.

[9] Les Dunes, in Belgio, in dioec. Brugensi. *OC.* 51.

[10] Fontfroide, in Languedocio. *OC.* 86.

de Elnis [b] [1], quoniam ad praesens Capitulum non venerunt, sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et ad sequens Capitulum sine excusatione alia [c] veniant super hoc veniam petituri, similiter et [d] causam detentionis suae Capitulo plenius intimantes [e]. Abbates de Claromaresco [2] et de Capella [3] nuntient abbatibus de Camberone [f] et de Dunis.

Abbas Vallismagnae[4] abbati de Fonte-Frigido [a]; abbas Grandisylvae [5] nuntiet abbati de Elnis [b]. **46**

Committitur abbatibus de Prato [6] et de Fresmunt [a] [7] quominus ad Gardum [8] veniant [b] infra decem dies, et fratrem Guidonem monachum, in quantum poterint, auctoritate Ordinis, moneant et inducant ut infra quindecim dies post admonitionem suam, eat [c] Ursicampum [d] [9] ad consilium et voluntatem domini abbatis de Ursicampo [e], se de cetero habiturus. Quod si facere contempserit [f], quamdiu in ipsa abbatia aut in grangiis eius contra [g] praesens mandatum manserit, divina officia in ipsa abbatia auctoritate generalis Capituli prohibeant celebrari. **50**

De monacho de Persenia[10] qui cum esset in saeculo et celebraret [a] ut sacerdos, cum tantum esset subdiaconus, praecipitur ut si reverti voluerit, pro tanti sacrilegii perpetratione huiusmodi poenitentiam sustinebit; **51**

De cetero ad sacras [a] ordinationes non promovebitur, omni sexta feria usque ad septem annos in pane et aqua sustinebit [b], **52**

---

[b] Alnis: *JP*[1] *perp.* [c] aliqua: *P*[1]. [d] etiam: *J*. [e] intiment: *J*. [f] Chalberone: *P*[1].

49: *JP*[1]. [a] Fontisfrigidi: *J*. [b] Alnis: *perperam JP*[1].

50: *JMP*[1]. [a] Fromond: *J*; Fremont: *M*. [b] eant: *J*. [c] ad: *J*. [d] Ursecampum: *P*[1]. [e] Ursecampo: *P*[1]. [f] renuerit: *J*. [g] adversus: *J*.

51: *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] celebravit: *L*[1]*L*[2].

52: *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] sacros ordines: *L*[1]*MP*[1]; sanctos: *L*[2]. [b] ieiunabit: *J*.

---

[1] Eaunes, in Languedocio et dioec. Tolosana. *OC*. 122.

[2] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 59.

[3] Capella de Thosan, seu Ter Doest, prope Brugas in Belgio, filia Dunarum. *OC*. 173.

[4] S. M. de Valmagne, in Languedocio. *OC*. 138.

[5] Grand-Selve, in Vasconia et dioec. Tolosana. *OC*. 81.

[6] Pratum-Benedictum, Pré-Benoît, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 149.

[7] Frigidus-Mons, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 63.

[8] N. D. Gard, in dioec. Ambianensi in Picardia. *OC*. 58.

[9] Ourscamp, prope Noviodunum. *OC*. 17.

[10] Perseigne, in dioec. Cenomanensi in Gallia. *OC*. 84.

nec ministrabit in subdiaconatus ordine, nisi post peractam septennem [c] poenitentiam, ultimus [d] in eo loco in quo ingressus [e] fuerit permansurus.

53 Abbas de Fiterio[1] qui anno praeterito non venit ad Capitulum, nec misit, nec per litteras excusavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. De capitulis autem illis quae a patre suo in praesenti Capitulo adversus eum[a] proposita sunt : committitur abbatibus de Berdona [b] [2] et de Vallebona [3] ut accedant ad locum nominatum, et inquisita super eisdem capitulis diligentius veritate prout eis constiterit, abbati de Morimundo [c] renuntient, qui generalis Capituli fultus auctoritate, quod corrigendum invenerit digne corripiat et castiget [d].

54 Duci Poloniae rescribatur quod petitio sua de non destruenda abbatia de Landes [a] [4] conceditur ei.

55 Abbas de Cicador [5] qui abbatem de Signi [a] [6] de suspicionibus minus caute in generali capitulo accusavit, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

56 Abbas de Lucella[a] [7] qui de mapula saepe admonitus et eam abbati de Capella [8], qui eam ut suam expetit, reddere contradicit, usque ad festum Omnium Sanctorum sine [b] contradictione aliqua vel de ipsa vel de alia aequipollenti eidem abbati satisfaciat ; quia vero nimis [c] proterve coram [d] domino Cistercii in Capitulo super hoc respondit, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

---

[c] septennem : *deest* L^1. [d] ultimus... : *deest* *M*. [e] receptus : *J*.
53 : JL^1P^1. [a] sunt proposita : *J*. [b] Burdona : P^1. [c] Morimundensi : *J*. [d] *Brevius apud* L^1 : Abbas Morimundi Capituli generalis fultus auctoritate quod corrigendum invenerit in abbate de Fiteris, qui non profectus est ad Capitulum, et in eodem Capitulo a patre abbate accusatus de multis culpis, digne corripiat castiget.
54 : $JL^2MP^1P^{10}W$. [a] Laudes : JP^1 ; Deslandes : *M*.
55 : JMP^1W. [a] Signiaci : *J*.
56 : $JL^1MP^1P^{10}W$. [a] Lucelam : P^1. [b] absque alia : *J*. [c] valde : *J*. [d] coram : *deest* *J*.

---

[1] In regno Navarrae. *OC*. 65.
[2] Berdoües, in Vasconia. *OC*. 48.
[3] Valbuena, in Vetere-Castella. *OC*. 71.
[4] Landa, Lad, in dioec. Gnesnensi in Polonia. *OC*. 90.
[5] B. M. de Czikador, in Hungaria. *OC*. 71.
[6] Signy, in dioec. Remensi. *OC*. 33.
[7] Lützel, in Alsatia Superiore. *OC*. 12.
[8] Cappel, in Helvetia. *OC*. 184.

Abbas de Fonte-Frigido [a] [1] revocet conversum suum ante Nativitatem Domini, quem commodaverat [b] domino Gregorio cardinali [2], et sequenti Capitulo veniat super hoc veniam petiturus. 57

Abbas de Furnais [a] [3] qui patri abbati inobediens [b] fuit de monacho quem recipere contradixit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et monachum illum recipiat ; quia [c] vero quosdam monachos et conversos huic facto rebelles audivimus extitisse, iniungitur abbati de Savigniaco[c] ut ad locum ipsum accedat, et super hoc diligentius inquisita veritate et cognita, sicut viderit expedire digne corripiat et castiget. 58

Quaestio quae vertitur inter abbates Longivadi [4] et de Moris [5] super uno calice, committitur abbatibus de Rippatorio [6] et de Albaripa [7] auctoritate Capituli generalis iudicio [a] vel compositione terminanda. 59

De exactionibus illis, quae pro domo Divione [a] inchoata solvuntur, statutum est firmiter observari, ut qui eas adhuc non exsolvit, ipsas de cetero solvere nullatenus compellatur, quia simplicitati Ordinis nostri videtur plurimum contraire, ut Ordo qui hactenus liber extitit, huiusmodi servitutis laqueis innodetur [b]. 60

Dominus abbas Claraevallis et qui ei in hoc consilio astiterunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Quia vero iam dictae domui aliquid propria obtulerunt voluntate, huiusmodi oblationes nullatenus recipere prohibemus [a]. 61

Quaestio quae vertitur inter monachos de Cerisi [8] et abbatem 62

---

57 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Fontis-Frigidi : *J*. [b] commodavit : *L¹P¹*.

58 : *JL¹P¹*. [a] Furneis : *L¹*. [b] non obediens : *J*. [c] quia vero... castiget : deest *L¹*. [d] Saviniaci : *J*.

59 : *JP¹*. [a] compositione vel iudicio : *J*.

60 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] divionensi iam : *J* ; Divioni : *P¹*. [b] *ad animadversionem, J lineam ponit sub pluribus verbis.*

61 : *JP¹*. [a] *J habet lineam sub unoquoque verbo.*

62 : *JP¹*.

---

[1] Fontfroide, in Languedocio. *OC*. 86.

[2] Huius nominis quatuor tunc erant cardinales. Cf. Eubel, *HC*. t. I, 3, nota 1.

[3] Seu Furnesium, Furness Abbey, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 97.

[4] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.

[5] Mores, in dioec. Lingonensi, non procul a Claravalle. *OC*. 135.

[6] L'Arrivour, in dioec. Trecensi in Campania gallica. *OC*. 59.

[7] Auberive, in eadem Campania. *OC*. 44.

[8] Abbatia O. S. B. in Normannia. *TB*. I, 629 ; *GC*. XI, 408.

de Mortuomari [1] super decimis, committitur abbatibus de Sancto-Andrea [2] et de Briostes [3] [a] auctoritate Capituli terminanda.

63 Monachus de Burnebarch [4] qui [a] dum teneret hominem et inter manus eius ab inimicis suis est occisus, amodo in subdiaconatus ordine nisi de licentia Summi Pontificis non ministret.

64 Abbas de Morimundo qui carrucam [5] habet in quadam villa et omnes alii qui in culpa simili detinentur, tribus diebus sint in levi culpa, et ne amodo istud vel ab ipso vel ab alio praesumatur, firmiter prohibemus [a].

65 Abbas de Charitate [a] [6] qui novis exactionibus animalia sua sub obtentu novi census centum librarum redemit cuiusdam comitis, et per hoc Ordinem nostrum novae quodammodo videtur subiicere servituti, eat in Bellam vallem [7], et ibi stet arbitrio domini abbatis Bellaevallis.

66 Querela Miraevallis [8] et de Cumbremara [9] sicut [a] delegatis abbatibus est terminata, sic a Capitulo confirmetur, et instrumenta utriusque partis quibus in eadem querela nitebantur prius, nullam vim habeant, sed in instanti reddantur.

67 De iudicio et sententia generalis Capituli statutum est ut qui abbatiam de Tinterna[a] [10] tenuerit domum [b] de Quinquesodes[11] iure perpetuo possidebit [c]; ne autem iterum evocetur in litigium res sopita, praecipimus ut instrumenta quae in praesenti sunt et contra hoc facere videntur, reddantur in instanti, et [d] cetera

---

[a] Briostel : *J*.

63 : *JP*¹. [a] inter manus suas tenens hominem qui fuit inter easdem occisus ab inimicis, a modo a subdiaconatus ordine, nisi... : *J*.

64 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] mandamus : *J* ; prohibetur : *L*².

65 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Caritate : *M*.

66 : *JP*¹.

67 : *JP*¹. [a] Tinternae : *P*¹. [b] domui : *P*¹. [c] praesidebit : *P*¹. [d] et cetera... : *deest J*.

---

[1] Mortemer, in Normannia. *OC*. 48.

[2] S. Andreas de Gouffern, in Normannia. *OC*. 98.

[3] Seu frequentius Alnetum, Lannoy, in dioec. Bellovacensi in Gallia. *OC*. 103.

[4] Seu Brunnbacum, Bronnbach, in magno ducatu Badensi. *OC*. 128.

[5] Rheda ; honoratum vehiculum opertum. *DC*. II. 190.

[6] Huius nominis tria erant monasteria virorum ; hic agitur de Charitate in dioec. Bisuntina, filia Bellae-Vallis. *OC*. 30.

[7] Bellevaux, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 8.

[8] Mereval, in dioec. Wigorniensi in Anglia. *OC*. 114.

[9] Seu Cumbermera, in dioec. Conventrensi in Anglia. *OC*. 100.

[10] Tinterna Maior, in dioec. Herefordiensi in Anglia. *OC*. 19.

[11] Seu Kinkensode, i. e. Kingeswoda, in dioec. Glocestriensi. *OC*. 58.

quae modo non apparent nullas vires amodo decrevimus obtinere.

Abbas de Valkenreide [1] monachum suum quem Cistercium, aliter quam deceret, cum litteris suis misit, secum omni occasione postposita reducat. **68**

De ingressu mulierum in domos nostras teneatur ut olim. **69**

Similiter de fugitivis ad Ordinem redeuntibus. **70**

Nota quod P^3 et T^3 huic anno 1193 *octo statuta inscribunt quae fontes alii et praecipui ad annum* 1196 *ablegant. Ibi ea invenies.*

1194

Horae beatae Mariae dicantur [a] omni tempore in infirmitorio, **1**
exceptis [b] festivitatibus [c] beatae Mariae, et Octava Assumptionis eius, et die Natalis Domini et Paschae et Pentecostes, et qui [d] voluerit extra terminos, praeter in conventu.

Martino quondam Seguntino episcopo [2] conceditur plenarium **2**
officium, quando auditus fuerit obitus eius.

Mercatores Ordinis nostri[a] non vendant carius res nostras pro **3**
termino prolongando[b]. Quod si fecerint, teste [c] conscientia, non communicent donec confiteantur et satisfaciant ad proprii abbatis arbitrium ; et si moram fecerint in mundinis, ultra tres dies, sint in pane et aqua, quamdiu ibi permanserint. Idem patiantur qui vilius emunt[d] et carius ea vendant, praeter animalia.

---

68 : JP^1.
69 : D^3L^1.
70 : D^3L^1.
1 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$.[P^3T^3, 1191, n°75]. [a] dicentur : D^3; cantentur : *H, fol.* 91*b*. [b] praeterquam in festis : D^3. [c] eiusdem : *M*. [d] similiter qui extra terminos erunt, praeterquam in conventu, faciant qui voluerint : D^3.
2 : $JL^2MP^1P^{10}$.
3 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$. [P^3T^3, 1191, n° 76. P^4, *ann.* 1195]. [a] tam monachi quam conversi : *H*. [b] prolongato : *H*. [c] sciente : *J*. [d] ut post ea carius vendant : *J*.

---

[1] Seu Volkeroda, in Thuringia. *OC.* 21.
[2] Sanctus Martinus de Finoiosa, O. Cist. abbas de Horta (Huerta, *OC.* 79) et anno 1191 Seguntinus (Siguenza) episcopus creatus ; anno 1193 resignavit et monasterium repetiit, † 1213. Eius festum 5 maii celebratur. *BB.* t. II, col. 3103.

4 Monachi[a] qui litteras communes accipiunt[b] sine habitu dimittantur. Qui minantur incendium[c] vel homicidium, ad domos emittantur remotas non reversuri nisi per generale Capitulum.

5 Qui celant[a] pravitatem[b] in rebus vendendis, ut emptores[c] decipiant, non communicent donec confiteantur et satisfaciant[d] ad proprii abbatis arbitrium.

6 Novitii qui in probatione[a] incurrunt[b] lepram, emittuntur de iure[c], sed de misericordia, eis poterit provideri in habitu saeculari[d].

7 Lapides[a] positi super tumulos defunctorum in claustris nostris coaequentur[b] terrae, ne sint offendiculo transeuntium[c].

8 Monachi Lucionenses[a] [1] et sancti Maxentii[2] in Pictavia, in commemoratione defunctorum[b] scribantur.

9 Pro summo pontifice[3], pro imperatore[4], pro regibus Franciae[5] et Angliae[a] [6], pro episcopis et principibus et aliis fidelibus pro quibus rogati sumus, pro pace terrarum et aliis necessitatibus ecclesiarum, dicatur una missa de Spiritu Sancto a sacerdotibus singulis super[b] viginti.

10 Oratio pro terra Ierosolymitana[a]: *Deus venerunt gentes*, et collecta: *Deus a quo sancta desideria*,[b] in missis defunctorum; et *Deus qui corda fidelium*, in aliis missis dicatur.

4: $D^3HJL^1MP^1$. [P^3T^3, 1191, n° 77]. [a] Monachus vel conversus qui communes litteras accipiunt sine habitu emitantur: D^3. Monachi vel conversi Ordinis nostri. *H*. [b] accipiunt: *deest* P^1. falsarie scribunt: *J*. [c] ignem: D^3.

5: $HJL^1L^2MP^1P^{10}$. [P^3T^3, 1191, n° 76]. [a] considerant: *H*. [b] deterioritatem: *J*. [c] suos: *H*. [d] et satisfaciant: *deest H*.

6: $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$. [P^3T^3, 1191, n° 80]. [a] probatorio: *H*. [b] leprosi inveniuntur, de iure emitti possunt, sed... D^3. [c] emitti deberent de iure, verum de misericordia et de liberalitate Ordinis eisdem poterit provideri: *J*. [d] in habitu saeculari: *deest* HJP^1.

7: $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$. [P^3T^3, 1191, n° 78]. [a] in claustris suppositi mortuis, solo adaequentur: D^3. [b] coplanentur: *H*; aequentur: *J*; terrae non emineant: L^1. [c] transeuntibus: *J*.

8: JL^1MP^1. [a] Luxionenses: *M*. [b] fratrum: L^1.

9: $JL^1L^2MP^1P^{10}W$. [a] *J add*: et Hispaniae. [b] supra: *J*.

10: $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Ierosolymae: P^1. [b] quae etiam in missis defunctorum dicatur; in aliis vero *Deus qui corda* addatur: *J*.

---

[1] de Luxovio, iuxta Martène, seu potius abbatia Lucionensis, O. S. B. *TB*. II, 1768.

[2] Saint-Maixent, O. S. B. *TB*. II, 2725.

[3] Celestinus III, 1191-1198. *BB*. I, 830.

[4] Henricus VI, 1190-1197. *BB*. I, 2076.

[5] Philippus-Augustus, 1180-1223. *BB*. II, 3627.

[6] Richardus, dictus Cœur de Lion, 1189-1199. *BB*. II, 3946.

Vinum in conventu non apponatur [a] nisi prius fuerit adaquatum ad arbitrium [b] proprii abbatis. 11

Querela Praemonstrati contra quosdam abbates Ordinis nostri committitur terminanda domino Claraevallis. 12

Abbas Trium Fontium [1] qui nimis pepercit [a] Signiacensibus [b] [2] conspiratoribus, tribus diebus sit in levi culpa. 13

De quaerela Grandis-Sylvae[3] et Ginnit [a] [4] dictum est ut sicut abbas Claraevallis disposuit, ita teneatur, et abbas Morimundi, cum venerit ad partes illas auctoritate Capituli faciat [b] observari. 14

Abbas Sancti-Justi [5] qui per multos annos sine benedictione permansit, usque ad Pascham[a] benedictionem accipiat [b] Quod si non fecerit, sit extra stallum abbatis, et sequenti Capitulo se praesentet, et hoc ei annuntiet abbas Sancti-Anastasii [6]. 15

Conversi de Monasterio-in-Argona [7] qui ad praeceptum abbatis Claraevallis dispersi sunt, iterum dispergantur per singulas domos Ordinis nostri, una dieta ad minus distantes a Monasterio ; et hoc abbas Trium Fontium usque ad festum Sanctorum Omnium, exequatur. Et si quis ei incbediens fuerit, ab Ordine expellatur. Fulco [a] vero et Terricus [b] si non venerint apud Cistercium, usque festum sancti Lucae evangelistae, similiter ab Ordine expellantur. 16

De petitione regis Aragonensis, [8] committitur abbatibus Morimundi et de Borbona[9], ut [a] respondeant ex parte Capituli, et sicut audierint et viderint, ad Capitulum sequens referant. 17

---

11 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3, 1191, n° 81]. [a] non detur : D^3. [b] ad arbitrium... : *apud* D^3 *tant.*
12 : JL^1MP^1.
13 : JMP^1. [a] pepercerat : *M*. [b] Signiacensis : P^1.
14 : JP^1. [a] de Gimont : *J*. [b] illa : *J*.
15 : JL^1MP^1. [a] intra Pascha : *J*. [b] sumat : *J*.
16 : JMP^1. [a] Furco : JP^1. [b] monachi eiusdem domus Argonensis : *J*.
17 : JMP^1. [a] Regi : *J*.

---

[1] In dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.
[2] Signiacum, Signy, abbatia in dioec. Remensi. *OC*. 33.
[3] Grand-Selve, in dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[4] Gynnid, Gymmuns, Gimundus, Gimont, in Vasconia et dioec. Auscensi. *OC*. 78.
[5] In patrimonio S. Petri et dioec. Tuscanensi. *OC*. 88.
[6] SS. Vincentius et Anastasius, seu Tres Fontes ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC*. 62.
[7] Moutier-en-Argonne, in dioeɔ. Catalaunensi. *OC*. 79.
[8] Alphonsus II, 1162-1196. *BB*. I, 162.
[9] Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.

18 Petitio dominorum Sancti-Pauli et de Podio Sancti-Laurentii committitur exequenda abbati Claraevallis.

19 De monachis Trizagii [1] committitur abbati Pontigniaci.

20 Abbas Morimundi, quia posuit in Lucella [a] [2] abbatem praeter formam Ordinis et priorem in Morimundo cum alium priorem suum nec sciret depositum vel defunctum, et monachos de Anglia venientes in habitu saeculari sine litteris abbatis proprii recepit, tribus diebus sit in levi, uno eorum in pane et aqua.

21 De sumptuosa nimis hospitalitate et numerositate nimia personarum, provideat dominus Cistercii et quatuor primi abbates, et de necessitatibus Ordinis quae multae sunt ; provideant et[a] locum et tempus ubi liberius et diligentius, aliis convocatis abbatibus quos iudicaverit convocandos, et valeant tractare de iis et constituere quae crediderint expedire ; qui sequenti capitulo quod [b] providerint nuntiabunt.

22 De abbate de Foucarmont [a] [3], qui propter nimiam debilitatem suam non venit ad Capitulum, nec [b] ab eo suae grangiae visitantur, et nimis deliciose vivit, qui et de nimia familiaritate mulierum notatur, committitur abbatibus Savigniaci [4] et de Beabec [c] [5] ut hos et alios eius excessus sollicite studeant emendare.

23 Cantor de Perinac [6], qui in sui abbatis contemptum lecto illius igne supposito, lectum et vestes combussit non sine totius domus periculo, ad aliam domum mittatur, ubi poenam gravis culpae sustineat, et sit ultimus per annum et omni sexta feria sit in pane et aqua, nec ad domum propriam revertatur nisi per generale Capitulum. Hoc autem abbati Morimundensi committitur exequendum.

---

18 : *JP*[1].
19 : *JP*[1].
20 : *JL*[1]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] Lucelai : *P*[1].
21 : *JL*[1]*MP*[1]*P*[10]. [a] etiam : *J*. [b] quae : *J*.
22 : *JL*[1]*MP*[1]. [a] Forcaumont : *P*[1]. [b] nec grangias suas visitat : *J*. [c] Beaubec : *J* ; Bellobeco ut hunc : *L*[1].
23 : *JP*[1].

---

[1] Trisagium, Trisay, in dioec. Lucionensi. *OC*. 85.
[2] Lützel, in Alsatia Superiori. *OC*. 12.
[3] In Normannia et dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.
[4] In Normannia. *OC*. 95.
[5] Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.
[6] Seu Peyrignac, in Guiennia dioec. Agennensi. *OC*. 130.

Petitio abbatis Bellaevallis [1] committitur arbitrio abbatis Morimundi. 24

Petitio abbatis de Chiminone [2] committitur domino Cistercii et abbati Claraevallis. 25

Abbas de Trappa [a] [3] statim vadat [b] Claramvallem post Capitulum, et de iis quae sibi obiiciuntur stet ad arbitrium abbatis Claraevallis. 26

Abbas de Veterivilla [4] cuius novam domum mulieres ingressae sunt, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 27

Abbati Leoncelli [a] [5] conceditur locus ille pro quo petitionem fecit in Capitulo. 28

Abbati Ursicampi [6] conceditur ut commemoratio fiat de sancto Eligio. 29

Abbas de Bonavalle [7] qui monachum [a] litteris suis petiit ut abbatem constitueret, et postea minus districte a proposito resiluit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et eumdem requirat attentius et abbatem constituat [b]. 30

In abbatia quae vocatur Edsendure [8] [a], divina non celebrentur, quamdiu mulieres fuerint in contigua domo episcopi, sicut dominus Petrus [9] bonae memoriae tunc temporis abbas Morimundi constituit. 31

Conversi Speciosaevallis[10] qui principi et mulieri carnes in 32

24 : *JP*[1].
25 : *JL*[1]*P*[1].
26 : *JMP*[1]. [a] Omrapa : *P*[1]. [b] ad : *J*.
27 : *JL*[1]*MP*[1].
28 : *JMP*[1]. [a] Leuncelli : *P*[1].
29 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10].
30 : *JP*[1]. [a] suum : *J qui linea crassa hoc verbum* tollit. [b] restituat : *J*.
31 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Ersendurc : *J* ; Ersenduze : *L*[1] ; Ersendure : *P*[1].
32 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*.

[1] Primogenita Morimundi filia, in dioec. Bisuntinensi. *OC.* 8.
[2] In dioec. Catalaunensi in Campania gallica. *OC.* 49.
[3] In dioec. Sagiensi in Normannia. *OC.* 105.
[4] S. M. de la Vieu-Ville, in dioec. Redonensi. *OC.* 105.
[5] In dioec. Valentinensi. *OC.* 46.
[6] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC.* 17.
[7] Sub hoc nomine quatuor monasteria virorum recensentur : in dioec. Viennensi, Rutenensi, Pictaviensi et in Nova-Castella, Hispania. *OC.* 7, 144, 13, 152.
[8] Seu Ersenduze, Escuraium, Escurey, in Lotharingia. *OC.* 79.
[9] Petrus, 12us abbas Morimundi, 1178-1192. *GC.* IV. 817. Cf. supra ann. 1190, n° 1.
[10] Seu Schoenthal, in regno Wirtembergico. *OC.* 141.

abbatia ministraverunt, per annum sint ultimi et septem sextis feriis in pane et aqua [a]; et abbas eiusdem domus qui tantum non correxit excessum, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

33 Abbas Bonaevallis [1] qui sepultus est in oratorio pro religionis suae opinione, ibi sic remaneat. De iis [a] vero qui contra Ordinis formam hoc facere praesumpserunt, dominus abbas Cistercii diligenter inquirat, et digne corrigat [b].

34 Abbas de Phalera [2] infra octavam Paschae imminentis Pontigniacum [a], veniat, super iis quae ei obiiciuntur responsurus, et hoc ei abbas [b] Sancti-Sulpicii [3] denuntiet.

35 Causae abbatis Mansiadae [4] et abbatis Bonaudae [5], filii sui, abbatibus Bonaevallis [6], de Dalone [7] et de Candeleio [8] committitur diligenter inquirenda, et auctoritate Capituli tam in abbatibus quam in monachis et conversis districte ad plenum corrigenda.

36 Abbas vero Mansiadae qui in generali Capitulo minus ordinate respondit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

37 De ingressu mulierum in monasterio de Carnoz [a] [9], committitur abbati de Eleemosyna,[10] ut ipse corrigat secundum Ordinis formam.

38 Abbas de Bonorato [a] [11] cuius consensu [b] monachus comedit

---

[a] ieiunent : *J*.
33 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] his : *JL¹*. [b] castiget : *M*.
34 : *JP¹*. [a] Pontiniacum : *P¹*. [b] aliquis : *J*.
35 : *JP¹*.
36 : *JP¹*.
37 : *JL¹P¹*. [a] Carnoët : *L¹*.
38 : *JL¹MP¹*. [a] Bonoradio : *M in margine* ; Conorato : *J*. [b] concessu : *P¹*.

---

[1] Sanctus Hugo de Castronovo, † 1 apr. 1183. *BB*. t. I, 2196.
[2] Seu Falera, in patrimonio S. Petri et dioec. Civitatis-Castelli. *OC*. 77.
[3] St-Sulpice en Bugey, Falerae abbatia mater. *OC*. 27.
[4] Mazan, in Languedocio. *OC*. 9.
[5] Seu Bonavallis, Bonneval, in dioec. Rutenensi. *OC*. 144.
[6] Bonnevaux, in dioec. Viennensi. *OC*. 7.
[7] In dioec. Lemovicensi. *OC*. 147.
[8] Candeil, in Languedocio. *OC*. 132.
[9] S. Mauritius de Carnoët, in dioec. Corisopitensi. *OC*. 175.
[10] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.
[11] Seu Bonus-Radius, Bouras, in dioec. Senonensi. (*OC*. 7.) vel Coronato, i. e. Morimundus de Milano. *OC*. 33.

carnes in grangia, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbas Mellifontis[1] qui sine licentia Capituli generalis quondam in episcopum est consecratus, sequenti Capitulo se praesentet super iis quae sibi obiiciuntur responsurus, et interim de substantia et de rebus monasterii Mellifontis nullam habeat potestatem[a]. Quod si ad Capitulum non venerit, sciat se ab Ordine eliminandum, et hoc ei ab abbate Savigniaci [2] denuntietur. 39

Abbas Scalae-Dei [3] qui inobediens fuit visitatori suo, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Ceterae vero exordinationes domus ipsius committuntur corrigendae abbati Morimundi. 40

Conversus de Bonavalle [a] [4] qui cum minus sani capitis esse [b] diceretur, sepultus est extra cimiterium pro tribus denariis circa se inventis ; si ita visum fuerit abbati Bonaevallis cum aliis abbatibus qui ad praedictam abbatiam ituri sunt, in cemeterium reponatur. 41

Abbas de Casali [5] qui ad generale Capitulum cum debuisset venire non venit, et patri abbati inobediens fuit, et contra formam Ordinis monachos per noctem ad custodiendas segetes misit, abbati de Locedio [6] cum patre abbate visitandus [a] praecipitur, et si [b] ita invenerint, auctoritate Capituli digne corrigatur. 42

Abbas Claraevallis reddat abbati de Mortuomari [7] decem marcas, [a] et abbas de Walatia [8] [b] decem marcas. 43

Subprior [a] de Bonarequie [9] et alii monachi eiusdem loci, quo- 44

---

39 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] partem : *M*.
40 : *JL¹P¹*.
41 : *JL¹MP¹*. [a] Bonaude : *JL¹P¹*. [b] esset : *L¹*.
42 : *JP¹*. [a] visitari : *J*. [b] quod si ita rem se habere : *J*.
43 : *JL¹P¹*. [a] marchas : *JP¹*. [b] itidem decem marchas eidem reddat pariter : *J*.
44 : *JL¹P¹*. [a] Supprior : *J*.

---

[1] Tertius abbas Mellifontis, in Hibernia (*OC*. 70), Maelisa Mac Maelhieran, Clogherensis episcopus, 1191- † 1195. Gams, *SE*. 210.
[2] In Normannia. *OC*. 95.
[3] L'Escale-Dieu, in dioec. Tolosana. *OC*. 47.
[4] Huius nominis quatuor erant monasteria. Cf. *OC*. 7, 13, 144, 152.
[5] Casale-Vallonis, Casalvolone, in Pedemontio. *OC*. 157.
[6] In Pedemontio. *OC*. 11.
[7] Mortemer, in Normannia et dioec. Rotomagensi. *OC*. 48.
[8] Le Valasse, in Normannia et dioec. Rotomagensi. *OC*. 140.
[9] Bonrepos, in dioec. Corisopisitensi. *OC*. 164.

rum consilio mendaciter et dolose monachus missam cantavit : omni feria sexta sint in pane et aqua per annum ; subprior amoveatur ab officio suo, et monachus qui cantavit missam [b] per annum non celebret, et pecunia quae ibi oblata est, ad sequens Capitulum deferatur.

45 Transgressio conversorum Longi-pontis [1] abbati Claraevallis committitur corrigenda, et ipsa correctio sequenti anno generali Capitulo renuntianda [a].

46 Duo monachi Signiacenses [2] qui contra abbatem suum conspiraverunt singuli per singulas domos mittantur, non nisi per generale Capitulum reversuri. Dominus abbas Igniaci [3] hoc exequatur.

47 In abbatiis de Spina [4] et de Valle-ecclesiarum [5] ubi per singulas hebdomadas monachi tres pitantias ex consuetudine requirunt, prohibetur ne de cetero [a] habeant ; et quia contra Ordinem est, tales [b] pitantias monachi Ordinis nostri amplius non requirant.

48 Petitio monachorum de Maceriis [6] committitur abbati de Firmitate [a], et excessus eorum digne corrigendus.

49 Petitioni domini [a] Senonensis respondeat abbas Pontigniaci [b] viva [c] voce, et deferat ei [d] litteras excusatorias ex parte Capituli generalis [e].

50 Ad regem Angliae [7] mittantur abbates [a] Pontigniaci, Monas-

---

[b] illam : P^1 ; illam quasi primam : *J*.

45 : JL^1P^1. [a] renuntietur : *J*.

46 : JP^1.

47 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] illas : *J*. [b] factum illud, iniungimus ut monachi nostri Ordinis tales pitantias amplius sibi non petant : *J*.

48 : JL^1P^1. [a] domino Firmitatensi committitur iniungiturque eidem ut excessus eorumdem digne corrigat : *J*.

49 : JL^1P^1. [a] archiepiscopi : *J*. [b] Pontigniacensis : *J*. [b] vivat : P^1. [d] eidem : *J*. [e] *brevius apud* L^1 : Commissio abbati de Pontiniaco ad Dominum Senonensem.

50 : JMP^1. [a] abbates isti : Dominus Pontigniacensis, abbas... : *J*.

---

[1] Longpont, in Picardia. *OC*. 22.

[2] Signy, in dioec. Remensi. *OC*. 33.

[3] Igny, in dioec. Remensi, abbatiae Signiacensis mater. *OC*. 14.

[4] In Legione et dioec. Palentina, Hispania. *OC*. 108.

[5] Valdeiglesias, in Castella-Nova. *OC*. 174.

[6] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.

[7] Richardus, dictus Cœur de Lion, 1189-1199. *BB*. II, 3946.

terii-in-Argona [1] de Pinu [2], de Bonoportu [3] cum litteris generalis Capituli.

Monachus de Fornaio [4] qui fecit se dolose in episcopum de Man [a] [5] consecrari, adhuc vivente episcopo civitatis illius, expellitur de Ordine, et iniungitur [b] abbati Savigniaci [6] etiam eum denunciari faciat excommunicatum, et eiectum de ordine cisterciensi. **51**

Querela quae vertitur inter domum Caroliloci [a] [7] et de Charitate [8] committitur abbatibus de Fulleio [b] [9] et Claro-fonte [10] terminanda. **52**

De querela creditorum Salvanensis [11] abbatiae committitur abbatibus Mansiadae[12] et de Frigido-monte [13], ut ipsi deferant litteras Bituricensi episcopo [a][14], et aliis qui scripserunt nobis, et ipsas [b] querelas pro posse suo studeant sopire. **53**

Abbates qui hoc anno venire debuerunt ad Capitulum et non venerunt, nec pro infirmitate [a] remanserunt, non celebrent missam, et sint extra stallum abbatis, et omni sexta feria sint in pane et aqua, donec Cistercium [b] se repraesentent. Abbas Savigniaci hoc denuntiet [c] vel denuntiari faciat abbatibus [d] qui sunt in Anglia, in Scotia, in Hibernia, et in Wallia. Abbas Morimundi [e] in Provincia, in Gasconia, et in Hispania ; abbas de **54**

---

51 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Mana : *J*. [b] autem : *J*.
52 : *JP*[1]. [a] Cariloci : *J*. [b] Theoloci : *J*.
53 : *JP*[1]. [a] archiepiscopo : *J*. [b] ipsasque querelas viribus suis possibilibus studeant sopire : *J*.
54 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] ulla : *J*. [b] Cistercii : *P*[1]. [c] nuntiet : *L*[1]. [d] Angliae, Scotiae... : *J*. [e] Abbas vero Morimundi iis qui sunt... : *J*.

---

[1] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 79.
[2] Le Pin, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 65.
[3] Bonport, in Normannia, dioec. Ebroicensi. *OC*. 193.
[4] Furness abbey, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 97.
[5] Michael, episcopus Manniae et Insularum, in Scotia, † 1203. Gams, *SE*. 197.
[6] In Normannia. *OC*. 95.
[7] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
[8] In dioec. Bisuntinensi. *OC*. 30.
[9] Feuillant, in Languedocio, dioec. Tolosana. *OC*. 157.
[10] Claire-Fontaine, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 24.
[11] Silvanès, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 39.
[12] Mazan, in Languedocio. *OC*. 9.
[13] Froidmont, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 63.
[14] Henricus de Sully, antea abbas de Loco-Regio (Loroy) ord. Cister. dein abbas de Carolo-Loco, Bituricensis archiepiscopus 1183, cardinalis 1186, † 11 novemb. 1199.

Coronato [1] in Lombardia ; abbas Sancti-Anastasii [2] in Roma ia, in Apulia, et in Sicilia ; abbas Campensis [3] in Alemannia [f] et [g] in Saxonia, et si qui supererunt [h] patres abbates eis annuntient vel faciant denuntiari.

55 Abbates de Firmitate, de Pontigniaco, de Claravalle et alii abbates qui cum eis fuerunt in choro [a] cum [b] sanctimonialibus, in dedicatione Cisterciensis basilicae, et quorum consilio terminus ab Ordine constitutus de ingressu mulierum prolongatus est, tribus diebus sint in levi culpa, et de cetero caveatur. Oblationes vero quae inde provenerunt, committuntur quatuor primis abbatibus ut eorum arbitrio distribuantur.

56 Philippus monachus Fonteneti [4], et omnes alii de Ordine nostro qui pro sale suo composuerunt cum comite Willelmo, [a] usque [b] ad festum Omnium Sanctorum veniant Cistercium, et ibi stent arbitrio domini Cistercii. [c]

57 De vecturis quae commodantur domino Regi [5] et aliis principibus, scribatur domino Regi ut et ipse nobis super hoc parcat et alios qui in regno eius sunt a tali exactione compescat.

58 Querela quae vertitur inter abbatem Cari-loci [a] [6] et abbatem Clarifontis [b] [7] abbatibus de Bello-prato [8] et de Fulleio [c] [9] committitur terminanda.

59 De loco abbatiae constituendae qui promittitur abbati de

---

[f] Germania : *J.* [g] absentibus abbatibus idem denuntient : *J.* [h] supersint : *L*¹.

55 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] in choro cum sanctimonialibus : *deest J.* [b] in : *P*¹.

56 : *JL¹MP¹*. [a] Guillelmo : *JL*¹. [b] intra : *J.* [c] Cisterciensis : *J.*

57 : *JL¹MP¹*.

58 : *JP¹*. [a] Carilocensem : *J.* [b] Clarifontensem : *J.* [c] Theoloci : *J.*

59 : *JL²MP¹P¹⁰W*.

---

[1] Seu Morimundus de Mediolano, in Lombardia. *OC.* 33.

[2] SS. Vincentius et Anastasius Trium Fontium ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC.* 62.

[3] Vetus-Campus, primum cisterciense in Germania monasterium, in dioec. Coloniensi. *OC.* 11.

[4] Fontenay, in Burgundia, dioec. Divionensi. *OC.* 8.

[5] Philippus-Augustus, 1180-1223. *BB.* II, 3627.

[6] Cherlieu, in dioec. Bisuntinensi. *OC.* 19.

[7] Clairefontaine, in dioec. Bisuntinensi. *OC.* 24.

[8] Beaupré, in Lotharingia. *OC.* 33.

[9] Feuillant, in Languedocio. (*OC.* 157), vel (iuxta *J*) Tulley, in dioec. Bisuntinensi. *OC.* 19.

Lucella,[a] [1] committitur abbatibus Bellae-vallis [2] et Cariloci [3] ut locum videant, et diligenter cuncta considerent, et si viderint cuncta [b] parata sufficienter ad suscipiendum conventum, habeant potestatem mittendi illuc conventum monachorum.

Nullus abbas nullum monachum vel conversum mittat de domo ad domum, vel de provincia ad provinciam, nisi pro inevitabili paupertate, vel pro inevitabili causa. **60**

Quotiens conventus moratur in grangia, nihilominus ordo per omnia teneatur ab his qui remanent in abbatia. **61**

Abbates benedicendi nihil dent pro benedictionibus suis, quia [a] [simoniacum [b] est. Imo potius a benedictionibus abstineant vel differant]. **62**

Sciendum est quod omni die quo de beata Maria commemoratio fiet ad laudibus, (*sic*) ad missam dicatur collecta exceptis tribus vigiliis Pentecostes, Assumptionis, Omnium Sanctorum. Et omni die quo cantatur missa pro defunctis et de sancta Maria cantetur, die vero Natalis Domini, Paschae, Pentecostes hebdomadarius eiusdem missae cantetur (*sic*) de festo et dicat collectam de sancta Maria. In adventu autem et in omnibus solemnitatibus sanctae Mariae et per octavas Assumptionis ipsius eadem missa quae de conventu canitur de ipsa privatis (*sic*) dicetur. **63**

— *Nota quod codices P³ et T³ huic anno* 1194 *decem statuta inscribunt quae fontes alii et praecipui ad annum* 1197 *ablegant. Ibi ea invenies.*

1195

Statutum est anno praeterito [4] ut pro tribulatione terrae Iero- **1**

[a] Lucellensi : *J* ; Lucelaio : *P*¹. [b] omnia : *J*.
60 : *D*³ [*P*³*T*³, ann. 1191, nº 79].
61 : *D*³*P*¹[*HP*¹, ann. 1185, nº 29 ; *P*³*T*³, ann. 1191, nº 83].
62 : *D*³. [a] *sic finitur pagina codicis D*³ *et alii codices eiusdem filiationis, ut P*³*T*³. [b] simoniacum...etc : *ex H, fol.* 91ᵇ, *ann.* 1185, nº 35.
63 : *H*.
1 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰.

[1] Lützel, in Alsatia Superiore. *OC.* 12.
[2] Bellevaux, in comitatu Burgundiae. *OC.* 8.
[3] Cherlieu, in dioec. Bisuntinensi. *OC.* 19. Abbatia constituenda, de qua hic agitur, Sanctus-Urbanus appellata fuit. *OC.* 200.
[4] Cf. ann. 1194, nº 10.

solymitanae, [a] pro incursu Saracenorum in Hispaniam, [b] pro pace [c] summi Pontificis [1] et domini Imperatoris [2] [d], pro pace regis Franciae [3] et regis Angliae, [4] et pro aliis [e] pro quibus requisiti sumus, omni sexta feria, conventus calciatus [f] eat in ecclesiam post capitulum, ibique septem psalmos poenitentiales prostratus dicat cum solita litania — *Pater noster*, preces *Exurgat Deus, Salvum fac populum tuum, Fiat pax* ; collecta : *Ecclesiae tuae, Deus a quo*... Singulis [g] septimanis [h] unusquisque privatam disciplinam recipiat nisi nimis aegritudine praegravetur. Oratio [i] solita [j] ad sanctam missam : [k] *Deus venerunt*,... non intermittatur, sed tamen [l] *Respice ad Christianorum benignus auxilium* emendetur. Qui aequitaverint, et disciplinam [m] recipiendi non habuerint facultatem, [n] pro disciplina septem psalmos poenitentiales dicant [o].

2 In abbatiis in quibus vinum vel cervisia bibitur et duo pulmentaria habentur, vinum eorum [a] omni sexta feria usque ad Pascha pauperibus erogetur. Si [b] contigerit ut festum praecipuum sexta feria evenerit [c], haec omnia fiant quinta feria praecedente.

3 Statuitur ut annis singulis die quarta Capituli [a] ante recessum abbatum, commemoratio fiat domini [b] Philippi, regis Franciae in cuius regno [c] fundata est domus Cistercii [d] ; regis Anglorum qui [e] eleemosynam suam annis singulis Capitulo [f] assignavit [g] [5] ; domini Imperatoris, regis Arragonensis [6] [h], ducis Burgundiae [7] et pro eis aliqua specialis oratio iniungatur.

---

[a] sanctae : *J*. [b] tum : *J*. [c] inter summum pontificem et. : *J*.
[d] quin etiam pro pacificatione inter regem Fanciae et regem Angliae : *J*.
[e] necessitatibus regionum de quibus : *J*. [f] discalciatus : *J*. [g] porro : *J*.
[h] pro eadem : *J*. [i] vero : *J*. [j] super hoc : *J*. [k] scilicet : L^1.
[l] tantum : P^1. [m] non tulerint secum, pro illa : *J*. [n] tempus : L^1.
[o] recitent : *J*.
2 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] earum : *J*. [b] vero : *J*. [c] eveniat : *J*.
3 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^4 ann. 1196]. [a] generalis : *J*. [b] Papae et : $L^1P^1P^4$.
[c] nimirum : *J*. [d] tum etiam : *J*. [e] quia : *J*. [f] eidem : *J*.
[g] quin etiam : *J*. [h] Arragoniae : L^1P^4, Aragonum : *M*.

---

[1] Celestinus III, 1191-1198. *BB*. I, 830.
[2] Henricus VI, 1190-1197. *BB*. I, 2076.
[3] Philippus-Augustus, 1180-1223. *BB*. II, 3627.
[4] Richardus I, 1189-1199. *BB*. II, 3946.
[5] « redditus annuos celebrando Capitulo largitur, pingui ad sumptus Ecclesia designata de Scardeburg, quae abbati Cistercii subiaceret, ipsius semper arbitrio disponenda ». Manrique, *AC*. 1191, cap. I ; qui etiam citat privilegium, t. III, p. 245.
[6] Alphonsus II, 1162-1196.
[7] Odo III, 1193-1218.

Abbates qui vina vel lanas habent vendere [a], provideant ut 4
eorum evectiones, grangias seu [b] abbatias ordinis per quas tran-
seunt non gravent, et hoc [c] saltem anno propter avenae [d] rari-
tatem [e] sibi provideant in annona [f].

Qui etiam pro foeno, filis [a] seu aliis emendis eunt [b], expensas 5
evectionum suarum nihilominus moderentur.

Garciones [a] non serviant in coquinis [b] conventus, nec in infir- 6
mitoriis ; [c] quoties vero in domo aliqua factum [d] fuerit, prior et
cellerarii quamdiu hoc factum fuerit [e] omni sexta feria sint in
pane et aqua. Abbas vero si hoc scierit [f] et non emendaverit,
culpam hanc [g] in generali Capitulo fateatur.

De fugitivis qui vel incendium vel homicidium minantur aut 7
faciunt, [a] summus pontifex consulatur utrum nobis [b] liceat pro
ipsis coercendis adire iustitiam saecularem.

Abbati in prandio non nisi duae pitantiae [a] apponantur, et 8
una [b] in coena, si ibi [c] comederit, [d] excepto eo qui sedet ad nolam
cui una desuper poterit apponi si necesse fuerit.

In domibus ubi habetur vinum in refectorio [a], monachus [b] 9
hospes vinum suum non distribuat [c], nec alius accipiat [d] ; et mo-
nacho hospiti [g] una tantum pitantia [f] distribuenda sit, alia [g] non
possit apponi nisi ex [h] praecepto abbatis vel prioris, et ipsa [i]
non distribuenda. Transgressor uno die sit in pane et aqua.
Idem de conversis observetur.

Nulli penitus in abbatiis, grangiis vel cellariis [a], carnes den- 10

---

4 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 ann. 1192, P^4, 1196]. [a] vendendas : *J*. [b] aut : *J*. [c] hoc vero presertim anno in quo contingit avenae raritas : *J*. [d] annonae : L^1P^4. [e] caritatem : *M*. [f] qui ducunt vinum vel lanam ad vendendum, ne gravent abbatias vel grangias nostri Ordinis saltem hoc anno propter avenae caritatem sibi provideant in annona : P^3T^3.

5 : $D^3JL^1P^1$ [P^4, 1196]. [a] Qui vero pro fero, fila et aliis nihilominus: P^4. [b] proficiscuntur : *J*.

6 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 ann. 1192]. [a] Pueri : *J*. [b] coquina : L^1; coquina conventus abbatiae vel infirmorum : P^4. [c] infirmitorio : *J*. [d] id commissum : *J*. [e] tolerarint : *J*. [f] sciverit : *J*. [g] suam : L^1 ; istam : P^4.

7 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^4 ann. 1196]. [a] ut faciant : *M*. [b] nobis : *deest* *J*.

8 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^4 ann. 1196]. [a] hemina : *J* ; iustitiae : $L^1MP^1P^4$. [b] vero tantum : *J*. [c] in conventu : *J*. [d] pransus fuerit : P^4.

9 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 ann. 1192, P^4, 1196]. [a] conventu : L^1. [b] vel conversus : L^1. [c] pauperibus : *J*. [d] distribuendum : *J* ; qui autem dederit vel acceperit uno die sit... : L^1. [e] vel converso : L^1. [f] fiat : *M*. [g] vero : *J*. [h] de : *J*. [i] ipsa autem : *J*.

10 : $D^3HJL^1MP^1$. [P^3T^3 ann. 1192 P^4, 1196]. [a] nostris : L^1.

tur [b], exceptis infirmis in abbatia [c]. Transgressor, sive abbas, sive quilibet alius, eodem die quo hoc fecerit, sit in pane et aqua [d].

11 Qui scienter silentium suum fregerit ea die sit in pane et aqua si ieiunus est. Si autem comedit [a], in crastino, et postmodum veniam petat in capitulo et verberetur. Si [b] privatim confessus fuerit, eadem ei poenitentia iniungatur cum privata disciplina.

12 Nihil accipiant infirmarii nisi de manu cellerarii vel sociorum eius. Qui autem aliter fecerit, uno die sit in pane et aqua [a].

13 Monachi vel conversi qui sibi aliquid mutuo [a] dederint vel acceperint sine [b] licentia abbatis vel prioris absente abbate : tribus diebus sint in pane et aqua et in [c] privata confessione eadem eis poenitentia iniungatur.

14 Scribantur dona quae fecerit abbas, prior et cellerarius et in computatione recitentur [a].

15 In abbatiis vel grangiis non habeantur pro mercenariis consanguinei monachorum vel conversorum [a] ; nec pueri nutriantur [b], sed nec tales habeantur in officina [c] textorum, sutorum, vel pellificum qui minus quam duodecim [d] annos habeant.

16 Nulli detur licentia equitandi [a] nisi pro certa et evidenti necessitate domus. Abbas qui huiusmodi [b] licentiam dederit, veniam petat in capitulo generali ; prior [c] vel quilibet alius qui huiusmodi licentiam dederit, tribus diebus sit in pane et aqua.

17 Monachus subcellerarius claves cellarii custodiat et ministret vinum refectoriis, infirmitoriis et hospitibus [a], sicut [b] et caetera [c].

---

[b] ministrentur : D^3. [c] et in infirmitorio tantum : L^1.

11 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] comederit : *JM* ; pransus : P^4. [b] Si hoc : JL^1.

12 : $D^3HJL^1P^1$ [P^3T^3 *ann.* 1192]. [a] Sententia de infirmariis firmiter teneatur quod nonnisi de manu cellerarii victualia accipiant. Transgressor vero eius poenam sustineat institutam : *H*.

13 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] invicem : *J*. [b] absque : *J*. [c] et si privatim confessus fuerit : *H*.

14 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] Abbas prior, cellerarius ea quae dant scribant, et visitatori in computatione demonstrent : $D^3L^1P^3T^3$.

15 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] qui detinuerint, tamdiu sint in pane et aqua sexta feria : D^3L^1. [b] mittantur : *M*. [c] officinis : D^3J. [d] duodennes fuerint : *J* ; octodecim : P^4.

16 : $D^3JL^1P^1$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] eundi : JP^1P^4. [b] eiusmodi : *J* ; hanc : P^4. [c] priores autem qui dederint tribus diebus ieiunent : *J*.

17 : $D^3HJL^1P^1$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] et si indiget solatio, administretur ei : D^3. [b] uti etiam cetera necessaria : *J*. [c] Cellarium si clausum sit cellerarius minor claves habeat illius cellarii et vinum distribuat ubi necesse fuerit, et si indiget solatio administretur ei : P^3T^3.

In cellariis et grangiis in quibus vinum [a] bibitur, unum solum- 18
modo [b] pulmentum habeatur.

Qui deprehensus fuerit in manifesto carnis contagio, de domo 19
illa penitus emittatur [a] nec nominatim ei alia assignetur, sed
litteras habeat [b] generales universis religiosis communi vita de-
gentibus. Monachus [c] tamen non transeat nisi ad collegium mo-
nachorum.

In domo ubi [a] orta fuerit conspiratio [b], conversi novitii dein- 20
ceps non recipiantur usque ad nutum Capituli generalis. Hoc
ipsum et [c] de monachis constituitur, nisi forte talis persona [d]
fuerit unde [e] scandalum oriatur et damnum [f]; et hoc cum factum
fuerit [g], illi de [h] quatuor primis abbatibus nuncietur [i] de cuius
derivatione domus illa fuerit.

De fugitivis qui uxores duxerint vel ex concubinio [a] filios habu- 21
erint, statuimus sicut [b] et de illis qui in manifesto carnis contagio
fuerint deprehensi.

Qui autem propter alias causas eiiciuntur vel exeunt, si infra 22
septem dies redierint, recipi [a] poterunt in ordine [b] quem prius
habuerant. Si [c] ultra septem dies [d] in sua obstinatione perman-
serint, recipi quidem poterunt ita tamen [e] quod in eo gradu in
quo ultimi recipiuntur, semper permaneant [f].

De illis qui in proprietate vel furto inventi fuerint vel qui 23
cum rebus monasterii furtive exierint,statuimus ut non nisi loco
familarium deinceps habeantur, et si postmodum in eo [a] habitu,
in proprietate vel furto inventi fuerint, de Ordine expellantur.
Monachi ad domos alias emittantur, semper in eo gradu [b] in quo
ultimi recipiuntur permansuri [c].

---

18 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^4 *ann.* 1196]. [a] continue : D^3. [b] in die : D^3.

19 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] nunquam reversursus : L^1. [b] accipiat : P^4. [c] Si autem monachus : *J*.

20 : $D^3HJL^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] in qua : *J*. [b] per conversos : *H* ; conversorum : P^4. [c] etiam : *J*. [d] penitentia (!) : P^1. [e] unum : P^1. [f] nisi recipietur : *J*. [g] aut evenerit : *J*. [h] uni e : *J*. [i] illud nempe ei ex cuius derivata fuerit illa domus : *J*.

21 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$[P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] concubinis : MP^1P^4. [b] eodem modo ac de illis : *J*.

22 : JL^1P^1 [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] restitui : L^1P^4. [b] et collocatione quam habebant : *J*. [c] Si vero : *J*. [d] septimum diem : P^4. [e] ne in suo pristino gradu restituuntur, sed semper ultimi remaneant : *J* ; [f] permanebunt : P^4.

23 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$[P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] in habitu familiarium... in iisdem criminibus rursum inventus : *J*. [b] ultimo permansuri : *J* ; sed de cetero nonnisi veteres pannos habeant, nisi secum novos retulerint : D^3. [c] *formula brevior apud* P^4.

24 De rasuris et benedictione novitii [a], antiqua consuetudo teneatur.

25 Dominica in Ramis Palmarum tres lampades ardeant sicut in aliis [a] sollemnitatibus [b].

26 Monachi vel conversi nostri qui quamdiu [a] in nundinis fuerint, a piscibus abstineant. In Adventu tamen et Quadragesima allecia [b] poterunt comedere. Transgressor amoveatur ab officio suo.

27 Prior qui quotidianam [a] pitantiam [b] exegerit, ab officio prioratus deponatur.

28 De esu carnium in infirmitorio sicut statutum est [a] antiquitus teneatur [b]; hoc tamen diligentius observetur ut omnis superfluitas auferatur.

29 Si contingerit ut festum Annuntiationis beatae Mariae vel sancti Benedicti sabbato in Ramis [a] Palmarum evenerit, ipso die celebretur, nt sermo in capitulo habeatur. Vesperae usque ad capitulum de sancto erunt, capitulum [b] et reliqua de dominica, ita sane ut commemoratio fiat de sancto [c].

30 Monachi vel conversi qui deposita contra institutionemOrdinis receperint [a], de propriis domibus eiiciantur, nec ad illas redeant, nisi per generale capitulum.

31 De mantellis vel [a] botis novis teneatur [b] quod in libro Usuum continetur.

32 Conversi [a] qui hoc transgressi fuerint, quamdiu in tali transgressione perseveraverint [b], omni sexta feria sint in pane et aqua, nec communicent [c]. Abbates [d], priores, cellerarii qui hoc emendare disimulaverint, quamdiu in ista dissimulatione permanserint, omni sexta feria sint in pane et aqua.

---

24 : $D^3HJL^1L^2P^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] novitii : *deest* L^1.

25 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192]. [a] magnis : *H.* [b] magnis festis : *J* ; L^1 *add* : in Usibus notatis.

26 : $D^3HJL^1MP^1$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] diu : *J.* [b] halecia : JL^1 ; calecia : P^4.

27 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] quotidianam : *deest* P^4. [b] *J add* : peculiarem.

28 : HJL^1MP^1. [a] fuit : *J.* [b] nunc observetur ; caveatur tamen diligenter ut : *J.*

29 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192]. [a] in ramis : *deest J.* [b] vero et reliqua de ipsa dominica : *J.* [c] L^1 *add.* : quae sententia ponatur in libro Usuum.

30 : $D^3HJP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1192]. [a] sine conscientia abbatis proprii : D^3.

31 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192]. [a] et de : *J.* [b] id quod : *J.*

32 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192]. [a] autem : *J.* [b] perduraverint : L^1. [c] nec communicent : *deest* L^1. [d] autem : *J.*

Qui [a] cappis olosericis [b] hoc anno usi sunt vel deinceps usi fue- 33
rint, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et
aqua, exceptis illis qui benedicuntur [c].

Conversus qui mercator dicitur, ad nutum abbatis et cellerarii 34
se habeat, alioquin [a] ab ipsa obedientia amoveatur.

Secundum Regulam, non licet monachis litteras vel eulogias ali- 35
cui mittere, vel ab aliquo accipere ; immo [a] statuimus ut nulli de
cetero liceat litteras patri abbati vel alteri personae, sine cons-
cientia et voluntate proprii abbatis, dirigere.

Si quid autem in abbate vel abbatia corrigendum fuerit usque 36
ad adventum visitatoris sustineant, et ad consilium illius se
habeant. Quid si quis transgressus fuerit, sententiae conspirato-
rum subiaceat.

Abbas depositus in domo illa [a] non remaneat, sed ad aliam se 37
transferat [b], qui vero sponte cesserit, nisi quietus, humilis et obe-
diens fuerit, ad aliam domum mittatur [c].

Domino [a] Cantuariensi [1] archiepiscopo concessum est in obitu 38
suo servitium, sicut [b] uni ex nobis ; et scribatur in regula.

Pedules de corio omnibus [a] omnino interdicuntur, et de wan- 39
degiis sententia scripta teneatur.

Quicumque hoc anno guerram facientibus [a] vecturas [b] commo- 40
daverunt [c], tribus sextis diebus [d] sint in pane et aqua, et qui-
cumque hoc de cetero [e] fecerit, vel quorum consilio factum fuerit,
quoties hoc fecerint, eandem poenam similiter patiantur [f].

De Cartusiensibus pacis charitatisque gratia, statuimus ut nul- 41

---

33 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] Abbas : P^3T^3. [b] osericis : P^4. [c] nisi in propria benedictione : D^3.

34 : $D^3JL^1P^1$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] deponatur : L^1.

35 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192]. [a] Ideo : D^3J.

36 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192].

37 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192, P^4, 1196]. [a] eadem : P^4. [b] et intra triginta dies professionem faciat, alioquin pro fugitivo habeatur : $D^3JP^1P^4$. [c] emittatur : JP^1. – et in ordine conversionis suae revertatur : L^1.

38 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Henrico : *J*. [b] tamquam uni de : *J*.

39 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^4 *ann* 1196]. [a] omnibus : *deest J*.

40 : $JL^2MP^1P^{10}$ [P^4 *ann.* 1196]. [a] bellum gerentibus : *J*. [b] seu aurigatoria : *J*. [c] commodaverit : P^4. [d] feriis : JP^1. [e] reliquo : *J*. [f] subeant : *J*.

41 : $D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1192].

---

[1] Non obstante nostro codice *J*, Gams, *SE*. 183, citat Hubertum Walter, arch. Cantuar. 1193, † 1205.

lum de eorum Ordine sine ipsorum licentia recipiamus, et ipsi de nostris sine assensu nostro nullum recipiant.

42 Qui pro abbatis creatione vel aliqua [a] monasterii ordinatione potentes [b] adeunt et eorum auxilia [c] implorant, vel [d] Ordinis secreta depravando revelant [e], sententiae conspiratorum subiaceant.

43 Querelae illis [a] non committantur qui de partibus [b] derivantur, si alii inveniri poterunt.

44 Quaerimonia Grandis-sylvae [1] et Gimundi [2] committitur abbatibus Claraevallis et Morimundi ut quod auctoritate Capituli inde fecerint [a] de cetero firmiter teneatur.

45 De abbate de Phalera [3], committitur abbatibus Sancti-Sulpicii [4] et de Fossa-nova [5], et Sancti-Anastasii [6], ut [a] domum ipsam adeant, et auctoritate Capituli tam in ipsum abbatem quam in reliquos plenariam emendandi potestatem habeant.

46 Abbas de Coronato [7] quia [a] filium abbatem nimis dure tractavit, et litteris domini Cistercii minus [b] quam debuit detulit, veniat Morimundum, et stet ad arbitrium domini Morimundi [c].

47 De abbatia Rambona [8] quae est in Marcha scribatur domino Imperatori et domino Marevaldo quod ille qui in domo ipsa nomen abbatis usurpavit, fugitivus sit Ordinis, et qui fugitivo de Ordine adhaeserint amodo in ordine nisi per generale Capitulum non recipientur.

---

42 : *D³HJL¹L²MP¹P¹⁰* [*P³T³ ann.* 1192, *P⁴*, 1196]. [a] alia : *H* ; nova : *J*. [b] et nobiles dominos seu principes : *J* ; saecülares : *P⁴*. [c] patrocinia : *H*. [d] saecularibus : *D³P⁴*. *MP¹*. [e] ea depravantes : *J*.

43 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] illae : *P¹* ; terminandae : *J*. [b] illis qui de partibus contendentibus, modo alii inveniri et seligi possunt : *J*.

44 : *JP¹*. [a] pro rato et fixo in posterum habeatur : *J*.

45 : *JP¹*. [a] quamquam : *P¹*.

46 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] qui : *M*. [b] honoris : *J*. [c] Morimundensis : *J*.

47 : *JP¹*. [a] minis : *J*.

---

[1] Grand-Selve, in Vasconia et dioec. Tolosana. *OC*. 81.

[2] Gimont, in Vasconia et dioec. Auscensi. *OC*. 78.

[3] Falera, in patrimonio S. Petri et dioec. Civitatis-Castelli. *OC*. 77.

[4] In dioec. Bellicensi. *OC*. 27.

[5] In dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

[6] SS. Vincentius et Anastasius Trium Fontium ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC*. 62.

[7] Seu Morimundo di Milano. *OC*. 33.

[8] Cf. Janauschek, *OC*. p. LXXXI ; *TB*. II, 2499.

De conversis Longi-pontis [1] statuitur ut sicut modo sunt, ita remaneant, et usque ad sequens Capitulum adhuc probentur. 48

Abbates de quorum conscientia in [a] monasteriis eorum saeculares inordinate comedunt [b] carnes, tribus diebus ieiunent in pane et aqua. 49

Abbatibus de Theoloco[2] et de Clarofonte[3], quaerimonia Caroliloci [a] [4] et de Caritate [5] iudicio vel compositione terminanda iterum committitur, et si per eos steterit ut usque ad Adventum Domini hoc impletum non sit : ex tunc omni sexta feria ieiunent in pane et aqua. 50

Quia vero idipsum hoc anno implere neglexerunt[a], tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Similiter patiantur qui mandatum Capituli secundum [b] formam sibi[c] traditam effectui [d] mancipare neglexerint. 51

Abbas de Balerna [6] qui in adventu domini Cistercii visus est contristari, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 52

Querela Cariloci [7] et Clarifontis [8] committitur abbatibus Albae ripae [9] et de Bethania [10] iudicio vel compositione terminanda. 53

Querela abbatum de Charitate [11], de Roseriis [12], de Acincto [13], 54

---

48 : *JP*¹.
49 : *JP*¹. [a] ipsis suis : *J*. [b] comederunt : *P*¹.
50 : *JP*¹. [a] Cariloci : *J*.
51 : *JP*¹. [a] implere neglexerunt : *deest P*¹. [b] iuxta : *J*. [c] sibi : *deest J*. [d] effectui : *deest J*.
52 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰.
53 : *JP*¹.
54 : *JP*¹.

---

[1] In Picardia. *OC*. 22.
[2] Tulley, Theulley, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 19.
[3] In dioec. Bisuntinensi, non confundendus cum Clarofonte Hibernico. *OC*. 24.
[4] Chaalis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
[5] In dioec. Bisuntinensi. *OC*. 30.
[6] In dioec. S. Claudii. *OC*. 41.
[7] Cherlieu, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 19.
[8] In dioec. Bisuntinensi. *OC*. 24.
[9] Haute-Rive, in pago Friburgensi, in Helvetia. *OC*. 50.
[10] Bithaine, in dioec. Vesuntionensi. *OC*. 28.
[11] In dioec. Bisuntinensi. *OC*. 30.
[12] In dioec. S. Claudii. *OC*. 26.
[13] Seu Aceyum, Acey, in dioec. S. Claudii. *OC*. 40.

de [a] Miratorio [1], committitur abbatibus Bellae vallis [2] et Bullionis [3] iudicio vel compositione terminanda.

55 Abbas de Firmitate qui pueros infra annos quindecim [a] in probatione recepit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Similiter prior et reliqui officiales patiantur quorum consilio tales sunt recepti. De eisdem vero pueris retinendis aut eiiciendis domini [b] Cistercii arbitrio relinquitur, qui utique salva pace [c] hoc quod per se potuit et debuit emendare, non debuerat Capitulo reservare.

56 De transmutatione abbatiae de Casali [4] committitur abbati Morimundi.

57 Querela de abbate [a] de Cupro [5] committitur abbati Claraevallis.

58 Abbas de Insula [6] qui de frequenti mendacio arguitur et de inobedientia patri abbati [a], eat [b] in instanti Morimundum, et stet ad arbitrium abbatis Morimundi [c].

59 Pro abbatiis [a] quae sunt in confinio terrarum, et pro aliis negotiis Ordinis, mittentur abbates de Pinu [7], de Persenia [8], de Bono portu [9], ad regem Angliae [10], et ad regem Franciae [11] mittantur [b] alii abbates, de Claravalle, et quod vocaverit ipse.

60 Abbas Firmae petrae [12] qui etiam iussus a patre abbate ut veni-

---

[a] et de : *J*.
55 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] quindecim : *deest* JP^1. [b] *domino* : P^1. [c] pace sua : JP^1.
56 : JP^1.
57 : JP^1. [a] abbatis : *J*.
58 : $JL^2MP^1P^{10}$. [a] erga patrem abbatem : *J* ; patris abbatis : P^1. [b] statim : *J*. [c] Morimundensis : *J*.
59 : JL^1P^1. [a] sitis : *J*. [b] nempe : *J*.
60 : JP^1.

---

[1] Le Miroir, in dioec. Aeduensi. *OC*. 20.
[2] Bellevaux, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 8.
[3] Bullio, Billon, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 110.
[4] Casale-Vallonis, Casalvolone, in Pedemontio, Morimundi Mediolanensis filia. *OC*. 157.
[5] Cuprum, Coupar, in dioec. S. Andreae, in Scotia, *OC*. 151.
[6] Insula Barrensis, L'Isle-en-Barrois, in dioec. Nanceiensi. *OC*. 126.
[7] Le Pin, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 65.
[8] Perseigne, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 84.
[9] Bonport, in Normannia et dioec. Ebroicensi. *OC*. 193.
[10] Richardus, 1189-1199.
[11] Philippus-Augustus, 1180-1223.
[12] B. M. de Petris [?] in dioec. Bituricensi. *OC*. 116.

ret ad Capitulum et [a] non venit, et contempsit, poenitentiam aliis impositam sustineat.

61 Abbates de Ebera [1] et de Macenaria [2] [a] de Curatio [3], et de Ferraria [4] qui non venerunt ad Capitulum cum venire debuissent, poenitentiam anno praeterito talibus transgressoribus impositam sustineant, et hoc illis denuntient vicini abbates.

62 Abbas de Combremaure [a] [5] qui iussus a patre abbate ut veniret ad Capitulum et non venit, veniat Savigniacum [6], et stet ad arbitrium domini Savigniacensis ; veniat [b] autem usque ad Adventum Domini.

63 Abbas de Bilduas [7] [a] hoc ei annuntiet.

64 Abbates de provinciis [a] Sclavoniae veniant ad Capitulum [b]. sicut [c] solent illi de Polonia venire.

65 Abbas Rievallis [8] quem rex Angliae excusavit [a], ad sequens Capitulum veniat, et propter hoc veniam petat.

66 Conversi Walliae qui abbati de Guthlimur [9] equos abstulerunt, quia [a] cervisiam eis inhibuerat, Claramvallem pedites veniant et stent ad arbitrium domini Claraevallis. Abbas de Stafleur [10] [b] hoc nuntiet faciendum.

---

[a] contempsit, poenitentiam huiusmodi contemptoribus impositam ipse sustineat : *J*.

61 : *JP¹*. [a] Macennariis : *P¹*.

62 : *JP¹*. [a] Combremar : *J*. [b] ibidem autem veniat intra adventum : *J*.

63 : *JP¹*. [a] Bilduanensis hoc eidem : *J*.

64 : *JL¹P¹*. [a] provinciae : *J*. [b] generale : *J*. [c] prout solent qui de Polonia solent venire : *J*.

65 : *JP¹*. [a] studeat nihilominus ad sequentis anni Capitulum venire infallibiliter super hoc tamen veniam petiturus : *J*.

66 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] eo quod voluit cervisiam eis bibere prohibuisse : *J*. [b] Straflur : *P¹*.

---

[1] Seu Ebracum, Ebrach, in Bavaria. *OC*. 13.

[2] Maceiradam, in Lusitania. *OC*. 187.

[3] Corazzo, in Calabria, ubi tunc erat abbas Joachim, propheta. *OC*. 168.

[4] Huius nominis duo monasteria erant : in Vetere Castella, in regno Neapolitano. *OC*. 163, 178.

[5] Seu Cumbermera, in dioec. Conventrensi, in Anglia. *OC*. 100.

[6] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.

[7] Bildewasium, Bildewas, in dioec. Cestriensi, in Anglia. *OC*. 102.

[8] Rievaulx-Abbey, illustris abbatia in dioec. Eboracensi in Anglia, *OC*. 22.

[9] Cumira, Cumhir, in Wallia. *OC*. 74.

[10] Strata-Florida, in comitatu Cardigensi Walliae meridionalis. *OC*. 151.

67 Abbas de Monasterio[a]-in-Argona [1] qui divortio unde grave scandalum ortum est, et in quo sententia prima citationis et absente marito praecipitata est, interfuit in [b] festum beati Lucae ad summum Pontificem iter arripiat, eique in virtute obedientiae et sub excommunicationis poena, praecipitur ut summo Pontifici totam facti seriem exponat et ad eius arbitrium satisfaciat, ita quod litteris ipsius sequenti Capitulo quid inde egerit manifestet.

68 De Hiberniensibus monachis qui novo modo et illicito lanam contra consuetudinem Ordinis ad vestimenta sibi facienda accéperunt[a]: abbati Claraevallis committitur quatenus[b] duos abbates idoneos illuc dirigat, qui auctoritate Capituli fulti talem excessum digne corrigant et notabilem diversitatem ad unitatem Ordinis reducant.

69 De ingressu mulierum in domum de Charitate [2] domino archiepiscopo Bisuntino et comiti Stephano scribatur quatenus [a] omnimodam diligentiam adhibeant, ut [b] de cetero mulieres domum praedictam ingredi non debeant. Abbas quoque [c] comitem ipsum die dedicationis [d] praesentem habere studeat, qui mulieres ab introitu praedicti monasterii coerceat.

70 Cognitio causae abbatis Bessinwere [3] patri abbati et domino Savigniacensi [4] committitur quod eam diligenter inquirant et [a] inventam diligenter corrigant.

71 De Joanne monacho de Valkenrede[5] [a] qui introduxit mulieres in abbatiam, praecipitur ut de eadem domo ad aliam domum emittatur, numquam ad propriam reversurus nisi per [b] generale Capitulum.

72 De abbatiis de Porta [6] et de Cella Sanctae-Mariae [7] committitur abbati Morimundensi digne corrigendum [a].

---

67 : JL^1P^1. [a] Monasterii : *J*. [b] infra : *J*.
68 : JL^1P^1. [a] sumunt : *J*. [b] ut : *J* ; quod : P^1.
69 : JL^1P^1. [a] ut : *J* ; quod : P^1. [b] quatinus : *J*. [c] Charitatis : *J*. [d] ecclesiae suae : *J*.
70 : JP^1. [a] scitam exacte corrigant : *J*.
71 : JL^1P^1. [a] Valrenrede : JP^1. [b] de nutu generalis Capituli : *J*.
72 : JP^1. [a] emendandum : *J*.

---

[1] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC.* 79.
[2] In dioec. Bisuntina. *OC.* 30.
[3] i. e. Basingwerk, in agro Flintensi, in Wallia. *OC.* 99.
[4] Savigny, in Normannia. *OC.* 95.
[5] Seu Volkenrode, in Thuringia et dioec. Moguntina. *OC.* 21.
[6] Pforte, in provincia Borusso Saxonica. *OC.* 25.
[7] Seu Vetus-Cella, Altzelle, in Saxonia Regia. *OC.* 171.

De [a] abbate Sylvae canae [1] committitur [b] abbati Morimundi. Abbas de Maceriis[2] eamdem poenitentiam sustineat quam abbas de Firmitate pro novitio infra annos [c] recepto. 73

Querela abbatis de Cumba [3] et abbatis de Stanleia [4] committitur abbatibus de Wanuerle [5] et de Bilduas [6], compositione vel iudicio terminanda, ita [a] sane ut quod inde [b] fuerit statutum, firmiter [c] teneatur. 74

Abbas de Petris [7] qui inobediens fuit domino Cistercii, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; de damno vero quod passa est domus Boni loci [8] committitur abbatibus de Albis petris [9], de Albiniaco [10] [a] et de Domo Dei [11]. 75

Abbatibus Walliae [a] praecipitur ut in eorum grangiis, nec cervisia nec aliquis potus praeter aquam simplicem bibatur [b] ; quamdiu [c] id non fuerit observatum, nullus, ubi hoc factum fuerit, conversus interim recipiatur. 76

Abbates vero de Margan[12] et de Albadomo[13] sequenti Capitulo se praesentent, et ad eius arbitrium[a] satisfaciant. 77

Abbas de Intreburch[14] [a] qui monachum et conversum suum misit cum reliquiis ad mendicandum, sex diebus sit in levi culpa, 78

---

73 : *JMP*[1]. [a] Quod ad abbatem : *J.* [b] videndum : *add. J.* [c] condignos : *J.*
74 : *JP*[1]. [a] ita tamen : *J.* [b] statuerint : *J.* [c] a partibus : *J.*
75 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Albiniano : *JP*[1].
76 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Waliae : *P*[1]. [b] bibant : *J.* [c] vero : *JP*[1].
77 : *JP*[1]. [a] Capituli : *J.*
78 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] Jutrebuch : *W.*

---

[1] In dioec. Aquensi in Gallia. *OC.* 107.
[2] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC.* 26.
[3] Combe-Abbey, in dioec. Lichfeldensi in Anglia. *OC.* 121.
[4] Stanleia in Ardenna, Stoneley, in dioec. Wigorniensi in Anglia. *OC.* 137.
[5] Waverley inclyta domus prope Farnhamum, in dioec. Wintoniensi in Anglia. *OC.* 16.
[6] Bildewas, in dioec. Cestriensi in Anglia. *OC.* 102.
[7] N.-D. des Pierres, in dioec. Bituricensi. *OC.* 116.
[8] Huius nominis duo monasteria extiterunt : in dioec. Burdigalensi, Lemovicensi. *OC.* 64, 148.
[9] Aube-Pierres, in dioec. Lemovicensi. *OC.* 115.
[10] Aubignac, in dioe. Lemovicensi. *OC.* 149.
[11] Domus Dei in Pertico, seu Trappa, in dioec. Sagiensi. *OC.* 105.
[12] Inclyta abbatia in comitatu Glamorgamensi in Wallia. *OC.* 107.
[13] Alba-domus de Stratmargel, seu Strata Marcella, in dioec. Asaphensi in Wallia. *OC.* 160.
[14] Seu Coena S. Mariae, Zinna, prope oppidum Jüterborg. *OC.* 163.

uno eorum in pane et aqua, et collecta quam accepit [b] sequenti Capitulo deferatur. Quilibet vero aliquid tale commiserit vindictam similem sortiatur.

79 De conversis Sancti-Godardi [1] qui in monachum quemdam inaudita crudelitate et furore incredibili saevierunt, praecipitur ut qui huius sceleris [a] magis culpabiles fuerint comprobati, de ipsa domo et de tota Hungaria expellantur; in eam numquam de cetero reversuri. Si qui vero fuerint qui tanto sceleri facientes [b] eis adherere voluerint, poenam similem [c] sortiantur. Huius [d] excessus correctio abbatibus Claraevallis et Trium Fontium [2] committitur [e].

80 Ipsi vero provideant ut viro solerti et strenuo id operis iniungatur, qui hoc ipsum diligenter et sollicite debeat adimplere.

81 Scribatur et [a] super hoc, ex parte Capituli regi Ungariae [3], quod [b] tanto sceleri [c] vindicando consilium praebeat et auxilium, si forte [d] super hoc fuerit requisitus.

82 De sumptibus qui domui Claravallensium in Divione [a] construendae sunt necessarii, committitur abbatibus Savigniaci [4], Trium Fontium [5], Igniaci [6], Ursicampi [7], ut ipsi rem huiusmodi ea discretione moderentur, quatenus [b] a notabili exactione prorsus abstineant et quaerela [c] penitus sopiatur.

83 De abbatia de Carnot [8] a cuius ingressu mulieres ad praesens [a] non possunt arceri, permittitur ut monachi in grangia ad quam

---

[b] quicumque vero de cetero : *J*.

79 : *JL¹P¹*. [a] culpabiliores reperti fuerint : *J*. [b] tanto facinori authores : *J*. [c] parem : *J*. [d] autem : *J*. [e] *brevius apud L¹* : Commissio abbatibus Claraevallis et Trium-Fontium de conversis Sancti-Godardi, qui in monachum quemdam inaudita crudelitate et furore incredibili saevierunt.

80 : *JP¹*. *continuatio praecedentis statuti.*

81 : *JP¹*. *id.* [a] igitur de hoc : *J*. [b] ut : *J*. [c] facinori : *J*. [d] tamen : *J*.

82 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] apud Divionem : *J*. [b] ut : *J* ; quamquam : *P¹*. [c] querimonia : *J*.

83 : *JL¹MP¹*. [a] pro presenti tantum : *J*.

---

[1] S. Gotthardus, abbatia in Hungaria sita. *OC.* 183.
[2] In dioec. Catalaunensi, et S. Gothardi abbatia mater. *OC.* 6.
[3] Béla III, 1173-1196.
[4] Savigny, in Normannia. *OC.* 95.
[5] In dioec. Catalaunensi. *OC.* 6.
[6] Igny, in dioec. Remonsi. *OC.* 14.
[7] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC.* 17.
[8] S. Mauritius de Carnoet, in dioec. Corisopitensi (Quimper). *OC.* 175.

secesserunt ordinem suum tenentes usque ad [b] Capitulum demorentur.

De abbate Sancti-Justi [1] quem summus Pontifex excusare 84
videtur, interim sustinemus firmiter tamen [a] praecipientes ut omni occasione remota sequenti Capitulo se praesentet.

Abbas Sancti-Sulpitii [2] utatur consilio domini Pontiniaci [a] 85
in substituendis abbatibus filiis et in suis coenobiis ordinandis, et de ingressu mulierum in monasterio Sancti-Sebastiani [3] summum Pontificem consulat suggerens ei quod si mulieres ab ingressu monasterii non arceantur, Ordo non poterit sustinere [b].

Abbas Igniacensis [4] qui de receptione conversi domini Cistercii 86
litteris inobediens fuit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas vero Claraevallis dissuasores huius receptionis diligenter inquirat, et eos dictam poenam subire compellat.

Abbas de Hirantia [5] qui contra Patris abbatis prohibitionem, 87
ad colendas vineas monachos suos misit, poenam de inoboedientia scriptam [a] exequatur.

Abbates qui praesentes sunt et non [a] fecerunt poenitentiam, 88
eo [b] quod anno praeterito ad Capitulum non venerunt, sex diebus continuis in propriis domibus sint in levi culpa, et extra stallum suum usque ad Natale Domini permaneant, et omni [c] sexta feria usque ad dictum terminum in pane et aqua ieiunent. Qui vero absentes sunt, poenitentiam quam [d] anno praeterito indicta fuit [e] exequantur, donec domui Cistercii se praesentent.

Abbas de Domo-Dei [6] qui dominum cardinalem in Pratea 89

---

[b] sequens : JP^1.

84 : JL^1MP^1. [h] ei : L^1.

85 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Pontiniacensis : *J*. [b] sustineri : *J*.

86 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$.

87 : JMP^1. [a] in Regula : *J*.

88 : JL^1MP^1. [a] nec : *J*. [b] de eo : *J*. [c] omnique : *J*. [d] ipsis : *J*.

89 : JL^1MP^1.

---

[1] San-Giusto, in dioec. Tuscanensi. *OC*. 88.

[2] St-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.

[3] S.-Sebastianus in Catacumbis, prope Romam, abbatiae S. Sulpicii filia *OC*. 162.

[4] Igny, in dioec. Remensi. *OC*. 14.

[5] Irancium, Iranzu, in Navarra et dioec. Pampilonensi. *OC*. 176.

[6] Domus-Dei supra Chaurum, seu Niger-Lacus, in dioec. Bituricensi, non longe a monasterio de Pratea. *OC*. 43.

aegrotantem minime visitavit tribus diebus sit in levi culpa.

90 Monachus [a] de Candelio [1] qui se intrusit in abbatiam Loci-Dei, [2] eat ad Grandemsylvam [3], et non aequitet nec promoveatur in abbatem. Prior [b] vero Candelii qui eum comitatus fuit [c], deponatur.

91 Abbatibus de Hibernia permittitur ut tres tantum de ipsis annis singulis veniant ad Capitulum, et abbas Mellifontis [4] provideat ut sic fiat.

92 Abbas de Pratea [5] qui veniens ad Capitulum a Claravalle reversus est propter imminentem domus suae vastationem [a], tribus diebus sit in levi culpa.

93 Abbas Altae Cumbae [6] qui cum venire deberet ad Capitulum non venit, sed tempore Capituli romanam Curiam adiit propter pacem electi Viennensis[a] [7] qui eum transmisit, usque ad sequens Capitulum differtur, et tunc omni occasione remota veniat et veniam inde petat.

94 Abbas de Duneline [8] qui hoc anno non venit[a] ad Capitulum de infirmitate se excusans cum etiam [b] equitaret, poenitentiam anno praeterito super tali culpa[c] iniunctam, faciat donec Cistercio se praesentet, et hoc [d] ei nuntiet abbas de Choro Sancti [e] Benedicti [9].

95 De abbatibus Hiberniae praecipitur ut qui[a] habent privilegia contra formam Ordinis, sequenti anno privilegia [b] ad Capitulum deferant et interim [c] eis non[d] utantur.

---

90 : *JP*[1]. [a] Abbas : *J*. [b] autem : *J*. [c] est : *J*.
91 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. *cf. ann.* 1190, *n*° 17.
92 : *JMP*[1]. [a] nihilominus : *J*.
93 : *JP*[1]. [a] archiepiscopi : *J*.
94 ; *JL*[1]*MP*[1]. [a] abfuit a : *J*. [b] bene : *M* ; nihilominus ut dictum est posse equitare et equitasset de facto : *J*. [c] facto sibi iniunctam exequatur : *J*. [d] hoc autem ei denuntiet : *J*. [e] de Choro-benedicto : *M*.
95 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] qui ipsorum : *J*. [b] privilegia : *deest J*. [c] iterum : *P*[1]. [d] nec eis amplius : *J*.

---

[1] In Languedocio, dioec. Albiensi. *OC.* 132.
[2] Loc-Dieu, in dioec. Rutenensi. *OC.* 149.
[3] Grand-Selve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC.* 81.
[4] Prima et nobilissima abbatia cister. in Hibernia. *OC.* 70.
[5] La Prée, in dioec. Bituricensi. *OC.* 86.
[6] Hautecombe, in Sabaudia. *OC.* 34.
[7] Aynard de Moirans, 1195-1205.
[8] S. M. de Durelina, i. e. iuxta Dublinum. *OC.* 104.
[9] Seu Monaster-Ore, in dioec. Cloynensi in Hibernia. *OC.* 178.

Et si [a] quis eis usus fuerit, ab Ordine amoveatur, et [b] quicumque aliqua privilegia contra formam Ordinis habuerint idem patiantur. **96**

Abbates qui hoc anno debuerunt venire ad Capitulum et non venerunt nec pro infirmitate[a] remanserunt, non celebrent missam, et sint extra stallum [b] abbatis, et omni sexta feria[c] in pane et aqua, donec se Cistercio repraesentent. **97**

Stabularii, si comederint ante Completorium, post Completorium non bibant nisi aquam, et hoc in refectorio, vel [a] ante si clausum sit. **98**

Nulli liceat deferre scyphos cum argento vel cum operculo. **99**

Nulli detur generalis licentia loquendi. **100**

Qui mandatum Capituli exequi neglexerit, sex diebus sit in pane et aqua. **101**

Statum est in generali Capitulo ut horae beatae Mariae dicantur in conventu et in infirmitorio hoc modo. In intervallo quod est inter nocturnos et laudes, dicantur matutini ante officium defunctorum, si tunc dicendum est. Reliquae horae statim post horas canonicas subsequantur. Invitatorium, hymni antiphonae, psalmi, responsoria, canentur sicut ad officium defunctorum. Ad psalmos et lectiones omnes sedebunt. Intermittantur tamen a dominica prima adventus Domini usque ad octavas Epiphaniae et a Ramis palmarum usque ad octavas Paschae et a sabbato Pentecostes usque ad octavas eiusdem et intra octavas Assumptionis sanctae Mariae, et in omnibus festis duodecim lectionum. In his tamen temporibus unusquisque agat sicut solitum erat. In dominicis et festis diebus, agetur commemoratio more solito nec ad antiphonam petetur venia sed ad versiculum *Ave Maria*. **102**

---

96 : *JP¹. continuatio praecedentis statuti.* [a] Quod si qui deinceps usi fuerint... amoveantur : *J.* [b] et consequenter quicumque privilegia talia ubicumque habuerant hoc et contra Ordinis instituta idem similiter patiantur : *J.*

97 : *JL¹MP¹.* [a] neque infirmi erant : *J.* [b] seu gradum : *J.* [c] ieiunantes quousque Cistercio se presentaverint : *J.*

98 : *D³* [*P³T³ ann.* 1192]. [a] vel... etc : *deest P³T³.*

99 : *D³* [*P³T³ ann.* 1192].

100 : *D³* [*P³T³ ann.* 1192].

101 : *D³* [*P³T³ ann.* 1192].

102 : *H fol.* 91 [b], *P⁶, fol.* 102, *sed in utroque ms. cancellatum fuit hoc decretum.*

1196

1 Quaerela abbatis Trenorcensis [1] contra abbatem de Buzagio [2] [a] committitur abbati Claraevallis.

2 Monachus de Fonte Johannis [3], qui in grangia de Moisly [a] dominum Cisterciensem [b] minus reverenter suscepit et conversus hospitalis [c] infra festum Omnium Sanctorum Cistercium pedites veniant satisfacturi.

3 Quia magna conquaestio exorta est de hospitibus minus humane susceptis, praecipitur ut abbates, priores, cellerarii videlicet de Bonoradio [4], de Fonte Johannis, de Ripatorio [5], de Albaripa [6], quia domus eorum praecipue in hac parte [a] culpabiles sunt inventae, tribus diebus sint in levi culpa uno eorum in pane et aqua, et de cetero se devotiores in hospitibus se exhibeant suscipiendis, maximeque [b] venientibus et redeuntibus, tempore Capituli generalis.

4 Abbas Altae combae[7], quia anno praeterito non venit ad Capitulum et ad domum Fossae novae [8] talem misit visitatorem qui turbationem fecit in ordine, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum.[a] De priore eius qui turbationem suscitavit in ordine, committitur abbati Claraevallis.

5 De conversis Longipontis [9] committitur abbati Claraevallis ut eos cum expedire iudicaverit, revocet in domum suam hac [a]

---

1 : *JL¹P¹*. [a] Buzaio : *J*.
2 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Moissi : *JMP¹⁰*. [c] Cistercii : *P¹P¹⁰*. [c] hospitalarius : *M*.
3 : *JL¹P¹*. [a] hac in parte : *J*. [b] presertim vero venientibus ad Capitulum generale et redeuntibus ab eodem : *J*.
4 : *JMP¹*. [a] sedeat : *J*. [c] concitavit : *J*.
5 : *JP¹*. [a] tamen : *J*.

---

[1] Seu Tornutium, Tournus, abbatia O. S. B. *TB*. II, 3142.
[2] Seu Buzaium, in dioec. Nannetensi. *OC*. 35.
[3] In pago Aurelianensi. *OC*. 12.
[4] Bouras, in dioec. Senonensi. *OC*. 7.
[5] L'Arrivour, in dioec. Trecensi. *OC*. 59.
[6] Auberive, in dioec. Lingonensi. *OC*. 44.
[7] Hautecombe, ad lacum Burgeti. *OC*. 34.
[8] In dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[9] In Picardia. *OC*. 22.

conditione quod si quis eorum de cetero contumax et rebellis fuerit deprehensus, auctoritate Capituli generalis, sine aliqua spe reversionis emittatur. Praecipitur autem ut nullus eorum aut equitet aut officialis constituatur.

De conversis de Monasterio[a]-in-Argona [1] idem [b] fiat. 6

Abbas depositus qui privilegia domus suae rasit, ultimus sit in 7
ordine, et divina non celebret, et omni sexta feria ieiunet [a] in pane et aqua. Abbatibus vero Altaecumbae [3] et de Casamarii[a] [2], hoc committitur ut si eis privilegia ab ipso rasa fuisse constiterit dictam satisfactionem eum subire compellant, usque ad nutum generalis Capituli conservandam [b].

Abbas de Blanca Landa [4] filiam suam de Straflur [a] [5] hoc anno 8
per se visitet, et excessum conversorum diligenter inquirat, et dignam satisfactionem eos subire compellat.

Sententia quae data est in conversos Walliae [6] confirmatur, 9
nec aliquis [a] conversus in eadem domo recipiatur, donec ex toto cervisiae renuntiaverint.

De conversis Sancti-Godardi [a] [7] qui anno praeterito in mona- 10
chum inaudita [b] crudelitate saevierunt, committitur abbati Claraevallis, ut [c] singulos ad domos singulas mittat [d] ubi tota vita [e] sua sint ultimi [f], omni sexta feria sint in pane et aqua, et non nisi in Pascha aut periculo mortis communicent.

Monachi de Carnoit [8] qui ad [a] abbatiam reversi sunt sine [b] 11
licentia Capituli generalis ad grangiam in qua prius morabantur redeant, et pro excessu suo tribus sextis feriis sint in pane et

---

6 : *JP*¹. [a] Monasterii : *J*. [b] omnino : *J*.
7 : *JL*¹*P*¹. [a] sit : *JL*¹. [a] Casamaris : *J*. [b] observandam : *L*¹.
8 : *JP*¹. [a] Stratflud : *P*¹.
9 : *JP*¹. [a] prohibiturque ullum in eadem recipi domo donec totaliter cervisiae renuntiaverint : *J*.
10 : *JP*¹. [a] Gottardi : *J*. [b] inusitato furori exarserunt eumque crudeliter tractaverunt : *J*. [c] quatenus : *J*. [d] emittat : *J*. [e] vita : *deest.* : *J*. [f] omnium collocentur : *J*.
11 : *JL*¹*P*¹. [a] propriam : *J*. [b] absque : *J*.

---

[1] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC.* 79.
[2] Ad lacum Burgeti. *OC.* 34.
[3] Casamario, vetus et nobile monasterium in Campania romana. *OC.* 58.
[4] Whiteland, in dioec. Menevensi in Wallia. *OC.* 61.
[5] Strata-Florida, in comitatu Cardigensi Walliae meridionalis. *OC.* 151.
[6] Cf. ann. 1195, nº 66.
[7] S.-Gotthardus, in Hungaria. *OC.* 183.
[8] S.-Mauritius de Carnoët, in dioec. Corisopitensi. *OC.* 175.

aqua, et ad [c] abbatiam non revertantur sine mandato [d] Capituli generalis, et ab ingressu [e] grangiae quamdiu in ea conventus fuerit [f] femineae arceantur [g]. Abbas vero domus illius sit in levi culpa sex diebus, uno eorum in pane et aqua.

12 De cellerario de Alna [1] qui per omnia inordinate se habet, praecipitur patri abbati, ut eum infra festum beati Martini mittat Morimundum, et ibi sit [a] ad arbitrium abbatis Morimundi [b]. Quod si facere noluerit [c], pro fugitivo habeatur.

13 Abbas de Bardonis [2] [a], qui in suis visitationibus et aliis negotiis remissus et negligens est inventus, sit sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum. Qui si de cetero de sibi oppositis non digne correxerit, [b] abbas Morimundi de ipso provideat.

14 Excessus fratris Constantii de Divione, abbati Claraevallis committitur quatenus [a] si rem ita ut dicitur esse invenerit [b], eum digne studeat emendare [c].

15 Abbates de Britannia [a] qui hoc anno venire debuerunt ad Capitulum et non [b] venerunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum [c] suum, et sequenti Capitulo se praesentent. Abbas de Eleemosyna [3] hoc eis denuntiet [d].

16 Abbas de Los [a] [4] quia [b] inconsulto abbate patre domum suam reliquit [c], tribus diebus sit in levi culpa.

17 Abbas Frigidimontis [a] [5] qui inhumane suscepit hospites nostri

---

[c] locum : *J*. [d] eiusdem : *J*. [e] vero : *J*. [f] manserit : *J*. [g] *L*[1] *habet tantum* : ab ingressu...etc. arceantur.

12 : *JL*[1]*P*[1]. [a] quo loco stet : *J*. [b] Morimundensis : *J*. [c] illud renuerit : *J*.

13 : *JP*[1]. [a] Barduis : *J*. [b] se non digne emendaverit : *J*.

14 : *JL*[1]*P*[1]. [a] ut : *J* ; quamquam : *P*[1]. [b] prout dicitur esse repperit : *J*. [c] corrigere : *J*.

15 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Britanniae : *J*. [b] nec : *J*. [c] locum suae dignitatis : *J*. [d] denuntiabit : *J*.

16 : *JP*[1]. [a] Laude : *J*. [b] eo quod : *J*. [c] deseruit neque depositus ab abbatis officio : *J*.

17 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Frigidifontis : *MP*[10].

---

[1] Aulne, in Belgio, dioec. Tornacensi. *OC*. 108 ; sed forsan leg. Alba, i. e. Alba Dominorum, Herrenalb, de filiatione Morimundi. *OC*. 92.

[2] Seu Berdona Berdouës in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 48.

[3] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.

[4] Laus B. Mariae, Loos, in Galloflandria. *OC*. 116.

[5] Froimont, in dioec. Bellovacensi. (*OC*. 63) ; sed potius agitur hic de Fonte-Frigido, Fontfroide, in Languedocio, dioec. Narbonensi. *OC*. 86.

Ordinis abbates, et tapetibus pavimentum presbyterii stravit, et plures candelas[b] quam Ordo patiatur in oratorio fecit accendi, quod videtur vanitatem aliquatenus redolere, et vecturas commodavit, et tempore guerrarum[c] conductum abbatibus Ordinis denegavit, ad domum Grandis sylvae[1] satisfacturus veniat in hunc modum: tribus diebus sit in levi culpa, et quadraginta diebus continuis extra stallum suum, et interim omni sexta feria sit in pane et aqua, et[d] non equitet.

Abbas de Cicados[2] qui ad Capitulum non venit, sex diebus sit 18
in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum suum.

Abbates de Pelis[3] et de Aigris[4][a], tribus diebus sint in levi 19
culpa, uno eorum in pane et aqua et sequenti Capitulo se praesentent. Abbas de Bocham hoc eis denuntiet.

Abbas Pontiniaci[a] quia monachum sibi destinatum[b] non 20
recepit, tribus diebus sit in levi culpa.

Quaerela abbatis de Salleia[5] adversus abbatem de Furnes[6], 21
committitur abbatibus de Wavesleia[7] et de Rievalle[8] audienda et sine debito terminanda, ita et quod inde factum fuerit sequenti Capitulo nuncietur.

Petitio comitis de Samello committitur abbati de Firmitate. 22

Petitio episcopi Clarimontis[a][9] et comitis eius[b] de abbatia 23
construenda[10], committitur abbatibus Vallisbenedictae[11] et de

---

[b] lampades: *JL²P¹⁰*. [c] bellorum: *J*. [d] interim: *JL²P¹⁰*.
18: *JP¹*.
19: *JP¹*. [a] Egris, pro eadem culpa: *J*.
20: *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Pontiniacensis: *J*. [b] determinatum: *ML²P¹⁰*.
21: *JP¹*.
22: *JP¹*.
23: *JP¹*. [a] Clarimontensis: *J*. [b] eiusdem loci: *J*.

---

[1] Grand-Selve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[2] B. M. de Czikador, in Hungaria. *OC*. 71.
[3] Pilisium, in dioec. Vesprimiensi. *OC*. 182.
[4] Saepius Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.
[5] Sawley abbey, in dioec. Eboracensi, in Anglia. *OC*. 109.
[6] Furness abbey, in dioec. Eboracensi, in Anglia. *OC*. 97.
[7] Waverley, prima abbatia cister. in Anglia, prope Farnhamum. *OC*. 16.
[8] Rievaulx-Abbey, in dioec. Eboracensi, in Anglia. *OC*. 22.
[9] Robert d'Auvergne, 1195-1227.
[10] Agitur de abbatia Vallis-Lucidae de Boscheto, in dioec. Claromontana. *OC*. 201.
[11] Val-Benoîte, in pago Forensi et dioec. Lugdunensi. *OC*. 183.

Benedictione Dei [1], qui debent [c] quod invenerint, sequenti [d] Capitulo renuntiare [e].

24 De conversis de Gerodona [2] conspiratoribus et parricidis [a] scribatur [b] regi Angliae [3], archiepiscopo Cantuariensi [4], episcopo Lincolniensi[5], comiti de Licestre, ut[c] eorum consilio et[d] auxilio per patrem abbatem, de domo sua [e] conversi omnes expellantur, et ad alias remotas domos Ordinis emittantur, numquam denuo reversuri, semperque sint ultimi. Primo anno omni dominica in capitulo verberentur [f]; omni sexta feria quamdiu vixerint sint [g] in pane et aqua, nec communicent nisi in Pascha et mortis periculo. Si vero ille vel illi qui manum propriam miserunt in abbatem potuerint comprehendi, in carcere perpetuo recludantur, pane tribulationis et aqua augustiae sustentandi.

25 Grangia quae data est a comite pro cervisia conversis facienda in eos usus [a] de cetero non expendatur; sed in alias utilitates monasterii deputetur, aut [b] comes eam recipiat.

26 Abbas Vallisregiae[6] qui mulierem mortuam cui [a] nihil debebat dum adhuc viveret, recepit ad sepulturam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

27 Abbas Boniradii [7] pro inhumanitate quam fecit in abbatem de Hispania, qui ad [a] eius ianuam pernoctavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta [b] diebus extra stallum suum.

28 Quaerela abbatis de Crokesdene [a] [8] et abbatis de Cumba [9],

---

[c] debebunt : *J*. [d] sequentis anni : *J*. [e] nuntiare : *J*.
24 : *JL¹P¹*. [a] patricidis : *L¹*. [b] istis nimirum : *J*. [c] quatenus : *J*. [d] tum : *J*. [e] illa : *J*. [f] et : *J*. [g] ieiunent : *J*.
25 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] usque : *M*. [b] comiti reddatur : *J*.
26 : *JL¹P¹*. [a] cui nihil... viveret : *deest apud L¹*.
27 : *JL¹MP¹*. [a] ipsam monasterii ianuam : *J*. [b] et quadraginta... : *deest M*.
28 : *JP¹*. [a] Croquesdene : *J*.

---

[1] La Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi. *OC*. 53.
[2] Geroldonia, Garendon, in agro Leicestrensi et dioec. Conventrensi. *OC*. 30.
[3] Richardus I, 1189-1199.
[4] Hubertus Walter, 1193, † 1205. Gams. *SE*, 183.
[5] S. Hugo de Grenoble, 1186-1200. Gams. *SE*, 192.
[6] Val-Roi, in dioec. Remensi. *OC*. 117.
[7] Bouras, in dioec. Senonensi. *OC*. 7.
[8] Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 176.
[9] Combe-Abbey, in dioec. Lichfeldensi. *OC*. 121.

committitur abbatibus de Tinterna[1] et de Beelanda[2] audienda et fine debito terminanda.

De monachis Signiacensibus [3] qui pro conspiratione in qua inventi fuerant [a], iam per triennium satisfecerunt, committitur abbati Claraevallis, ut ipsos ei revocare liceat, cum iudicaverit [b] expedire. 29

Quaerela quae inter abbates de Cumba [4] et de Stanleia [5] vertitur, committitur abbatibus de Eleemosyna[6] et de Tinterna[7] audienda, et fine debito irrefragabiliter terminanda, et ad sequens Capitulum referant [a] quod inde fuerit definitum cum instrumentis eorum ad idem negotium pertinentibus [b]. 30

Abbas de Aquabella [8] qui abbates ad Capitulum venientes, minus reverenter recepit, et cum super hoc fuisset requisitus, inventum est in ore eius : *est[a] et non*, eat Morimundum in instanti, et ibi stet ad mandatum abbatis Morimundi. Monachus autem qui conductum eisdem abbatibus in via praestare noluit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et ultimus maneat [b] usque ad voluntatem domini [c] Morimundi. 31

Abbas Rievallis [9] qui anno praeterito non venit ad Capitulum cum venire deberet, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 32

Abbates, monachi, et [a] conversi de Hungaria [b] et de Allemania[c] servientes cum gladiis et arcubus [d] non ducant [e], et quamdiu in hac culpa perstiterint, omni sexta feria [f] in pane et aqua ieiunent. 33

---

29 : *JMP*[1]. [a] sunt : *M*. [b] id ita : *J*.
30 : *JP*[1]. [a] et sequenti Capitulo referant quid definierint: *J*. [b] spectantibus : *J*.
31 : *JL*[1]*MP*[1]. [a] mendacium : *J*. [b] permaneat : *J*. [c] abbatis : *J*.
32 : *JP*[1]. [a] Capitulum generale cum tamen venire debuisset : *J*.
33 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] vel : *L*[1]*L*[2]*MP*[10]. [b] Hungariae: *J*. [c] Germaniae : *J* ; Allemandia : *P*[1]. [d] saeculares : *J*. [e] secum, quamdiu vero : *J*. [f] sint : *W*.

---

[1] Tintern, in finibus Walliae, ad ripam Vagae. *OC*. 19.
[2] Bellalanda, Byland, in dioec. Eboracensi, in Anglia. *OC*. 104.
[3] Signy, in dioec. Remensi. *OC*. 33.
[4] Combe-Abbey. in dioec. Lichfeldensi. *OC*. 121.
[5] Stanleia in Arderna, Stoneley, in dioec. Wigorniensi. in Anglia. *OC*. 137.
[6] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.
[7] Cf. supra nº 1.
[8] Aiguebelle, in dioec. Valentinensi, in Gallia. *OC*. 45.
[9] Rievaulx-Abbey, in dioec. Eboracensi, in Anglia. *OC*. 22.

34 Abbas Sancti-Sulpitii [1] qui neglectui habuit ea quae anno praeterito ei auctoritate Capituli sunt iniuncta, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

35 Abbates de Hibernia [a] qui hoc anno non miserunt privilegia contra formam Ordinis a Sede Apostolica impetrata, et quibus hoc mandatum anno praeterito praecipue innotuit, quadraginta diebus sint extra stallum suum [b], et sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Quod si ad sequens Capitulum ea non miserint, de cetero abstineant [c] a divinis. Dominus abbas de Dunelines [2] hoc eis denuntiet.

36 Abbas de Domo-Dei [3] qui sine [a] licentia Capituli generalis priorem suum misit [b] ad Curiam tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

37 Quod [a] a domino Papa [4] datum est in mandatis de rebus videlicet episcipi qui anno praeterito in praesenti [b] capitulo annulum suum deposuit, committitur domino Cisterciensi [c].

38 Abbas de Sancta Agatha [5] qui consecrationibus et ordinationibus eiusdem episcopi adstitit, [a] sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Monachi [b] quibus manus [c] imposuit, nisi [d] de mandato Summi Pontificis ipsis ordinibus non utantur [e]. Altaria [f] in quibus divina celebravit [g], destruantur.

39 Negotium abbatis de Everbare [a] [6], committitur abbatibus de Hennerod [b] [7] et de Utrestal [8] cognoscendum, ita quod [c] ipsi

---

34 : *JMP*¹.
35 : *JL*¹*P*¹. [a] Hiberniae : *J*. [b] suum : *deest P*¹. [c] abstineant postea : *J*.
36 : *JMP*¹. [a] absque : *J*. [b] direxit : *J*.
37 : *JL*¹*MP*¹. [a] Quia : *J*. [b] sequenti : *J*. [c] Cistercii : *JMP*¹.
38 : *JL*¹*MP*¹. [a] affuit : *J*. [b] vero : *J*. [c] manum : *JL*¹*P*¹. [d] nonnisi : *J*. [e] notantur : *P*¹. [f] Altaria...etc : *deest in L*¹. [g] celebrarunt : *J*.
39 : *JP*¹. [a] Everbach : *J*. [b] Hennerode : *J*. [c] ut : *J*.

---

[1] Saint-Sulpice en Bugey, in dioe. Bellicensi. *OC*. 27.
[2] Seu Duvelina, i. e. S. M. iuxta Dublinum, in Hibernia. *OC*. 104.
[3] Sive Domus-Dei supra Chaurum, i. e. Niger-Lacus, in dioec. Bituricensi ; sive Domus-Dei de Trappa, in dioec. Sagiensi. *OC*. 43, 105.
[4] Celestinus III, 1191-1198.
[5] Frequentius Vallis-Dei, in dioec. Leodiensi, in Belgio. *OC*. 179.
[6] Seu Eberbachum, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC*. 20.
[7] Seu Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.
[8] Uterina-Vallis, Eusserthal, in Bavaria-Rhenana. *OC*. 114.

accedant ad locum illum, ubi nova abbatia erecta [d] est, et considerata diligenter [e] loci positione [f], moniales quae ibi sunt, in remotiori loco statuant [g], et conventum monachorum ibi ordinent secundum Ordinis instituta. Quod si res ad effectum perducta non fuerit, nulla inibi monialis de cetero recipiatur.

Abbas Parisiensis [1] qui visitationem sibi iniunctam hoc anno 40
non fecit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbas de Casamarii [a] [2], abbates de Calabria [b], de Apulia et de 41
Sicilia, qui annis constitutis [c] ad generale Capitulum non venerunt, sed de facile [d] quaerunt occasiones remanendi, hoc anno ad Capitulum venire non morentur ; alioquin ex tunc se noverint depositos, si ad terminum non venerint nominatum. Abbas Sancti Iusti [3] hoc ipsum denuntiet abbati de Casamarii [e], et ipse aliis abbatibus istud [f] denuntiet faciendum [g].

De abbati Grandisylvae [4], committitur abbati Claraevallis. 42

Abbas Campensis [5] qui de conspiratoribus minus digne corre- 43
xit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbas de Valquenrede [6] qui contra conspiratores minus dis- 44
crete egit, sex diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua, et interim abstineat a divinis, et quadraginta diebus extra stallum suum.

De converso extumulato committitur abbati Morimundi. 45

Abbas de Balanciis [7] qui contra voluntatem et assensum patris 46
abbatis, abbatiam suam dimisit, ad domum propriam revertatur

---

[d] creata : *J*. [e] exacte : *J*. [f] situ : *J*. [g] constituant : *J*.
40 : *JL¹P¹*.
41 : *JL¹MP¹*. [a] Casamaris : *J*. [b] Calabriae, Apuliae, Siciliae : *J*. [c] statutis : *J*. [d] de facili : *JP¹*. [e] Casamaris : *J*. [g] hoc idem : *J*. [g] *ultima phrasis deest apud L¹M*.
42 : *JP¹*.
43 : *JP¹*.
44 : *JP¹*.
45 : *JL¹MP¹*.
46 : *JP¹*.

---

[1] Parisium, Pairis, in dioec. Argentinensi in Alsatia. *OC*. 56.
[2] Casamario, in Campania romana. *OC*. 58.
[3] In dioec. Tuscanensi. *OC*. 88.
[4] Grand-Selve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[5] Seu Vetus Campus, in provincia Borusso-Rhenana. *OC*. 11.
[6] Volkenroda, in Thuringia, dioec. Moguntina. *OC*. 21.
[7] Seu Valloriis, Valloires, in Picardia. *OC*. 52.

et abbatiam suam resumat, quam praesumptuose deseruit. Quod si facere contempserit, usque ad satisfactionem congruam ultimus permaneat, et abstineat a divinis, et hoc ei abbas Longipontis [1] denuntiet.

47 Abbati de Signi [a] [2] iniungimus quod ad ducem de Lemburch [b] [3] accedat, et ei de construenda abbatia iuxta mandatum domini Papae suggerat et proponat. Quid si facere noluerit hoc ipsum, abbas Signiacis summo Pontifici per certum nuntium non differat remandare [c]. Quia vero in hoc facto minus discrete se habuit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

48 Negotium domus de Challonel [a] [4] committitur abbatibus [b] Pontiniaci et Boniradii [5] qui ad eamdem domum accedentes, quod in ea actum est de occisione abbatis secundum formam [c] sibi traditam digne corrigant et emendent.

49 Iniungitur abbati de Lucelai [a] [6] quatenus domum de Salem [b] [7] in propria persona non differat visitare, et facta diligenti inquisitione de conspiratione conversorum, cognita [c] veritate, auctoritate Ordinis severissime corripiat et castiget [d], et quod inde fecerit ad sequens Capitulum reportet [e].

50 Abbas de Tela [8] qui minus reverenter [a] et contumeliose erga patrem suum abbatem noscitur se habere, et contra formam Ordinis quasdam decimas sibi titulo pignoris obligavit, eat Morimundum, et ibi sit sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et in domo propria quadraginta diebus extra stallum suum permaneat. Dominus abbas Morimundi [b] de statu domus

---

47 : *JP*¹. [a] Signiaci : *J*. [b] Lamburch : *J*. [c] rescribere : *J*.
48 : *JL*¹*P*¹. [a] Challonet : *L*¹. [b] abbati : *J*. [c] Ordinis : *J*.
49 : *JL*¹*P*¹. [a] Lucellensi : *J*. [b] Salemitanam : *J*. [c] cognitaque : *J*. [d] delinquentes ; reportet autem ad sequens Capitulum quaecumque fecerit : *J*. [e] *breviorem habet formam L*¹.
50 : *JP*¹. [a] irreverenter : *J*. [b] Morimundensis : *J*.

---

[1] In Picardia. *OC*. 22.
[2] Signy, in dioec. Remensi. *OC*. 33.
[3] Henricus III, Limburgensis dux, 1167-1221 ; abbatia de qua in hoc statuto est Vallis-Sti-Lamberti, prope Leodium. *OC*. 205.
[4] Seu Chalivois, Callovium, in pago et dioec. Bituricensi. *OC*. 52.
[5] Bouras, in dioec. Senonensi. *OC*. 7.
[6] Seu Lucella, Lützel, in Alsatia Superiore. *OC*. 12.
[7] Seu Salmansweiler, Lucellae filia, in magno ducato Badensi. *OC*. 50.
[8] Seu Montheron, in dioec. Lausanensi in Helvetia. *OC*. 34.

eius [c] diligenter inquirat, et [d] sequenti capitulo renuntiet de inventis.

De duobus pulmentis non habendis ubi vinum bibitur in grangiis nihil novum statuimus [a]. 51

Abbas de Vulchederode [a] [1] qui conversum conspiratorem auctoritate Ordinis excommunicatum sciens et prudens [b] ecclesiasticae tradidit sepulturae, et pro tali facto quod ad subversionem totius Ordinis noscitur imminere, dignus depositione videretur, si non pia intentio quam in conspiratione sedanda habuit, eum aliquatenus excusaret. Nos autem de communi consilio circa eum dispensantes et maxime quia propriis manibus tumulatum extumulavit : iniungimus ei ut sex diebus sit in levi culpa, et quadraginta diebus continuis extra stallum suum et interim omni sexta feria in pane et aqua ieiunet, et abstineat a divinis. Ne vero [c] trahatur in consequentiam praecipimus firmiter observari ut qui amodo simile opus praesumpserit, a patre abbate absque aliqua retractatione deponatur [d]. 52

Unusquisque abbas testimonio, si fieri potest, patris [a] sui vel vicinorum abbatum, pensata diligenter et considerata [b] quantitate et qualitate possessionum et proventuum domus suae, proponat secundum quod ei rationabiliter visum fuerit quot personas [c] monachorum vel conversorum secundum praesentem statum domus suae possit sustinere ; [d] eo nihilominus considerato quod [e] bonum hospitalitatis secundum regionis modum possit congrue advenientibus [f] hospitibus exhiberi [g]. 53

De illis [a] autem abbatiis de quibus ad praesens [b] memoratae rei certitudo haberi non poterit, patres abbates per se vel per visitatores diligenter provideant ut res ita mandetur executioni quatenus omni occasione proposita in sequenti Capitulo singularum 54

---

[c] illius : *J*. [d] ac : *J*.
51 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] statuitur : *J*.
52 : *D³JL¹MP¹W* [*P³T³ ann.* 1193]. [a] Welchederode : *J* ; Walchederode : *P¹* ; Walkenrode : *L¹*. [b] prudens : *deest apud L¹*. [c] Neve : *M*. [d] *D³P³T³ tradunt tantum huius statuti partem ultimam, nempe dispositivam.*
53 : *JL¹L²MP¹P⁴P¹⁰*. [a] abbatis : *L¹P⁴*. [b] considerata : *deest P⁴*. [c] personis monachis vel conversis : *L¹P⁴*. [d] sufficere : *L¹P⁴*. [e] ut : *J*. [f] supervenientibus : *L¹P⁴*. [g] possit : *J*.
54 : *JL¹P¹P⁴*. [a] his : *P⁴*. [b] ad praesens : *deest P⁴*.

---

[1] Walkenreda, Walkenried, in ducatu Brunsvicensi. *OC.* 15.

abbatiarum numerus proponatur [c], ita [d] quod institutum [e] est de possessionibus per emptionem non ampliandis [f] poterit faciliter [g] conservari [h].

55 Studeant autem abbates numerum minorem [a] potius proponere quia [b] si Deus eis benedixerit, ita [c] ut ad maiorem numerum possit ascendere [d], proponent hoc in Capitulo generali, et libenter eis [e] numeri sui multiplicatio concedetur.

56 Praeterea [a] abbates qui ita debitis aut alio gravamine sunt oppressi ut fratres suos per domos Ordinis dispergere compellantur, quamdiu gravamen istud duraverit et fratres dispersos non revocaverint, neminem omnino [b] interim nec monachum nec conversum, nec familiarem, recipere praesumat.

57 Quidquid anno praeterito [1] pro terra Ierosolymitana statutum fuerat teneatur, excepto quod duo pulmenta omni sexta feria possunt fieri et disciplinam qui voluerit ex devotione recipiat, nullus [a] ex debito teneatur.

58 Sententia anno praeterito [2] data [a] de infirmariis, quia [b] non nisi de manu subcellerarii victualia [c] accipiant, firmiter teneatur [d], et transgressores poenam sustineant institutam [e].

59 In festivitate sancti Benedicti [a] singulis annis [b] regula inchoetur [c].

60 Abbas depositus infra triginta dies profiteatur [3]. Quod si non fecerit, pro fugitivo teneatur [a].

---

[c] exponatur : P^4. [d] ut : *J*. [e] statutum : P^4. [f] ampliandam : P^4. [g] facilius : JP^1P^4. [h] conserventur : *J* ; tenebitur : P^4.

55 : $JL^1P^1P^4$. [a] quam maiorem : L^1P^4. [b] quod : P^4 ; ut augeatur in Capitulo generali a quo libenter eis multiplicatio numeri recipiendos monachos libenter concedetur : *J*. [c] ita : *deest* P^4. [d] accedere : P^4. [e] concedetur : L^1P^4.

56 : $D^3JL^1P^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1193]. [a] Propterea : P^4. [b] recipiat : P^4.

57 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] nullus autem ad illam obligetur : *J*.

58 : $D^3JL^1P^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1193]. [a] instituta : P^3T^3 ; quae data est : *J*. [b] scilicet ut nihil accipiant nisi : D^3 ; monachi nihil accipiant : P^3T^3. [c] victualia : *deest* $D^3P^3T^3$. [d] conservetur : *J* ; observetur : P^3. [e] constitutam : JP^3.

59 : $D^3HJL^1MP^1$ [P^3T^3 *ann.* 1193]. [a] D^3 *add.* : in transpositione ; in sollemnitate : *H*. [b] legenda : *J*. [c] a capite : P^4. Et sermo in capitulo omittatur : *H*.

60 : $JL^1MP^1P^4$. [*cf. ann.* 1195, n⁰ 37]. [a] habeatur : JP^1.

---

[1] Cf. ann. 1195, n⁰ 1.

[2] Cf. ann. 1195, n⁰ 12.

[3] Profiteatur nempe de stabilitate.

Festum beati [a] Petri Tarentasiensis [1] de mandato domini Papae transferatur ad [b] 8 idus maii, et versus *anni recurso*, non dicatur [c] [2]. 61

Monachi Sancti Eustachii [a], canonici Sanctae-Crucis de Waltan [b] et canonici de Keiseburne [c] et monachi monasterii Sancti Ioannis, scribantur [d] in commemoratione familiarium nostrorum, singulis annis, sicut alii recitandi. In qua commemoratione sex nomina tantum de primis spiritualiter nominentur, hoc adiuncto ; *et aliorum plurimorum quorum in praesenti pagina nomina continentur.* 62

Praecipimus ut abbates [a] ea die qua intrant Capitulum, de Divione ante lucem scienter non exeant, similiter in reditu suo, et si in villis proximis pernoctaverint [b] piscibus non utantur. 63

Statuitur [a] et firmiter praecipitur ut nulli omnino [b] de Ordine nostro ad Capitulum audientiam se [c] invicem audeant appellare, quia hoc redundare posset in subversionem totius Ordinis et ruinam. Sed sic observetur sicut [d] hactenus est observatum [e]. 64

Abbas qui novitium infra 18 annos constitutum [a] recepit, omni sexta feria probationis eius sit in pane et aqua. Similiter prior et cellerarius et alii quorum consilio hac factum fuerit. 65

Ad petitionem domini quondam Lugdunensis [a] [3] statuitur ut in commemoratione episcoporum et abbatum, Eugenius [b] papa [4] primus nominetur piae memoriae. De eo vero quod petit emendari 66

---

61 : *$JL^1L^2MP^1P^{10}$*. [a] sancti : *J*. [b] usque : *JP^1*. [c] dicitur : *P^1*.

62 : *$JL^1L^2MP^1P^{10}$*. [a] Gutlacii : *J* ; Juthlacii : *L^1* ; Guthlaci : *M* ; Guthlatii : *P^1*. [b] Valtan : *J* ; Vualtera : *M*. [c] Reisburne : *M*. [d] associantur nostris precibus : *L^1 et cetera desunt in hoc codice.*

63 : *$D^3L^2JMP^1P^4P^{10}$* [*P^3T^3 ann.* 1193]. [a] Abbates euntes et redeuntes de Divione non exeant : *D^3*. [b] et qui ad proximas villas divertunt : *P^3T^3*.

64 : *$D^3JMP^1P^4$* [*P^3T^3 ann.* 1193]. [a] Statutum est et firmiter preceptum est ut nullo omnino abbati, monacho vel converso liceat... se invicem appellare : *P^4*. [b] omnino : *deest J* ; omnimode : *M*. [c] nec : *P^1*. [d] prout : *J*. [e] *brevius apud $D^3P^3T^3$* : Ad audientiam Capituli nullus alium appellet.

65 : *$D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$* [*P^3T^3 ann.* 1193]. [a] natum : *J*.

66 : *$JML^2P^1P^4P^{10}$*. [a] archiepiscopi : *J*. [b] tertius : *J*.

---

[1] Natus 1102, professus in monasterio Bellevallis, ord. cister. 1122 ; primus abbas Stamedii 1132, archiepiscopus Tarentasiensis, 1141-1174. *BB.* II, 3749.

[2] In hymno ad Laudes.

[3] Joannes Belesmeius [aux belles mains] archiep. qui resignavit ann. 1193 et habitum induit cisterciensem apud Claramvallem, † 1203 [?]. *BB.* II, 2365.

[4] Eugenius III, antea monachus in Claravalle sub sancto Bernardo, † 1153. *BB. I*, 1398.

lectionem evangelicam de Passione Domini quae iuxta Matthaeum in Ramis Palmarum [1] legitur, iniungitur abbati de Firmitate ut in Cluniacensi et Lugdunensi ecclesia quid de [hac re] sentiant diligenter inquirat, et in sequenti Capitulo studeat nuntiare [c].

67 De silentio, in abbate dimittitur [2].

1197

1 De sancto Petro Tarentasiensi [a] fiat sicut de sancto Ambrosio in tempore [b] resurrectionis.

2 Pro terra Ierosolymitana [a] fiat sicut ante [b] fieri solebat.

3 Caveant patres [a] abbates ne in depositione filiorum abbatum [b] nimis [c] praecipitanter erumpant [d], nec sine magno et maturo consilio eos [e] deponant. Si quis autem eorum tale aliquid [f] attentaverit, a generali Capitulo gravissine [g] puniatur, et pro meritis recipiat talionem. Ipse [i] etiam dominus Cisterciensis [j] cautelam magnam et diligentiam adhibeat, neque [k] hoc ipsum sine [l] maturo districtoque [m] consilio [n] faciat.

4 De philacteris [a] ponendis super altare in festis praecipuis, quod definitum est teneatur. Transgressor huius sententiae uno die sit in pane et aqua. Cerei omnino interdicuntur [b].

5 Nullus abbas ad Capitulum veniens infra quindecim dies ante [a]

---

[c] renuntiare : *J. Brevius apud* P^4 : In comm. episc. et abb. primus nominetur bonae memoriae Eugenius papa.

67 : D^3 [P^3T^3 *ann.* 1193].

1 : $D^3JL^1P^1$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] Tarentasiae : P^1 ; Tarentasiano : P^3T^3. [b] in tempore... *deest* L^1.

2 : JL^1MP^1. [a] Ierusalem : *J.* [b] antea : *M.*

3 : $D^3L^1L^2MP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] patres : *deest* P^3T^3 ; predicti : P^4. [b] abbatum : *deest* $D^3P^3P^4T^3$. [c] nimis : *deest* P^3T^3. [d] erumpant nec : *deest* P^3T^3. [e] eos : *deest* D^3. [f] quid : D^3P^4. [g] graviter : L^1. [h] tali facto : $D^3P^3T^3$. [i] Ipse...etc : *desunt apud* $D^3P^3P^4T^3$. [j] Cisterci. : JL^1. [k] nequando : JL^2. [l] valde : *J.* [m] discretoque : JL^1. [n] iudicio : *M.*

4 : $D^3JMP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] filateriis : P^1T^3 ; filacteriis : P^4. [b] Cerei... : *apud* D^3 *tantum.*

5 : $D^3JL^1MP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] generale : *J.*

---

[1] Cf. infra ann. 1200, n° 6.

[2] Cf. ann. 1195, n° 11.

Capitulum Cistercium intrans ibi moretur plusquam [b] duas noctes [c] nisi fuerit infirmus vel necessitate detentus.

De ingressu mulierum in domos Ordinis nostri praecipitur ut 6
abbas et [a] conventus [b] in quam [c] intraverint, ieiunent [d] in pane et aqua, si ante refectionem factum fuerit ; si post, in crastino [e] et omnia altaria statim [f] discooperiantur per triduum [g] sic mansura, nec [h] aliqua missa in illo triduo celebretur, praeter [i] missam Sanctae Mariae [j], et missam quotidianam pro defunctis ; et si forte [k] festum alicuius sancti fuerit, vel [l] aliqua missa quae omitti non possit, privatim celebretur [m] nec etiam, quandiu inibi fuerint mulieres, horae canonicae celebrentur in ecclesia ; et [n] si quis est cuius consensu [o] intraverint, si abbas est, deponatur ; si monachus vel conversus, a domo sua eliminetur, non reversurus, nisi per generale Capitulum. Domino quoque Papae supplicando scribatur, ut per sententiam excommunicationis ab insolentia hac, eas [p] coerceat. Quando [q] conventus pro tali excessu erit in pane et aqua, et conversi similiter per grangias.

Quicumque de nostris Ordinem nostrum aliter scienter nomi- 7
naverit quam Ordinem cisterciensem [a], eo die vel sequenti sit in pane et aqua.

De novitiis qui in alia domo benedicuntur statutum est, ut se- 8
cundum formam Ordinis communem profiteantur, et nihilominus cum ad proprias domos redierint, proprio abbati debitam [a] faciant professionem nisi ab ipso fuerint benedicti.

Quando [a] scandalum vel [b] dissensiones vel [c] querela quaelibet 9
in Ordine oriuntur [d], sicut [e] olim a patribus Ordinis est [f] provisum, extra Ordinem numquam exeant [g], sed intra Ordinem et per

---

[b] nisi : P^4. [c] duabus noctibus : D^3T^3.

6 : $D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] et domus : P^4. [b] conventus domus : $D^3P^3T^3$. [c] quem : L^1 ; J *add.* : illae. [d] eadem die : JL^1L^2. [e] crastinum : D^3 ; ieiunabunt : J. [f] statim : *deest* D^3. [g] tres die : D^3 ; quatriduum : L^2MP^{10}. [h] nec divina ibi : D^3P^4. [i] nisi tamen missa de sancta Maria et pro defunctis : D^3. [j] sacrosanctae Virginis : J. [k] nisi : D^3. [l] vel aliqua missa : *desunt in* D^3 ; et missa : P^4. [m] erit canenda : P^4. [n] et si quis...etc. : *desunt in* $D^3P^3T^3$. [o] concessu : JP^1. [p] easdem : J ; eos : M. [q] Quando...etc. : *apud* $D^3P^3T^3$ *tantum*.

7 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] Quicumque de nostris scienter aliter Ordinem nostrum quam Cisterciensem nominaverit... : $D^3P^3T^3$.

8 : $D^3JL^1MP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] debitam : *deest* D^3.

9 : $D^3JL^1MP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] Quoniam querelae aliquae vel dissensiones sine scandalo in Ordine nunquam exeunt... : P^4. [b] sive : D^3J. [c] tale quidlibet : L^1. [d] oritur : D^3. [e] sicut cautum est : D^3. [f] et : D^3. [g] exeat : D^3.

personas Ordinis charitative, discrete et rationalibiter[h] ad Ordinis unitatem sopiantur. Qui contra hoc venire et schisma in Ordine facere et contumaciter excitare et procurare[i] praesumpserit, a Deo et [j] Ordine anathema sit donec per humilem satisfactionem redire mereatur. [k] Ea vero [l] quae aliter non potuerint congrue terminari,in generali Capitulo proponantur, et quod inde per[m] Capitulum fuerit ordinatum, irrefragabiliter teneatur [n].

10 Qui receperunt novitios infra terminum[a] a Capitulo constitutum, poenitentiam constitutam [b] agant.

11 De monachis qui sine [a] professione in aliis domibus diutius commorantur sicut hactenus servatum [b] est, sic servetur donec inde [c] consilium diligentius habeatur.

12 De iuramentis dictum est et concessum nobis a summo Pontifice quod in causis propriis nobis licet[a] uti testimonio fratrum nostrorum, qui propter evidentem [b] necessitatem possunt facere iuramentum [c].

13 De loco quem abbas de Pratea [1] a nominatim excommunicato dicitur suscepisse, committitur abbatibus de Domo Dei [2] et de Locoregio [3], ut ipsi ad praedictum locum accedant, et si quid contra formam Ordinis actum invenerint, digne corrigant et ordinent sicut [a] noverint expedire.

14 Abbas Clarimontis [4] qui fundatorem domus suae in capitulo sepelivit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

15 Querela quae vertitur inter abbatem Grandis-sylvae [5] et de

---

[h] sopiatur : D^{3}. [i] procreare : $D^{3}P^{3}T^{3}$; *deest apud* L^{1}. [j] et ab : $JD^{3}L^{1}MP^{3}T^{3}$. [k] ad Ordinis unitatem : $D^{3}P^{3}T^{3}$. [l] Ea vero... etc.: *desunt apud* $D^{3}P^{3}T^{3}$. [m] idem : *J*. [n] observetur : P^{4}.

10 : $JL^{1}P^{1}$. [*cf. ann.* 1157, *n.* 28, 1195, *n.* 55 ; 1196, *n.* 65] [a] aetatis : *J*. [b] assignatam peragant : *J*.

11 : JP^{1}. [a] absque : *J*. [b] observatum... observetur : *J*. [c] de hoc : *J*.

12 : $JL^{1}MP^{1}$. [a] liceat : *J*. [b] imminentem : L^{1}. [c] *J add.*: legitimum.

13 : JP^{1}. [a] prout : *J*.

14 : $JL^{1}L^{2}MP^{1}P^{10}$.

15 : JP^{1}.

---

[1] La Prée, in dioec. Bituricensi. *OC*. 86.

[2] Supra Carum, seu Niger-Lacus, Noirlac, in dioec. Bituricensi. *OC*. 43.

[3] Loroy, in dioec. Bituricensi. *OC*. 15.

[4] Clairmont, in dioec. Vallis-Guidonis. *OC*. 131

[5] Grand-Selve, in Vascovia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.

Gimundo [1] committitur abbatibus de Bonofonte [2], de Porta Glonii [a] [3], de Bellapertica [4], de Belloloco [5], compositione vel iudicio terminanda.

Abbates Calercii [6] et de Iuncheria [7] et de Bonarequie [8] qui pueros secum ad Capitulum duxerunt, cum potuissent habere copiam conversorum, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. **16**

Abbates Montispetrosi [9] et de Benedictione Dei[10] ad comitem Alvernorum eant, et ei de construenda abbatia[11] efficaciter loquantur et quod invenerint sequenti Capitulo nuntient. **17**

De abbatia Mataeplanae[12] quod definitum est tenatur, [a] et abbas de Crista [13] qui litteris domini Cisterciensis [b] irreverenter in Capitulo [c] contradixit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. **18**

Abbas Albaepetrae[14] qui minus charitative providit abbatibus venientibus ad Capitulum tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. **19**

Abbas Fontis Mauriniaci[15] qui abbatibus venientibus ad Capi- **20**

---

[a] Glonii : *deest in J.*
16 : *JL¹P¹.*
17 : *JP¹.*
18 : *JL¹P¹.* [a] *haec prima pars statuti deest apud L¹.* [b] Cistercii : *J.*
[c] generali : *J.*
19 : *JP¹.*
20 : *JL¹L²MP¹P¹⁰.*

---

[1] Gimont, in Vasconia, dioec. Auscensi. *OC.* 78.
[2] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC.* 48 ; non confundendum cum Bonofonte Remensi.
[3] Portaglonium, seu Bouillas, in Languedocio, dioec. Auscensi. *OC.* 121.
[4] Belle-Perche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC.* 75.
[5] Belloc-en-Rouergue, in dioec. Ruthenensi. *OC.* 79.
[6] Calers, in dioec. Tolosana. *OC.* 115.
[7] Junquera, in Hispania, dioec. Auriensi. *OC.* 159.
[8] Bonrepos, in Britannia, dioec. Corisopitensi. *OC.* 164.
[9] Mont-Peiroux, in dioec. Claromontana in Alvernia. *OC.* 13.
[10] Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi in Gallia. *OC.* 53.
[11] Agitur de abbatia Vallis-Lucidae, in dioec. Claromontana in Alvernia, cuius fundatio ad Robertum IV, Alverniae comitem, referenda est. *OC.* 201. Cf. ann. 1196, n. 23.
[12] Seu Matallana, in dioec. Palentina Hispaniae. *OC.* 170.
[13] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC.* 10.
[14] Aube-Pierre, in dioec. Lemovicensi. *OC.* 115.
[15] Seu Fons-Morigniaci, Fontmorigny, in dioec. Bituricensi. *OC.* 115.

tulum vinum negavit in prandio, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

21 Abbas de Duvelina[1] qui mandatum Capituli nunciare neglexit ad abbates Hiberniae de privilegiis ad Capitulum asportandis [a] quae contra Ordinem habere dicuntur, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et abbatibus de Boellio [2] et Collaevictoriae[3] et de Petrafertili[4] praecipitur ut auctoritate Capituli illis abbatibus qui illa habent privilegia nuntient, ut ea sequenti Capitulo praesentent.

22 Abbas Vallishonestae [5] qui ad abbatiam novam conventum misit et abbatem posuit inconsulto Capitulo generali, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quia ad Capitulum non venit, nec responsalem misit, omni sexta feria ieiunet in pane et aqua, et stallum abbatis non intret, nec missam celebret, donec Cistercio se praesentet, et ibi stet ad arbitrium domini Cistercii. — Abbas Aquaebellae [6] hoc ei nuntiet [a].

23 De monachis Callonii [7] revocandis, committitur abbatibus de Pontigniaco [a] et de Bonoradio [8], aliquos de iis qui sunt magis necessarii et minus rei revocare ne domus omnino depereat.

24 Abbati Novaevallis[9] praecipitur auctoritate Capituli generalis, ut usque ad mediam Quadragesimam, Claramvallem veniat, et ibi [a] ad arbitrium domini Claraevallis se habeat ; alioquin expleto termino se noverit esse depositum. Abbas de Alvastra[10] hoc ei nuntiet [b].

25 Causa abbatis Vallishonestae[11] et abbatis Sancti Eparchii[12]

---

21 : *JP*¹. [a] deferendis : *J*.
22 : *JP*¹. [a] denuntiet : *J*.
23 : *JP*¹. [a] Pontigniaci : *J*.
24 : *JP*¹. [a] ibique stare arbitrio : *J*. [b] denuntiet : *J*.
25 : *JP*¹.

---

[1] i. e. S. Maria iuxta Dublinum, in Hibernia. *OC*. 104.
[2] Boyle, in dioec. Elphinensi in Hibernia. *OC*. 113.
[3] Seu Knockmoy, in dioec. Tuamensi in Hibernia. *OC*. 192.
[4] Seu Abbey of Corcumroe, in dioec. Finnoborensi in Hibernia. *OC*. 199.
[5] In Alvernia, dioec. Claromontana. *OC*. 169.
[6] Aiguebelle, in dioec. Valentina. *OC*. 45.
[7] Seu Callovium, Chalivois, in dioec. Bituricensi. *OC*. 52.
[8] Bouras, in antiquo comitatu Nivernensi, dioec. Senonensi. *OC*. 7.
[9] Nydala, in dioec. Lincopensi in Suecia. *OC*. 74.
[10] In dioec. Lincopensi, in Suecia. *OC*. 73.
[11] In Alvernia, dioec. Claromontana. *OC*. 169.
[12] Seu Saint-Cybard, abbatia O. S. B. in dioec. Engolismensi. *TB*. II, 2681.

committitur abbatibus de Albispetris [1] et de Gratia Dei [2] ut conveniant abbatem Vallis honestae, et auctoritate Capituli compellant eum [a] ad hoc omnimodis satagat, ut [b] abbates liberum habeant [c] transitum : qui propter eius debitum impediti sunt, [e] et hoc in instanti mandetur effectui. Quod si [e] usque ad festum sancti Martini factum non fuerit [f], exinde ipse et domus eius [g] donec compleatur, a divinis cesset officiis.

Abbas de Claustro [3] qui canonicum [a] quemdam in capitulo suo contra formam Ordinis sepelivit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua. 26

Querela abbatis Bonifontis [4] et de Foilenes [a] [5], committitur abbatibus Grandis sylvae [6], et Bellae perticae [7], et Calercii [8] compositione vel iudicio terminanda. 27

De monacho Tamesii [a9] de quo querela habita est quod nimium vagabundus incederet, praecipitur ut non equitet nisi cum abbate proprio, et hoc raro. Quod si fecerit, [b] emittatur de domo sua non reversurus nisi per generale Capitulum. 28

Querelam ecclesiae Strumensis [a] [10] adversus ecclesiam de Claro-maresco [11], committimus definiendam abbatibus Caricampi [12] et de Laude [13]. 29

Conversus Eleemosynarius regis Angliae [14] qui dicitur Manasses, 30

---

[a] eumdem : *J*. [b] qua ratione : *J*. [c] habituri sint : *J*. [d] fuerunt, quod quidem statim eidem mandetur : *J*. [e] Si vero infra : *J*. [f] id non effectum fuerit : *J*. [g] a divinis cesset officiis donec illud compleatur : *J*.

26 : *JP*¹. [a] clericum : *J*. [b] primo : *J*.

27 : *JP*¹. [a] Fulientio : *J*.

28 : *JP*¹. [a] Stamedii : *J*. [b] contra egerit : *J*.

29 : *JP*¹. [a] Sturmensis : *J*.

30 : *JL*¹*P*¹.

---

[1] Aube-Pierre, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[2] In Pictavia, non procul a Rupella. *OC*. 34.
[3] Seu Novum Claustrum, i. e. Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.
[4] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.
[5] Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Tolosana. *OC*. 157.
[6] Grand-Selve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[7] In Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.
[8] Calers, in dioec. Tolosana. *OC*. 115.
[9] Tamié, in Sabaudia. *OC*. 30.
[10] Parthenon Strumenis O.S.B. fund. in dioec. Atrebatensi ann. 1085. *TB*. I, 1053.
[11] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. OC. 59.
[12] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 66.
[13] Laus B. Mariae, Loos, in Galloflandria, dioec. Cameracensi. *OC*. 116.
[14] Richardus, I, 1189-1199.

insuper et omnes personae Ordinis nostri qui sunt in obsequiis omnium personarum quae non sunt de [a] Ordine nostro revocentur usque ad [b] Pascha ad domos proprias.

31 De abbate Sanctae-Crucis [a] [1] qui conventum ad novam abbatiam misit sine consensu [b] Capituli generalis, committitur abbati Morimundi.

32 Abbatibus de Eleemosyna [a] [2] et de Boxeleia [3] praecipitur ut accedant ad domum de Gerodona [4] et de execrabili excessu conversorum, quod minus digne correctum invenerint auctoritate Capituli, ad honorem Dei et aedificationem Ordinis, cum omni strenuitate perficiant.

33 Abbati de Floregia [a] [5] iniungitur ut ab abbate Casamarii [6] diligenter inquirat, si abbatibus Calabriae et Siciliae et Apuliae, sententiam Capituli nuntiavit ; quod si factum est, denuntiet eos auctoritate Capituli depositos tamquam Ordinis contemptores. Si autem eis nunciatum non fuit, modo eis [b] firmiter praecipitur per eumdem abbatem de [c] Casamarii, ut [d] omni occasione remota sequenti Capitulo se praesentent ; interim omni sexta feria [e] in pane et aqua sint. Quod si non venerint, se esse depositos noverint. Excipiuntur illi quos dominus Papa per litteras excusavit, videlicet abbas Casamarii [f] et abbas de Nemore, [7] et abbas Sancti Anastasii [8], et abbas de Sambucina [9], qui tamen ad [g] capitulum omni occasione proposita veniant.

34 Abbatibus Hispaniae, qui propter incursionem paganorum a Capitulo remanserunt, parcitur [a] hoc anno, ita [b] ut sequenti

---

[a] non existentium de : *J*. [b] intra : *J*.
31 : *JP*¹. [a] in Austria *J*. [b] concessione : *J*.
32 : *JP*¹. [a] Eleemosina : *J*,
33 : *JP*¹. [a] *J add.* : seu Toroneto. [b] eisdem : *J*. [c] de : *deest in J*. [d] ut scilicet : *J*. [e] ieiunent : *J*. [f] Casemarii. *J*. [g] ad sequens : *J*.
34 : *JP*¹. [a] poterunt : *P*¹. [b] ita tamen : *J*.

---

[1] Heiligenkreuz, in Austria Inferiore, Morimundi filia. *OC*. 36.
[2] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.
[3] Boxley, in dioec. Cantuariensi in Anglia, *OC*. 91.
[4] Seu Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventrensi in Anglia. *OC*. 30.
[5] Frequentius Toronetum, Toronet, in dioec. Forojuliensi. *OC*. 40.
[6] In Campania romana. *OC*. 58.
[7] Non facile apparet de quo monasterio hic agitur : in Italia nunquam extitit cisterciensis abbatia quae hoc vocetur nomine.
[8] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC*. 62.
[9] In Calabria, *OC*. 143.

Capitulo se praesentent, omni occasione remota. Illi vero qui nihil huius modi patiuntur, a die qua eis nuntiabitur [c] stallum abbatis non intrent et omni sexta feria ieiunent in pane et aqua, donec Cistercium veniant. Abbas de Terra aquilari [1] inquirat diligenter qui sint, et hanc eis sententiam nuntiet.

De abbatia quam aedificare vult abbas de Revesbi [2], in gravamen abbatiarum de Net [3] et de Fordis [a] [4], committitur abbatibus de Ruffort [b] [5], et de Bealanda [c] [6], ut [d] ad locum accedant et cognoscant si stare possit et debeat secundum quod audierint ex utraque parte. **35**

Abbas Berdonensis [7] qui sine converso et monacho dicitur equitare, sex diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua, et abbas Morimundi de statu eius [b] diligenter inquirat, et digne auctoritate Capituli corrigat. **36**

De abbate et domo Bulencour [a] [8] et Wiardo [b] monacho committitur domino Cistercii et abbati Claraevallis, ut statum tam personarum quam domus diligenter inquirant, et quod invenerint corrigendum secundum quod Ordini et domui expedire viderint, digne corrigendo exequantur. **37**

Abbas de Uterinavalle [9] quia contra libertatem Ordinis cessit restituitur; iniungitur tamen tam ipsi quam patri abbati ut cum abbate Morimundi habente secum conversum illum qui eum dicitur infamasse, ad visitationem Cisterciensem accedant, et ibi de tota causa cognoscatur, et secundum quod inventum fuerit totum negotium ad honorem Dei et Ordinis terminetur. Pater autem abbas qui tali cessioni consensit, et professionem **38**

35 : *JP¹*. [a] Forda in partibus Angliae : *J*. [b] Rurefor : *J*. [c] Beelanda : *J*. [d] quatinus : *J*.
36 : *JL¹L²P¹*. [a] primo : *J*. [b] illius : *J*.
37 : *JL¹P¹*. [a] Bonacuria : *J*. [b] Viardo : *J*.
38 : *JL¹MP¹P¹⁰*.

[1] Seu S. Maria de Aquilis, de Aguiar, in Lusitania dioec. Lamecensi. *OC*. 153.
[2] In comitatu et dioec. Lincolniensi; fundavit abbatiam de Valle-Florida, seu Clive in comitatu Somersetano. *OC*. 76, 202.
[3] Neath Abbey, in dioec. Landavensi in Wallia. *OC*. 98.
[4] Ford Abbey in dioec. Oxoniensi in Anglia. *OC*. 40.
[5] Ruffordia, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 112.
[6] Byland, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 104.
[7] Berdona, Berdouës, in Vasconia dioec. Ausciensi; Morimundi filia. *OC*. 48.
[8] Bullencuria, Boulancourt, in dioec. Trecensi in Campania. *OC*. 118.
[9] Eusserthal, in Bavaria Rhenana. *OC*. 114.

eius recepit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua, et sex [b] diebus extra stallum suum.

39 Abbates qui monachos ab abbate Pontigniaci [a] missos non receperunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

40 De conspiratoribus de Salem [1] committitur abbati de Morimundo [a].

41 Monachus de Aci [a] [2] qui causam monachi quam ad praeceptum prioris sui Bullionem [3] ducendum susceperat, subticuit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua.

42 Conspiratores de Fiterio [4] quorum haec sunt nomina: tres monachi de Janges [a], Dominicus de Far, Dominicus de Tudella, Sanctius de Alneto, Petrus Lupi, Ioannes de Pressa, Morimundum veniant, et ad arbitrium abbatis Morimundi se habeant. Prior etiam [b] deponatur, et [c] cum eis veniat atque ad voluntatem abbatis Morimundi [d] sicut ceteri se habeat. Prior vero [e] qui erat depositus, in instanti reponatur. De ceteris autem conspiratoribus domus eiusdem, abbatibus de Scala Dei [5] et de Sacra menia [6] et de Valle bona [7] committitur ut secundum modum culpae [f] eorum etiam vindictae in eos mensuram extendant. Hoc autem compleatur infra mediam quadragesimam.

43 Abbas de Leni [8] qui hoc anno ad generale Capitulum non venit, omni occasione postposita, sequenti Capitulo se praesentet, causamque propter quam remansit [a] fideliter exponat.

44 Causa Lirinensis [9] monasterii committitur abbatibus Bonae-

---

[a] primo: *J*. [b] quadraginta: *JL*¹.
39: *JL*¹*L*²*P*¹. [a] Pontiniacensi: *L*¹*P*¹.
40: *JP*¹. [a] Morimundensi: *J*.
41: *JP*¹. [a] Aceio: *J*. [b] primo: *J*.
42: *JP*¹. [a] Ganges: *J*. [b] eorum: *J*. [c] cumque ipsis: *J*. [d] Morimundensis ut et: *J*. [e] predictus qui male depositus fuerat statim restituatur: *J*. [f] sit et mensura poenitentiae: *J*.
43: *JP*¹. [a] remanserit: *J*.
44: *JP*¹.

---

[1] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi. *OC*. 50.
[2] Seu Acey, in comitatu Burgundiae et dioec. S. Claudii. *OC*. 40.
[3] Bullio, Billon, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 110.
[4] In dioec. Tirasonensi in Hispania. *OC*. 65.
[5] L'Escale-Dieu, in dioec. Tolosana. *OC*. 47.
[6] In Castella Vetere et dioec. Segoviensi. *OC*. 67.
[7] Valbuena, in Vetere Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.
[8] Leninum, Lehnin, in dioec. et marchia Brandenburgensi. *OC*. 182.
[9] Celebre Lirinense monasterium, in insula eiusdem nominis.

vallis [1] et Mansiadae [2]. Abbati autem de Floregia [a] [3] propter hanc causam conceditur summum adire Pontificem, et si ab eo impetrare potuerit praefatum Lirinense monasterium recipiat, et ad consilium praedictorum abbatum Bonaevallis et Mansidae conventum ibi constituat.

Causa de grangia Speciosae vallis [4] committitur abbatibus de **45**
Everbar [5] et de Evera [6] et de Claustro [7] et de Novocastro [8].

De duobus monachis Gilleberto [a] de Bonoportu [9] et Roberto **46**
de Persenia[10] qui de guerris regum contra formam Ordinis se intromiserunt, praecipitur ut extra utrumque regnum emittantur non nisi per generale Capitulum reversuri [b], et omni sexta feria usque ad Capitulum generale publicam in capitulo recipiant disciplinam, et ultimi sint in ordine, nec celebrent divina. Abbates autem eorum sint in levi culpa sex diebus, uno [c] eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum. Si quis autem de cetero aliquid simile praesumpserit, de Ordine eiiciatur [d].

Prior de Valle Richerii[11] qui sine [a] licentia Capituli generalis **47**
Curiam romanam adiit, et quia se inordinate habuit, ab officio suo amoveatur et ad aliam domum emittatur, non nisi per Capitulum generale rediturus [b].

Odoni monacho de Sequanae portu[12] praecipitur ut restrictius **48**

---

[a] Toroneto : *J*.
45 : *JP*[1].
46 : *D*[3]*JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Gilberto : *L*[1]. [b] redituri : *J*. [c] primo : *J*.
[d] *D*[3] *huius statuti conservat tantum partem dispositivam* : Si quis de guerris regum se intromittere praesumpserit, secreta contra quempiam perferens mandata, de Ordine eiiciatur.
47 : *JP*[1]. [a] absque : *J*. [b] reverturus : *J*.
48 : *JP*[1].

---

[1] Huius nominis fuerunt quatuor monasteria virorum ; agitur hic de Bonaval, in Nova Castella, Hispania. *OC*. 152.
[2] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9.
[3] Seu frequentius Toronetum, in dioec. Forojuliensi. *OC*. 40.
[4] Schoenthal, in regno Wirtembergico, dioec. Herbipolensi. *OC*. 141.
[5] Seu Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC*. 20.
[6] Seu Ebracum, Ebrach, in Bavaria, provincia Franconiae Superioris. *OC*. 13.
[7] Seu Novum Claustrum, i. e. Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.
[8] Neubourg, in dioec. Argentinensi. *OC*. 18.
[9] In Normannia et dioec. Ebroicensi. *OC*. 193.
[10] Perseigne, in dioec. Cenomanensi in Gallia, *OC*. 84.
[11] Le Val-Richer, in Normannia, dioec. Bajocensi. *OC*. 94.
[12] Seu Barbellum, Barbeaux, in Insula-Franciae, dioec. Meldensi. *OC*. 111.

se habeat [a] quam hactenus habuit [b]; alioquin gravius in eum vindicabimur [c]. Hoc ei insinuet [d] abbas Pulliacensis [1].

49 Translatio abbatiae Gratiae[a]-Sanctae-Mariae [2], committitur abbatibus de Pinu [3] et de Sancto-Leonardo [4].

50 Abbates de Hungaria [a] qui venientes ad Capitulum vulnerati, spoliati et capti sunt [b], omni occasione postposita sequenti [c] Capitulo se praesentent. Abbas de Cicador[5] hoc eis denuntiet.

51 Querela quae vertitur inter abbates Trium Fontium [6] et de Chiminum [a] [7], abbati Claraevallis committitur, ut compositionem a Capitulo generali constitutam inviolabiliter faciat observari.

52 De iniuriis illatis abbati de Sichem [8] pro proclamationibus quas fecit in Capitulo, abbati Morimundi committitur correctio.

53 Querela quae vertitur inter abbates Trium Fontium et de Insula [9], committitur abbatibus de Belloprato[10] in Lotaringia, et de Ripatorio [11].

54 Causa abbatis de Varenis[12] committitur abbatibus Prulliaci[a] [13] et Vallis lucentis [14], ut factum diligenter inquirant et digne corrigant [b].

55 De Duranno monacho Claraevallis qui errorem suum defendere nititur, et de domino quondam Lugdunensi dure nimis et irre-

---

[a] gerat : *J*. [b] gessit : *J*. [c] agetur : *J*. [d] renuntiet : *J*.
49 : *JP*[1]. [a] Gratiae : *deest* in *J*.
50 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Hungariae : *J*. [b] *J add.* : nihilominus. [c] sequentis anni : *J*.
51 : *JP*[1]. [a] Chiminone : *J*.
52 : *JL*[1]*P*[1].
53 : *JP*[1].
54 : *JP*[1]. [a] Pruliaci : *J*. [b] emendent : *J*.
55 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10].

---

[1] Seu Prulliacum, Preuilly, Barbelli mater, in dioec. Meldensi. *OC.* 5.
[2] Seu N. D. de Charon, in dioec. Rupellensi. *OC.* 194.
[3] Le Pin, in dioec. Pictaviensi. *OC.* 65.
[4] S. Léonard-des-Chaumes, in dioec. Rupellensi. *OC.* 156.
[5] B. M. de Czikador, in dioec. Quinque ecclesiensi in Hungaria. *OC.* 71.
[6] In dioec. Catalaunensi, Claraevallis prima filia. *OC.* 6.
[7] Cheminon, in dioec. Catalaunensi, Trium-Fontium filia. *OC.* 49.
[8] Sichemium, Sittichenbach, in antiqua dioec. Halberstadiensi. *OC.* 63.
[9] L'Isle-en-Barrois, in dioec. Nanceiensi. *OC.* 126.
[10] Beaupré-sur-Meurthe, non procul a Lunaevilla. *OC.* 33.
[11] L'Arrivour, in Campania Gallica, dioec. Trecensi. *OC.* 59.
[12] Varennes, in dioec. Bituricensi in Gallia. *OC.* 111.
[13] Preuilly, in dioec. Meldensi, Vallis Lucentis mater. *OC.* 5.
[14] Vauluisant, in dioec. Senonensi, Varenarum mater. *OC.* 16.

verenter locutus est, praecipitur ut ad voluntatem abbatis Claraevallis, ad aliam domum transeat, nec de cetero praedicet nec scribat, nec tabulas nec libros nec membranas habeat.

De Nunciis [a] Romanae Curiae districte praecipitur ut cum 56
debita reverentia et honore recipiantur, et eis benigne provideatur per totum Ordinem in victualibus. Quod si quis facere neglexerit, a generali Capitulo, ut dignum [b] est, corrigatur [c].

Cum dominus [a] abbas Cisterciensis voluerit definitores eligere, 57
non ex debito necessitatis, sed ex bono pacis et caritatis inquirat a [b] quatuor primis abbatibus simul vel sigillatim, prout ei [c] placuerit, quos singuli eorum de derivatione sua [d] magis idoneos perspexerint ad hoc opus, et audito responso illorum [e], quod dominus Cisterciensis de nominatis ad hoc opus utiliores perspexerit, [f] assumat. Ipse quoque quatuor primos abbates et de aliis filiis [g] suis quos magis discretos et aemulatores ordinis cognoverit, assumat [h].

1198

I. INNOCENTII III EPISTOLA AD CAPITULUM GENERALE CISTERCII

Summus Pontifex orationes Cisterciensium enixe postulat, specialiter pro felici expeditionis eventu in Terram sanctam. Deinde abbatem de Sambucina excusat de obligatione se praesentandi in cisterciensi Capitulo.

Legitur haec epistola apud *PL.* t. CCXIV, col. 334 sq.; Manrique in suis *Annalibus,* t. III, p. 334 ultimam tantum refert partem.

Potthast, *Regesta,* N° 335.

Universis abbatibus Cisterciensis Ordinis in generali capitulo constitutis.

In navi nostri piscatoris gubernatoris gerentes officium, dum intumentium fluctuum tempestates elidimus, dum insurgentium ventorum rabiem evitamus, ex nostra quasi prorsus infirmitate

---

56 : $D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] ministeriis : P^1. [b] rectum : $D^3P^3T^3$. [c] punietur.

57 : D^3P^4 [P^3T^3 *ann.* 1194]. [a] Dominus Cisterciensis cum voluerit : P^4. [b] per quatuor primos... [c] eis : D^3. [d] domus suae : P^4. [e] eorum de numero illorum qui fuerint dominati [*pro* : nominati] Dominus... P^4. [f] crediderit : P^4. [g] filiabus : T^3. [h] eligat : P^4.

deficimus, nisi vos et alii qui relictis retibus et navi pauperem Christum pauperes imitamini et cum ipso undas maris vestigio sicco calcatis, vestris nos iuvetis orationibus apud ipsum, qui cum imperat ventis et mari, aquilonem convertit in austrum et tempestatem redigit in tranquillum. Licet enim, iuxta testimonium Veritatis, iugum Domini suave sit, et leve onus ipsius, insufficientia tamen nostra pressa gravitate pastoralis officii et emergentium negotiorum mutiplicitate gravata, dum cum Martha circa frequens satagit ministerium, nunc obscura quaestionum elucidans et certo in ambiguis usa responso, nunc difficiles modos causarum iustae diffinitionis manu dissolvens, nunc malignorum incursus refrenans, nunc humilibus clypeum apostolicae protectionis indulgens et quasi se totam impendens negotiis aliorum ; nisi vos qui cum Maria sedetis iuxta pedes Domini, audientes verbum ipsius et suaves Rachelis fovetis amplexus, imo qui scala orationis continuae nubes transcenditis, coelorum intima penetrantes, non solum coelestes delicias, verum etiam coelestium deliciarum auctorem, panem coelestem, infirmorum salutem, remedium oppressorum, naufragantium portum, spem fidelium, militantium bravium, morientium vitam et Ecclesiae Sponsum, verum scilicet Salomonem in diademate quo coronavit eum mater sua, oculis contemplationis inspicitis, defectum nostrum sanctis orationibus suppleatis, vix tolerare poterimus pastoralis onera gravitatis, quin potius tantae sollicitudinis oneri succumbemus.

Novimus enim quod ab eo plus exigitur cui plus committitur ; et cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum. Propter quod tanto amplius vestris orationibus nos credimus indigere, quanto maior nobis est sollicitudo commissa et ad superiorem sumus imo supremum ecclesiasticae dignitatis apicem, licet insufficientibus meritis, exaltati, cum secundum Apostolum instantia nostra sit omnium ecclesiarum sollicitudo continua.

Novimus etiam quod multum valet deprecatio iusti assidua, cum puras manus sine disceptatione levat ad Deum ; et quanto magis in conspectu Domini orando humilius se posternit, tanto se amplius ad eum Dominus exaudiendum inclinat et ipsum vicinius et familiarius intuetur. Ipse etenim humilia respicit et alta a longe cognoscit ; qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Novimus praeterea in evangelio esse scriptum : *Petite et accipie-*

tis ; quaerite et invenietis ; pulsate et aperietur vobis (Matth. VII. 7). Et paulo post : *Omnis enim qui petit accipit, et qui quaerit invenit, et pulsanti aperietur* (ibid. 8). Qui petit fide, accipit vitam ; qui quaerit spe, invenit viam ; qui charitate pulsat, ei veritas aperitur, illa videlicet quae de se dicit : *Ego sum via veritas et vita* (Ioann. XIV. 6.)

Rogamus igitur universitatem vestram, monemus, exhortamur in Domino quatenus insufficientiam nostram ex humana infirmitate pensantes, praeter generalem illam orationem quam pro nobis effudit universalis ecclesia, in orationibus vestris memoriam nostri specialius habeatis ; ut ille qui ad apostolatus officium nos vocavit, ad salutem nostram et commissorum regimini nostro populorum profectum nos illud implere concedat et defectum nostrum suo dignetur omnipotentatu supplere, qui dat omnibus affluenter et non improperat ; taliter in suorum nos dirigens observantiam mandatorum, ut vita nostra luceat subditis ad exemplum et verbum proficiat ad doctrinam.

Petite ut Spiritum vitae nobis Dominus benignus infundat, et gratiam suam in nobis multiplicare dignetur. Querite ut qui Petro porrexit dexteram naufraganti et ne mergeretur erexit, viam nobis salutis ostendat et erigat, ne saecularibus negotiis ultra quam expedit immergamur. Pulsate, ut intelligentiae nobis veritatem aperiat et sic dirigat gressus nostros in semitis suis ut non moveantur vestigia nostra, quin imo lucerna pedibus nostris verbum eius existat et sic actus nostros in sua pace disponat, ut ea semper meditemur interius et exterius operemur quae nobis et subditis nostris in praesenti proveniant ad quietem et ad vitam in futuro proficiant sempiternam.

Nos enim, quantum concesserit Dominus, profectibus vestris imminere diligenter intendimus et vobis in necessitatibus vestris potenter adesse ac contra malignantium impetus apostolica protectione praesidium indulgere : quod tunc libentius exequemur, cum vestris nos senserimus precibus et meritis adiuvari. Dignum est enim ut pro nobis universalis ecclesia preces effundat et insufficientiam nostram orationibus relevet, qui ad universorum Christi fidelium regimen divino numine deputati, ex iniuncti nobis officii debito universorum cogimur onera sustinere.

Ad haec, cum dilectum filium nostrum abbatem de Sambucina de fratrum nostrorum consilio ad proponendum verbum Domini populis Siciliae ac eos incitandos ad obsequium crucifixi, duxe-

rimus destinandum, ipsum habere vos rogamus et volumus excusatum, [1] utpote quem causa Domini, auctoritas mandatoris et utilitas communis etiam sine litteris nostris sufficienter excusant.

Datum Reatinae, quarto kalendas augusti.

II. STATUTA ANNI 1198

1 Quando festum sancti Petri Tarentasiensis [a] diebus Rogationum evenerit, duae missae in conventu canantur, et [b] secunda [c] post Tertiam.

2 Abbas qui renuerit ad superiorem [a] domum suae generationis quando vocatur [b], accedere, deponatur.

3 Prohibetur ne praedicationes fiant quibus eleemosynae [a] colligantur ad construendas ecclesias vel [b] ob causam huiusmodi [c]; eleemosynas tamen recipere vel colligere sine praedicatione non prohibetur.

4 De mulieribus quae domus [a] nostras violenter ingrediuntur, iterum [b] dominus Papa consulatur [c]. Sententia vero super hoc data [d] firmiter teneatur.

5 De sancto Antonio [a] fiat commemoratio sicut Pauli primi eremitae [b].

6 Pro [a] interventu nullius [b] saecularis [c] pitantia fiat [d] generaliter nisi eam de proprio facere voluerit. Si quis autem de ea [e] suggesserit, tribus sextis feriis sit [f] in pane et aqua.

7 Abbatibus egredientibus aestatis tempore post primam regredientibus [a] vero [b] de [c] hieme post tertiam, permittitur [d] missam [e] celebrare vel audire.

---

1 : $D^3JL^1MP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1195]. [a] Tarentasiae : P^1. [b] et secunda... : *apud* D^3 *tant.* [c] et hoc : P^3T^3.

2 : $JL^1MP^1P^4$. [a] superiores domus : P^4. [b] vocatus : JP^4.

3 : $JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$. [a] *J add.* : et stipendia. [b] alia huiusmodi : *J* ; rem eiusmodi : P^4. [c] non prohibetur tamen absque predicationis officio eleemosynas recipere aut etiam colligere : *J*.

4 : $JL^1MP^1P^3$. [a] domos : P^1 ; monasteria : L^1P^4. [b] adhuc : P^4. [c] et interim : L^1P^4. [d] lata : JP^4.

5 : JL^1MP^1. [a] Anthonio : P^1. [b] heremitae : *J*.

6 : $JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$. [a] Pro nullo seculari generalis fiat pitantia nisi... : P^4. [b] alicuius : *JM*. [c] nulla : *JM*. [d] peculiaris fratribus pitantia : *J*. [e] P^4 *add.* : aliquid. [f] ieiunet : *J*.

7 : $D^3JL^1MP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1195]. [a] ingredientibus : D^3P^3. [b] vero : *deest* P^3 ; tempore hyemis : P^4. [c] in : P^3. [d] licet : D^3P^4 ; [e] missas : P^4.

---

[1] Scilicet ab obligatione ad cisterciense Capitulum veniendi.

De rebus novitiorum sicut [a] continetur in Regula, sic obser- 8
vetur [b].

Districte praecipitur ne quis constitutum [a] sibi numerum per- 9
sonarum [b] excedere [c] praesumat, nisi talis fuerit [d] persona quae
utilis sit et domui et Ordini.

Sententiam de loquentibus [a] ad mensam [b], abbates districte 10
faciant [c] observari.

Gagerias reddant qui de eis sortem receperunt [a]. 11

Solemnitates transpositas conversi in grangiis agant die suo 12
quando et [a] saeculares ; in abbatia [b] vero quando [c] et monachi.

In nundinis [a] monachus vel conversus qui scienter pisces 13
comederit, exceptis [b] halecibus [c] diebus in Adventu Domini et
Quadragesima, omni sexta feria per annum sit in pane et aqua ;
quod [d] abbates sollicite et districte faciant observari.

Monachi de Cultura Sancti Petri Cenomanensis[1] inter familiares 14
scribantur.

De incisis antiqua lex [a] teneatur [b]. 15

Abbates de Frisia [a] secundo [b] anno ad Capitulum [c] veniant. 16

De loco quem abbas de Pratea [2] suscepit ab excommunicato 17
differatur usque ad sequens Capitulum.

Abbas Vallis lucentis [3] qui fundatorem suum in capitulo sepe- 18
livit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua.

---

8 : $JLMP^1P^4$. [a] prout : *J*. [b] asservetur : P^4.

9 : $JLMP^1P^4$. [a] praestitutum : *J*. [b] personarum numerum : P^4. [c] augere : *J*. [d] peterit : *J*.

10 : $JL^1MP^1P^4$. [a] garrentibus : *J*. [b] missam : P^4. [c] praecipiat observari abbas : P^4.

11 : $JLMP^1P^4$. [a] Guageriae recepta sorte reddantur post decimas : L^1P^4.

12 : $D^3JL^1MP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1195]. [a] qualem : P^1 ; quo et : P^4. [b] in abbatia... : *deest in* P^4. [c] qualem : P^1 ; dum : *J*.

13 : $JL^1MP^1P^4$. [a] quicumque : P^4. [b] excepto in XL[a] vel adventu, omni... : P^4. [c] alecibus : P^1. [d] atque hoc : *J* ; quod abbates... etc : *deest* L^1M.

14 : JL^1MP^1.

15 : $JL^1P^1P^4$. [a] regula : P^4. [b] antiqua teneatur sententia : JP^1.

16 : JL^1MP^1W. [a] Frisiae : *J*. [b] secundo quolibet : *J*. [c] generale properent : *J*.

17 : JMP^1.

18 : JL^1MP^1. [a] primo : *J*.

---

[1] St-Pierre de la Couture au Mans, abbatia O. S. B. *TB*. I, 819.

[2] La Prée, in dioec. Bituricensi in Gallia. *OC*. 86.

[3] Vauluisant, in dioec. Senonensi in Gallia. *OC*. 16.

19 De abbatia de Boschet[a] [1] quam comes Arvernorum contulit Ordini, committitur abbatibus de Montepetroso [b] [2] et de Benedictione Dei [c] [3], ut comiti [d] loquantur quatenus [e] provideat quomodo [f] convenienter [g] aedificari possit, alioquin dimittatur.

20 Monacho de Sacramenia [a] [4] qui ordinatus extra Ordinem, ad Ordinis rediit unitatem, ac deinceps licitum [b] accepit a quodam cardinali Sedis Apostolicae legato, ut divina celebret [c], tamen Ordinis auctoritatem [d] reveritus absque eius licentia facere hoc non est ausus, indulgetur ut celebret.

21 Abbas de Boxeleia [a] [5] de quo dicitur quod post factas visitationes a domibus quas visitaverit, [b] munera recepit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua.

22 Abbati Casemarii [6] cui anno [a] praeterito denuntiatum fuerat ut praesenti Capitulo se praesentaret, et venire distulit, districte praecipitur ut ad sequens Capitulum omni occasione postposita venire non differat. Abbas autem de Coraz[7] [b] hoc ei nuntiet [c].

23 De duobus monachis, de Persenia [a] [8] scilicet et de Bono portu [9], domino Cistercii committitur.

24 De electione Fiterii [10] abbatis[a] dicitur ut domnus Hermenius qui prius canonice electus est, abbas instituatur. Secundus [b]

---

19 : *JMP*¹. [a] Bosquet : *J*. [b] Montispetrosi : *J*. [c] Benedictionis Dei : *J*. [d] comitem alloquantur : *J*. [e] videlicet : *J*. [f] quo pacto : *J*. [g] domus queat aedificari ; alias dimittatur : *J*.

20 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Sacramenia : *J*. [b] dispensationem : *J*. [c] posset celebrare : *J*. [d] authoritatem : *J*.

21 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Boxeliae : *J*. [b] visitaverat : *J*. [c] primo : *J*.

22 : *JMP*¹. [a] anno praeterito : *deest J*. [b] Coraus : *J* ; Soran : *M*. [c] denuntiet : *J*.

23 : *JL*¹*P*¹. [a] Perseniae et Boniportus : *J*.

24 : *JL*¹*MP*¹. [a] abbatis : *deest apud MP*¹. [b] Alter : *J*.

---

[1] Boschetum, vocatum etiam Vallis-Lucida [Vauluisant, cum praecedenti non confundenda] in dioec. Claromontana in Alvernia. *OC*. 201. cf. ann. 1196, 23 ; 1197, 17.

[2] Mont-Peiroux, in dioec. Claromontana in Alvernia. *OC*. 13.

[3] La Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi. *OC*. 53.

[4] In Castella Vetere, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.

[5] Boxley, in dioec. Cantuariensi in Anglia. *OC*. 91.

[6] In Campania romana. *OC*. 58.

[7] Corazzo, in Calabria. *OC*. 168.

[8] Perseigne, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 84.

[9] Bonport, in Normannia, dioec. Ebroicensi. *OC*. 193.

[10] Fitero, in dioec. Tirasonensi, in Vetere Castella. *OC*. 65.

autem videlicet Willelmus de Gaiano statim ut mandatum Capituli per abbates de Sacramenia [c] [1] et de Bona valle [2] audierit, cedat ei. Quod si conventus praefatum Hermenium reverenter et honeste non receperit, eidemque humiliter obedire [d] neglexerit, quamdiu in hac obstinatione perstiterit [e], non celebrentur ibi divina. Abbates autem qui gestis [f] interfuerunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua [g].

Abbas de Horta [a] [3] praefatis duobus abbatibus hoc denuntiet. 25

Prior Morimundi qui conspiratores de Crista [4] binos per domos 26
Ordinis misit, cum singulos misisse debuisset et pro eis nimis indulgentes litteras destinavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

De monacho Populeti [5] qui a quodam iudeo litteras hebraïcas 27
didicisse dicitur, abbati Claraevallis committitur ut inquirat et corrigat.

De abbate Loci Dei [6] et de conspiratoribus eiusdem domus et de 28
dispersione domus, committitur abbatibus Savigniaci [7] et Fulcardimontis [8].

De abbate de Stella [9] dicitur [a] quod per eius minorem sollici- 29
tudinem et [b] diligentiam Ordinis disciplina deperit et substantia domus eius detrimentum patitur [c]. Quod abbas Pontiniaci diligenter inquirat et debita sedulitate secundum rigorem Ordinis quod invenerit corrigendum corrigat.

---

[c] Sacrameniae et Bonaevallis : *J*. [d] obedientiam non praestiterit : *J*. [e] perseveraverit : *J*. [f] negotio huic : *J*. [g] *brevius apud* L^1 : Confirmatio electi Domni Hermenij canonice in abbatem Fiterii, et reiicitur electio secunda facta de Willelmo de Gaiano in abbatem eiusdem domus.

25 : JMP^1. [a] hoc domui illi denuntiet.

26 : JMP^1.

27 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$.

28 : JP^1.

29 : JL^1MP^1. [a] id quo fertur : *J*. [b] ac : *J*. [c] committitur abbati Pontigniaci ut diligenter... : *J*.

---

[1] In Castella Vetere, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.

[2] Bonaval, in Nova-Castella, dioec. Toletana. *OC*. 152.

[3] Horta, Hortus B. Mariae, Huerta, in Veteri Castella. *OC*. 80.

[4] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC*. 10.

[5] Poblet, in Catalonia, dioec. Tarraconensi. *OC*. 127.

[6] Lieu-Dieu, in Picardia, dioec. Ambianensi ; Fulcardi-Montis filia. *OC*. 193.

[7] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.

[8] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.

[9] L'Étoile, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 85.

30 Ad discutionem eiectionis et electionis abbatis de Caesarea [1], conveniant [a] abbates de Morimundo et de Bella valle [2], de Lucella [3], de Everbach [b] [4], de Evrac [c] [5] et de Salem [6], qui ea quae facta sunt diligenter inquirant, et digne corrigant.

31 Abbas Morimundi assumptis sibi quos voluerit abbatibus, domum de Berguis [7] adeat, et tam de abbate quam de statu domus diligenter inquirat ; atque corrigenda condigne corrigat.

32 Negotium abbatis de Insula arearum [8] committitur abbatibus Bonae vallis [9], Montispetrosi [10], Mansiadae [11], qui statum rei diligenter inquirant, et quod dignum iudicaverint statuant.

33 Abbas Sancti-Ioannis de Taraucha [12] qui per triennium filiam suam non visitavit, sex diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum.

34 Conversus Callonii [13] qui de negotiatione sua domum quamdam sumptuosam aedificare dicitur, cesset a negotiatione et domus eiusdem ab aedificatione.

35 De exactionibus quas comes Augi [a] [14] ab abbate de Fulcardi-

---

30 : *JMP¹W*. [a] in unum : *J*. [b] Werbach : *M*. [c] Evra : *JP¹*; Curas : *M*.
31 : *JP¹*.
32 : *JP¹*.
33 : *JP¹*.
34 : *JL¹P¹*.
35 : *JP¹*. [a] Augiensis : *J*.

---

[1] Kaisersheim, in dioec. Augustana in Bavaria. *OC*. 32.
[2] Bellevaux, Morimundi primogenita, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 8.
[3] Lützel, in Alsatia. *OC*. 12.
[4] Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC*. 20.
[5] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC*. 13.
[6] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi. *OC*. 50.
[7] Seu Bergis, i. e. Vetus-Mons, Altenberg, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.
[8] Abbatia in Insula arearum [Isles d'Hyères] in dioec. Tolonensi, antea monialium cisterciensium, dein canonicorum regularium. Cf. Janauschek, *OC*. p. LXIII ; *TB*. II, 1615, verbo « Lamanarre ». Negotium, de quo in hoc decreto, fuit « lis ingens », ut ait Manrique qui totam rem exponit in suis *Annalibus*, t. III, p. 343 sq.
[9] Bonneval, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 144.
[10] Mont-Peiroux, in dioec. Claromontana. *OC*. 13.
[11] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9.
[12] Seu Tarouca, in Lusitania et dioec. Lamecensi. *OC*. 61.
[13] Callovium, Chalivois, in dioec. Bituricensi. *OC*. 52.
[14] Augum, Eu. Cf. *TB*. I, 1055.

monte [b] [1] exigit, scribatur domino regi Anglorum [2] et archiepiscopo Rhotomagensi [3] et eidem comiti.

Abbas de Balerna[a] [4] de cuius conscientia conversus quidam suus equum raptum comparavit, equum reddat ei cuius fuit, et tribus diebus sit in levi culpa. Conversus autem aeque tribus sit in gravi culpa et hoc totum compleatur infra festum Sanctorum Omnium. **36**

Monachus de Villario[a] [5] qui manum misit in abbatem Morimundensem, [b] si ad Ordinem deinceps redire voluerit, in provincia Treverensi recipi non poterit. Extra provinciam illam si annuatur [c] ei ingressus, in gravi culpa recipiatur. De reliquo novissimus omnium permansurus, non nisi per Capitulum generale promovendus. Comites vero abbatis qui eum reliquerunt, tribus diebus sint in levi culpa; conversi tribus sextis feriis in pane et aqua. **37**

Abbas Vallis Richerii [6] qui venerabili archiepiscopo [a] de Duvelina, [7] noctis unius denegavit hospitium, tribus diebus dit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua. **38**

Abbati Mellifontis [8] districte praecipitur ut privilegium [a] de quo anno praeterito facta est mentio, Capitulo repraesentet vel mittat, alioquin de cetero a divinis abstineat. **39**

Abbas Vallis honestae [9] quia mandato abbatum a Capitulo destinatorum non stettit, sex diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua, et pecuniam reddat abbatibus Sancti Leonardi [10] et Gratiae Dei [11] infra [b] festum Sanctorum Omnium, **40**

---

[b] Fulcardimontis : *J*.
36 : *JP*¹. [a] Balernae : *J*.
37 : *JP*¹. [a] Villariensis : *J*. [b] Morimundi : *J*. [c] admittatur : *J*.
38 : *JL*¹*P*¹. [a] episcopo : *J*. [b] primo : *J*.
39 : *JL*¹*P*¹. [a] privilegia de quibus preteritis annis : *J*.
40 : *JL*¹*P*¹. [a] primo : *J*. [b] intra : *J*.

---

[1] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC.* 98.
[2] Richardus I, 1189-1199.
[3] Gualterus de Constantiis, 1184-1207. *SE.* 614.
[4] In dioec. S. Claudii. *OC.* 41.
[5] Villerium in Betnach, Morimundi filia, in Lotharingia. *OC.* 26.
[6] Le Val-Richer, in Normannia, dioec. Baiocensi. *OC.* 94.
[7] Joannes Comyn, O. S. B. 1182-1212. *SE.* 218.
[8] In Hibernia, dioec. Armachana. *OC.* 70.
[9] Seu Fenières, in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC.* 169.
[10] St-Léonard des Chaumes, in dioec. Rupellensi, in Gallia. *OC.* 156.
[11] In Pictavia dioec. Santonensi. *OC.* 34.

alioquin a die illa sit extra stallum suum et omni sexta feria in pane et aqua, donec mandatum Capituli effectui mancipaverit. Abbas vero de Albis petris [1] qui verbo suo non stetit cum ceteris abbatibus, in solutione pecuniae, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

41 Petitio Gifini[a2] de construenda abbatia committitur abbati Clarae vallis [b].

42 Ad Capitulum Praemonstratense mittantur abbates Ursi campi [3] et de Valcellis[a] [4] pro Ordine responsuri [b].

43 Abbates de Forda [5] et de Fornais [6] qui ad Capitulum venire debuerant, et non venerunt, postquam eis ista innotuerit sententia, stallum abbatis non intrent et omni sexta feria in pane et aqua ieiunent donec domui Cistercii [a] se praesentent. Abbas de Savigniaco [b 7] abbati de Fornais hoc nuntiet ; abbas vero de Fontibus [8] abbati de Forda [c].

44 Conversus de Ridachhusse[a] [9] qui abbatem de Lani[10] ad Capitulum venientem in grangia recipere noluit, ad matrem domum mittatur, et ibi pro excessu suo digne puniatur, et hoc abbati Campensi [11] exequendum committitur.

45 Abbates de Ebera [a 12], de Alsebrone [b 13], de Billedense [14], de

---

41 : *JP*¹. [a] Grifini : *J*. [b] Claraevallensis : *J*.
42 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Vacellis : *P*¹. [b] reversuri sequenti nostro Capitulo : *L*¹.
43 : *JP*¹. [a] Cisterciensi : *P*¹.
[b] Savigniaci : *J*. [c] Fordensi idem nuntiabit : *J*.
44 : *JP*¹. [a] Ridathuse : *J*.
45 : *JP*¹. [a] Evera : *J*. [b] Altsebrone : *J*.

---

[1] Aube-Pierre, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[2] Norwaliae principis. Cf. ann. 1199, nº 21.
[3] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.
[4] Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC*. 24.
[5] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi et comitatu Devoniae in Anglia. *OC*. 40.
[6] Furness Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 97.
[7] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.
[8] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[9] Riddagshausen, in ducatu Brunsvicensi et dioec. Halberstadensi. *OC*. 84.
[10] Lehnin, in dioec. et marchia Brandenburgensi. *OC*. 182.
[11] Camp, seu Vetus Campus, in finibus dioec. Coloniensis. *OC*. 11.
[12] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC*. 13.
[13] Heilsbronn, Fons-Salutis, in Bavaria, dioec. Eystettensi. *OC*. 27.
[14] Bildhausen, in Bavaria, dioec. Herbipolensi. *OC*. 140.

Pomoc [1], de Zuetele [2], de Bongart [3], de Berge [4], de Willeringe [5], de Alba [6], de Sancto Spiritu [7], de Nucaria [8], de Sancto Stephano de Bosco [9], de Falera [c] [10], de Sancto Martino[11], qui ad Capitulum non venerunt, stallum abbatis non intrent, et omni sexta feria in pane et aqua ieiunent, donec domui Cistercii se repraesentent [d] Abbas de Victoria[e] [12] abbati de Ebera [e] et aliis quibus poterit, hoc denuntiet ; abbas vero de Ebera ceteris. Abbas vero de Curatio[13] illis de Sicilia, de Calabria, de Tuscia notum faciat. Hanc poenam nihilominus abbates de Eurebach [f] [14], de Sconaugia [15], de Otteburg [g] [16], de Bevenhuse [h] [17], de Aresbusco[i] [18] sustineant, donec Cistercium veniant. Abbas de Claustro[j] [19] hoc illis nuntiet.

Abbas de Revesebi[20] qui conventum ante diem sibi praefixum emisit, infra mensem postquam ei haec sententia innotuerit, ipsum conventum cum abbate revocet, et futuro Capitulo se repraesentet, excessus sui rationem redditurus. Abbas de Fontibus in Anglia[21] hoc eis nuntiet. 46

De monachis et conversis de Ferraria[a] [22] qui abbatem suum 47

---

[c] Phalera : *J*. [d] offerant : *J*. [e] Ebrach : *J*. Abbas Curatii Siciliae... abbatibus : *J*. [f] Curebac : *P*[1]. [g] Otreburc : *P*[1]. [h] Bevenghuse : *J*. [i] Arebusrc : *J*. [j] Hennerode hoc eis denuntiet : *J*.

46 : *JP*[1].

47 : *JP*[1]. [a] Ferrariae : *J*.

---

[1] Nepomuk, in Bohemia, dioec. Pragensi. *OC*. 83.
[2] Zwettl, i. e. Claravallis in Austria. *OC*. 54.
[3] Baumgarten, Pomarium, in dioec. Argentina, Alsatia Inferiore. *OC*. 112.
[4] Seu Altenberg, Vetus-Mons, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.
[5] Wilhering, Hilaria, in dioec. Linciensi in Austria-Superiore. *OC*. 90.
[6] Alba-Dominorum, Herrenalb, in regno Wirtembergico. *OC*. 92.
[7] Non procul a porta S. Agathae Panormi, in Sicilia. *OC*. 165.
[8] La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanensi. *OC*. 164.
[9] S. Stephanus de Bosco in Calabria. *OC*. 123.
[10] Falera, in patrimonio S. Petri et dioec. Civitatis Castelli. OC. 77.
[11] S. Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri. *OC*. 124.
[12] Victring, in Carinthia. *OC*. 68.
[13] Corazzo, in Calabria, dioec. Marturanensi. OC. 168.
[14] Seu Eberbach in dioec. Moguntina. *OC*. 20.
[15] Schoenau, in Palatinatu et antiqua dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.
[16] Otterberg, in Palatinatu et dioec. Moguntina. *OC*. 82.
[17] Bebenhausen, in regno Wirtembergico. *OC*. 191.
[18] Arnsburg, Castrum-Aquilae, in dioec. Moguntina. *OC*. 169.
[19] Seu Novum Claustrum, i. e. Himmerod, in dioec. Trevirensi et provincia Borusso Rhenana. *OC*. 31.
[20] Revesby, in dioec. et comitatu Lincolniensi. *OC*. 76.
[21] Fountains, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 37.
[22] Ferrara, in regno Neapolitano. *OC*. 178.

conspiratorie eiecerunt, abbatibus Fossae novae [1] et Casaemariae [2] committitur, ut digne secundum institutionem Ordinis corrigant et sequenti Capitulo quod factum fuerit renuntient. Abbas de Curatio [3] hoc eis nuntiet.

48 Abbas de Fontibus in Anglia [4], de quo dominus archiepiscopus Eboracensis [5] conqueritur, quod excommunicatis [a] ab eo communicaverit, [b] tribus diebus sit in levi culpa.

49 De converso Fonteneti [6] proprietatem habente[a] et in cimiterio sepulto et de sortilegio in eadem domo ut dicitur facto, abbati Claraevallis committitur ut ea diligenter inquirat, et sicut dignum fuerit corrigat.

50 Abbati Sancti Sulpitii [7] dicitur [a] ut breviarium abbatis Mellifontis[8] abbati Claraevallis restituat ; similiter et [b] equos abbatis Altae combae [9] reddat [c].

51 Quod si factum non fuerit a festo Omnium Sanctorum, abbas et prior omni sexta feria [a] in pane et aqua abstineant.

52 De vecturis dominicis festis diebus ita fiat, ut non scandalizentur saeculares.

53 Innocentius papa scribatur in canone et in cereo pascali.

1199

1 Monachi qui rythmos [a] fecerint [b], ad domos alias mittantur [c] non redituri nisi per generale Capitulum.

---

48 : JP^1. [a] excommunicatus : P^1 [b] communicavit : J.
49 : JL^1P^1. [a] proprietario : J.
50 : JMP^1. [a] iubetur : J. [b] quoque : J. [c] eidem reddat abbati : J.
51 : JMP^1. [a] ieiunent : J.
52 : D^3 [P^3T^3 ann. 1195].
53 : P^6.
1 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1196]. [a] rhythmos : $D^3P^3T^3$; rithmos : $L^2P^1P^{10}$ [b] faciunt : $D^3P^3T^3$; composuerint : J. [c] emittantur : $D^3P^3T^3$.

---

[1] Fossa Nuova, in dioec. Terracinensi. *OC.* 37.
[2] Casamario, in Campania romana. *OC.* 58.
[3] Corazzo, in Calabria. *OC.* 168.
[4] Fountains, cf. supra.
[5] Geoffridus Plantagenet, 1191-1212. *SE.* 201
[6] Fontenay, in Burgundia, dioec. Divionensi. *OC.* 8.
[7] St-Sulpice-en-Bugey, in Sabaudia, dioec. Bellicensi. *OC.*27.
[8] Mellifont, in Hibernia, dioec. Armachana. *OC.* 70.
[9] Hautecombe, in Sabaudia, ad lacum Burgeti. *OC.* 35.

De furibus nostris [a] et malefactoribus [b] conqueri possumus [c] 2
iustitiae saeculari ut [d] ab eorum violentia nos defendat [e].

Novitiorum qui primus ingreditur [a] capitulum, prior habeatur 3
si perseveraverit, etiam si qualibet de causa, primum benedictus
fuerit qui [b] postremum venit [c].

Scandalum est magnum [a] de quibusdam personis Ordinis [b] 4
nostri quod [c] per diversas regiones discurrunt ad procurenda
matrimonia seu [d] divortia, vel alia saecularia negotia. Quod
ne [e] de cetero fiat, districtius inhibetur [f]. Si quis autem hoc
transgressus fuerit, per [g] patrem abbatem gravissime puniatur,
et correctio qualiter [h] facta fuerit ad sequens [i] generale Capitu-
lum referatur.

Prohibetur ne in altaribus nostris habeantur mappae [a] lim- 5
batae [b].

Quod sicubi [a] factum fuerit deinceps, sacrista domus [b] illius [c] 6
in qua fuerit factum [d], tribus diebus sit in levi culpa, uno [e]
eorum in pane et aqua. Qui hoc fieri [f] iusserit poenae simili
subiacebit [g].

De illis qui de Ordine egressi ultra septem dies morantur, sic [a] 7
temperatur sententia ut ultimi sint omnium usque ad nutum [b]
patris abbatis, cum consilio tamen et voluntate proprii abbatis.
Qui vero in furto deprehensi fuerint, vel vestimenta vel aliquid
exportaverint, si reverti voluerint, non nisi pannis veteribus
induantur, nisi forte illa quae exportaverant reportaverint. Sen-
tentia vero conversorum qui in furto vel proprietate deprehensi [c]

2: $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1196]. [a] nostris : *deest* *J*; nostris secularibus : D^3P^4. [b] malefactoribus : *deest* P^4; *J add.* : Ordinis. [c] licet : P^4. [d] ut ab... etc : *deest apud* D^3. [e] defendant : P^1.

3: $D^3JL^1P^1$ [P^3T^3 *ann.* 1196]. [a] primum occupabit locum : *J qui nihil aliud refert.* [b] qui... etc : *deest* P^1. [c] *apud* $D^3P^3T^3$: Novitius qui in capitulo prior petit, prior erit, si perseveraverit.

4: $D^3JL^1P^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1196]. [a] magnum est : $D^3P^3T^3$. [b] nostri Ordinis : *J*. [c] discurrentibus : $JD^3P^3T^3$. [d] vel : $D^3P^3T^3$. [e] quod decetero ne... : *J*. [f] prohibetur : $D^3P^3T^3$. [g] a patre abbate : $D^3P^3T^3$. [h] qualiter correctio : $D^3P^3T^3$. [i] ad sequens... : *deest* $D^3P^3T^3$; sequenti Capitulo nuntietur : *J*.

5: $JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$. [a] sive pallae : L^1. [b] cum limbo serico vel auriphrigio, nisi episcopo celebrante : L^1P^4.

6: $JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$. [a] Quod si contra : *J*; quod si aliter : *M*. [b] loci : P^4. [c] et prior si consenserit : P^4. [d] hoc habitum : *J*. [e] uno eorum... : *deest* JP^1. [f] fieri : *deest* *J*. [g] subiaceat : *J*.

7: $JL^1P^1P^4$. [a] sicut: P^1. [b] adventum: L^1. [c] deprehendentur: *J*.

fuerint, vel qui cum furto exeunt [d], ita temperatur ut cum consilio patris abbatis et proprii, possint in ordine conversorum restitui [e].

8 Sententiae conspiratorum additur ut monachi conspiratores primo anno ab executione ordinum [a] suorum abstineant, nec [b] communicent, nisi in Pascha [c] et in extremis [d]. Hoc ipsum de non communicando observetur a [e] conversis [f].

9 Prohibetur ne quis de Ordine nostro [a] troïtas [b] comparet in lacu Lausannae, vel in locis vicinis in quibus Cistercienses pisces solent comparare ad opus Capituli generalis, a festo Beatae Mariae Magdalenae [c] usque ad festum Sanctae Crucis, exceptis [d] Cisterciensibus.

10 De Sancto Nicolao [a] celebrentur duae missae et conversi laborent. Ad vesperas sancti Nicholai R[esponsorium] *Sint lumbi.* [b]

11 In transpositione festi Sancti Benedicti, ea die qua festum agitur, regula inchoetur.

12 De Hugone abbate de Aceio [1] qui in Hungariam profectus est sub spe reversionis, et non est reversus, sed ibi contra prohibitionem et voluntatem abbatis patris abbatiam [a] suam dimisit, praecipitur [b] usque ad Pascha ad Carum locum [2] veniat et ibi stet ad voluntatem patris abbatis, numquam de cetero in Hungariam nisi per generale Capitulum reversurus. Abbas de Pelis [3] qui eum inconsulto patre abbate retinuit, sex diebus sit in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua.

13 De Renaudo monacho, de Guidone Tempeste et Martino fabro

[d] exierunt : *L*[1]. [e] *apud P*[4] : Illi qui de ordine egressi ultra septem dies in seculo morantur, si recepti fuerint ultimi permaneant nisi forte pater abbas eorum et humilitate et satisfactione competenti cognita circa eos dispensaverit cum voluntate et consilio proprii abbatis.

8 : *JL*[1]*P*[1]*P*[4]. [a] sacrorum : *J*. [b] et non : *P*[4]. [c] Paschate : *J*. [d] tam monachi quam conversi : *P*[4]. [e] in : *JP*[1]. [f] *J add.*: conspiratoribus.

9 *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] nostro : *deest P*[1]. [b] truittas : *J*. [c] Magdalenae : *deest W*. [d] *J add.* : solis.

10 *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[6]*P*[10]. [a] Nicholao : *P*[1]. [b] Ad vesperas... etc. *apud P*[6] *tantum*.

11 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10].

12 : *JP*[1]. [a] abbatiae regimen : *J*. [b] ut intra Pascha : *J*. [c] primo : *J*.

13 : *JP*[1].

[1] Acey, in dioec. S. Claudii et comitatu Burgundiae. *OC.* 40.

[2] Cherlieu, in dioec. Bisuntinensi et comitatu Burgundiae. *OC.* 19.

[3] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC.* 182.

conversis de Pelis, qui nuntios abbatis Cariloci minus reverenter et inhoneste tractaverunt, dictum est quod usque ad iam dictum terminum, ad Carumlocum veniant et ibi ad voluntatem patris abbatis, poenam quam super hoc meruerunt, sustineant. Quod si forte venire contempserint, omni sexta feria ieiunent in pane et aqua, et ultimi permaneant donec patris sui conspectui se praesentent. Abbas de Cicador [1] hoc totum eis denuntiet.

De electione abbatis de Aceio qui mandatum ipsum nondum **14**
susceperat, patri abbati committitur ut de ipsius promotione faciat quod personae et Ordini viderit expedire.

Abbas de Oliva [2] [a] qui contra prohibitionem patris sui de Mori- **15**
mundo [b] Martinum monachum penes se retinuit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Monachum [c] autem illum usque [d] ad Nativitatem Domini ad Scalam Dei [3] sine occasione [e] remittat ad iam [f] dictam domum, non nisi per generale Capitulum reversurum. Quod si venire contempserit, ex tunc omni sexta feria ieiunet in pane et aqua, non [g] communicet, non [h] equitet, ultimus etiam [i] permansurus.

Abbates de Sambucina [a] [4] et de Spiritu-Sancto [b] [5] qui sicut **16**
eis mandatum est a Capitulo generali Cistercium non venerunt, nec egerunt poenitentiam talibus institutam, sex diebus sint in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua. Abbas Casemarii [d] [6], pater eorum qui eis ipsam poenitentiam remisit, eidem subiaceat.

Abbatia de Cliva [a] [7] quam abbas de Revesbi [8] de novo crea- **17**
vit [b], sine assensu et consilio Capituli generalis, de communi

14 : *JP*[1].

15 : *JP*[1]. [a] Olivae : *J*. [b] Morimundensis : *J*. [c] Illum autem monachum : *J*. [d] intra : *J*. [e] absque contradictione : *J*. [f] Olivam : *J*. [g] nec : *J*. [h] nec : *J*. [i] omnium : *J*.

16 : *JP*[1] [a] Sambucinae : *J*. [b] Spiritus-Sancti : *J*. [c] primo : *J*. [d] Casamaris : *J*.

17 : *JP*[1]. [a] Clivae : *J*. [b] noviter generavit : *J*.

[1] B. M. de Czikador, in Hungaria, dioec. Quinqueecclesiensi. *OC*. 71.

[2] La Oliva, in dioec. Pampilonensi, Hispania. *OC*. 119.

[3] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana, abbatiae Olivae mater. *OC*. 47.

[4] Opulentissima abbatia in Calabria et dioec. Bisianensi. *OC*. 143.

[5] S. Spirito, non procul a porta S. Agathae Panormi, in Sicilia. *OC*. 165.

[6] In Campania romana. *OC*. 58.

[7] Vallis Florida, seu Cliva, in dioec. Bathoniensi et comitatu Somersetano. *OC*. 202.

[8] Revesby, in dioec. et comitatu Lincolniensi. *OC*. 76.

voluntate [c] Ordini sociatur. Quod si abbas de Net [1] abbatiam suam ad grangiam suam de Essefort, quae Clivae vicina est infra viginta [d] annos transferre voluerit, ei de consensu Capituli generalis [e] indulgetur; sin autem, ipsa indulgentia expirabit. Quia vero abbas de Revesbi conventum misit ad abbatiam de Cliva, non expectato mandato Capituli, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

18 De libro abbatis de Voto [2] quem abbas de Strafort [3] detinet, iniungitur abbati de Savigniaco [a] [4], ut eum usque ad Pascha ei cuius est faciat resignari.

19 Abbas Bonifontis [5] qui in via qua veniebat ad Capitulum minus ordinate se habuit, in [a] infirmitoria Ordinis de facili ingreditur, et de accurata procuratione sibi exhibenda [b] nimis affectuose [c] loquitur, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

20 Querela quae vertitur inter abbatem Vallis Richerii [6] et Rogerium de Grantsylva [7], committitur abbati de Savigniaco, [a] compositione vel iudicio terminanda.

21 Petitio Gifini [a] [8], principis Norwaliae de abbatia aedificanda, committitur abbati de Margan [9], qui assumptis secum abbatibus de Bidoars [10] et de Blanchalanda [11] cum fundatore loci, ad ipsum [b] locum accedant, et diligenter inquirant de praemissis et ad sequens Capitulum renuntient [c].

---

[c] eiusdem : *J*. [d] viginti infra : *J*. [e] generalis Capituli : *J*.

18 : *JP*¹. [a] Savigniaci : *J*.

19 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] et : *J*. [b] facienda : *L*²*MP*¹⁰. [c] effectuose : *L*²*MP*¹⁰.

20 : *JP*¹ [a] Savigniaci : *J*.

21 : *JP*¹. [a] Grifini : *J*. [b] idipsum : *J*. [c] referant : *J*.

---

[1] Neath abbey, in dioec. Landavensi, in Wallia. *OC*. 98.

[2] Abbatia de Voto, antiquum nomen monasterii Valassiae, Valasse, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 140.

[3] Stratford Langthorne, in dioec. Londiensi in Anglia. *OC*. 102.

[4] In Normannia. *OC*. 95.

[5] Sive Bonnefont, in Vasconia, sive Bonnefontaine, in dioec. Remensi. *OC*. 48, 138.

[6] Le Val-Richer, in Normannia, dioec. Baiocensi. *OC*. 94.

[7] Non agitur hic de abbatia Grandis Silvae, quae tunc temporis ut praesulem habebat Arnaldum I Amalric, mox in abbatem Cistercii promovendum (1201) et dein Narbonensem archiepiscopum (1212, † 1225).

[8] Cf. ann. 1198, nº 41.

[9] Marganense coenobium, in dioec. Landavensi, in Wallia. *OC*. 107.

[10] Bildewas, in dioec. Cestriensi in Anglia. *OC*. 102.

[11] Whiteland, in dioec. Menevensi in Wallia. *OC*. 62.

Quaerela quae vertitur inter abbatiam de Quemier[1] et Arbercornii [2], committitur abbatibus de Bidoars [a] [3], de Dora [4] et de Crosquedane [5] [b], compositione vel iudicio terminanda. Abbas de Crosquedane hoc aliis denuntiet. 22

Abbati Floregiae [a] [6] qui abbatiam voluit associare Ordini, praecipitur ut desistat ab incepto, nec ipsum amplius repetat nisi eis gratis et liberaliter offeratur, et quia in hac parte dicitur domum suam multis gravasse expensis, quadraginta diebus sit extra stallum suum, et sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 23

Abbas de Pelea [a] [7] qui in infirmitorium et stallum abbatis misit [b] abbates alterius Ordinis, antequam associati [c] essent Ordini, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et de cetero similia caveantur. 24

Abbates de Fulina [8] et de Nugariis [9] et alii qui ad Capitulum non venerunt cum venire debuissent, nisi de mandato domini Papae aut gravis infirmitatis occasione sint retenti, sex diebus sint in levi culpa. uno eorum in pane et aqua. 25

Promotionem abbatis Caricampi[10] quia utilis videtur domui cui de communi electione praeponitur, ad praesens [a] sustinemus. Abbas autem Pontiniaci [b], quia in ipsa electione minus caute [c] et consulte processit, viginti diebus extra stallum suum sit, et sex diebus in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua. Auctoritate [e] autem Capituli [f] generalis districte similia prohibentur, ita 26

---

22 : *JP*[1]. [a] Biduars : *J*. Trosanctdane : *J*.
23 : *JP*[1] [a] Toroneti : *J*.
24 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Palea : *L*[2]*MP*[10]. [b] posuit : *J*. [c] illi : *J*.
25 : *JP*[1].
26 : *JL*[1]*P*[1]. [a] modo : *J*. [b] Pontigniaci : *J*. [c] discrete et inconsulte : *J*. [d] primo : *J*. [e] Authoritate : *J*. [f] generalis Capituli : *P*[1].

---

[1] Seu Kemeria, Chemerium, Kemmer abbey, in dioec. Bangorensi in Wallia. *OC*. 202.
[2] Aberconway, in dioec. Bangorensi in Norwallia. *OC*. 186.
[3] Bildwas, in dioec. Cestriensi in Anglia. *OC*. 102.
[4] Dore, in dioec. Herefordiensi in Anglia. *OC*. 92.
[5] Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC*. 176.
[6] Saepius Toronetum, Toronet, in dioec. Foroiuliensi. *OC*. 40.
[7] Antiquum nomen monasterii Vallis-Paradisi, Valparayso, in dioec. Zamorensi, in Hispania. *OC*. 131.
[8] Seu Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Tolosana. *OC*. 157.
[9] Nucaria, La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanensi. *OC*. 164.
[10] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 66.

ut qui de cetero simile quid fecerit, vel de quo factum fuerit, sine retractione uterque deponatur.

27 Abbas de Sancto-Sulpicio [a] [1], restituat quadraginta solidos fortium de Suise [b] abbati Fossae novae [2], pro equo quem ei vendidit, hoc [c] non de rigore iuris, sed de mansuetudine et benignitate Ordinis statuentes.

28 Abbatibus Campensi [3], Lucelensi [4], Ebracensi [5], et Bergensi [6] pracipitur ut de substratoriis et linteaminibus quae secum portant et habentur in lectis et domibus eorum, sic in domibus suis et filiarum suarum, usque [a] ad visitationem suam studeant corrigere, ut cum abbas Morimundi illic venerit, causa [b] visitationis, nihil [c] inveniat corrigendum. Quod si abbas Morimundi illic veniens, non invenerit digne correctum, auctoritate [d] Capituli generalis sic studeat istud corrigere, ut super hoc non [e] debeat [f] alia de cetero ad nos quaestio revenire.

29 Abbas de Dondrena [7] qui consuluit filio suo abbati, ne pro imminentibus guerris [a] veniret ad Capitulum [b], sex diebus sit in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua.

30 Abbas de Glanlud [8] qui de consilio patris [a] sui remansit et non [b] venit ad Capitulum [c], extra stallum abbatis permaneat, et omni sexta feria ieiunet in pane et aqua, donec Cistercio se praesentet, et hoc ei pater abbas denuntiet.

31 Abbas de Quarraria [a] [9] eidem sententiae subiaceat. Hoc ei abbas de Forda[10] denuntiet.

---

27 : *JP*¹. [a] Sancti Sulpicii : *J*. [b] Suisse : *J*. [c] hoc inquam : *J*.
28 : *JL*¹*P*¹. [a] dum visitaverint proximum : *J*. [b] visitandi gratia : *J*. [c] non : *J*. [d] authoritate : *J*. [e] iterum conquestio apud nos non veniat : *J*. [f] debeant : *P*¹.
29 : *JP*¹. [a] bellis : *J*. [b] generale : *J*. [c] primo : *J*.
30 : *JP*¹. [a] abbatis : *J*. [b] nec : *J*. [c] generale : *J*
31 : *JP*¹. [a] Querraria : *J*.

---

[1] Saint-Sulpice en Bugey, in Sabaudia et dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[2] Fossa Nuova, in Campania romana et dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[3] Camp, seu Vetus Campus, in provincia Borusso-Rhenana. *OC*. 11.
[4] Lützel, in Alsatia Superiori. *OC*. 12.
[5] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC*. 13.
[6] Seu Altenberg, Vetus Mons, in dioec. Coloniensi, provincia Borusso-Rhenana. *OC*. 29.
[7] Dundrainan, in Scotia, dioec. Candidae-Casae. *OC*. 70.
[8] Glenluce, Vallis-Lucis, in Scotia, dioec. Candidae-Casae, Dundrainan filia. *OC*. 193.
[9] Quarr-Abbey, in Vecta insula. *OC*. 99.
[10] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi in Anglia. *OC*. 40.

Abbas de Monte Sancti Petri [1] eidem sententiae subiaceat ; et [a] ei hoc pater suus de Claustro [2] denuntiet. 32

Abbas de Dora [3] eidem sententiae subiaceat. Abbas de Cumbremare [a] [4] hoc ei denuntiet. 33

Abbas de Sancto Gundardo [a] [5] in Hungaria, eidem sententiae subiaceat, et hoc ei abbas de Gris [6] denuntiet [b]. 34

Abbates Daciae et vicinarum regionum, qui hoc anno non venerunt, cum venire debuissent, eamdem poenam sustineant. Abbas [a] qui praesens est, hoc eis denuntiet. 35

Abbates de Hispania qui non venerunt hoc anno [a] eamdem poenam sustineant ; abbas de Sacramenia [7] hoc eis nuntiet [b]. 36

Abbas de Ferraria [a] [8] eamdem poenam sustineat [b] ; hoc ei denuntiet pater eius de Benina [9]. 37

De monachis de Bulliis[10] qui tam enormiter deliquerunt [a] in conspiratione et aliis contra abbatem suum, committitur abbati Pontiniaci [b] qui per se vel per idoneas personas eis indicat [c] quod sint ultimi, et omni sexta feria sint [d] in pane et aqua et in Capitulo verberentur ; numquam celebrent, de cetero [e] ultimi permansuri, et [f] in diversis domibus dispergantur, non reversuri ad domum propriam nec ab ista poenitentia, nisi per generale Capitulum absolvendi. 38

32 : *JP*[1]. [a] hoc ei Hemmerodensis... : *J*.
33 : *JP*[1]. [a] Accumbremare : *J*.
34 : *JP*[1]. [a] Sancti-Gothardi : *J*. [b] hoc ei denuntiet : *J*.
35 : *JP*[1]. [a] *J add.* : illarum partium.
36 : *JP*[1]. [a] ad Capitulum generale : *J*. [b] denuntiet : *J*.
37 : *JP*[1]. [a] *J add.* : ob idem. [b] ferat : *J*.
38 : *JP*[1]. [a] et conspiraverunt contra... : *J*. [b] Pontigniaci : *J*. [c] indicabit ut : *J*. [d] ieiunent : *J*. [e] semper : *J*. [f] ac : *J*.

[1] Seu potius Vallis S. Petri, Heisterbach, in provincia Borusso-Rhenana. *OC*. 189.
[2] Seu Novum Claustrum, Himmerod, in dioec. Trevirensi, provincia Borusso-Rhenana ; Heisterbach mater. *OC*. 31.
[3] Dore, in dioec. Herefordiensi, in Anglia. *OC*. 92.
[4] Cumbermere, in dioec. Conventrensi in Anglia. *OC*. 100.
[5] S. Gothardus, in dioec. Sabariensi in Hungaria. *OC*. 183.
[6] Seu Egres, Egris, in dioec. Csanadiensi, in Hungaria. *OC*. 177.
[7] Sagramenia, in dioec. Segoviensi, in Castella-Veteri. *OC*. 67.
[8] Seu Herrera, in Veteri-Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 163.
[9] I. e. Berola, seu Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonensi. *OC*. 91.
[10] Sive Bullio, in dioec. Bisuntinensi ; sive Buellium, in Hibernia ; sive Bulium, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 110, 113, 148.

39 In grangia de Fucheriis, conversi a vino abstineant, sicut in aliis.

40 In grangia de Toschis [a] carnes de cetero non [b] comedantur.

41 Abbatibus de Fossa nova [a] [1] et Casemarii [b] [2] iniungitur ut ad domum Sancti-Sebastiani [3] accedentes, abbati ipsius loci, auctoritate [c] Capituli generalis, praecipiant ut usque [d] ad Natale Domini Cistercio se praesentet alioquin pro fugitivo de cetero habeatur [e].

42 Abbatibus de Firmitate [a], de Pontiniaco, de Claravalle, de Morimundo iniungitur ut ad visitationem Cistercii reportent quo anno abbates remoti venire debeant ad Capitulum, et tunc de singulis [b] ordinetur.

43 De petitione Guillelmi marescalli regis Angliae, de abbatia construenda committitur abbatibus de Mellifont [a] [4] et de Duvellines, [5] ut diligenter inquirant de constructione ipsius abbatiae, et sequenti Capitulo nuntient [b]. Hoc eis per sollicitudinem abbatis de Eleemosyna [c] [6] nuntietur.

44 Domino regi Hungariae [7] scribatur de ingressu mulierum in monasteriis nostris, ut eas a tanta praesumptione compescat, et abbates illi in quorum domos [a] intraverunt, quadraginta diebus sint extra stallum suum, et sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et de cetero poenitentiam talibus institutum diligenter observent. Abbas de Egris [8] hoc eis denuntiet.

45 De petitione comitis de Franquenuse, de abbatia construenda,

---

39 : *JL¹P¹*.
40 : *JL¹P¹*. [a] Tosquis : *J*. [b] minime : *J*.
41 : *JP¹*. [a] Fossae novae : *J*. [b] Casamaris : *J*. [c] authoritate : *J*. [d] intra : *J*. [e] *J add.* : in Ordine.
42 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Firmitatis, Pontigniaci, Claraevallis, Morimundi : *J*. [b] rationabiliter poterit ordinari : *J*.
43 : *JP¹*. [a] Mellifontis : *J*. [b] renuntient : *J*. [c] Eleemosynae : *J*.
44 : *JL¹P¹*. [a] domibus : *J*.
45 : *JP¹*.

---

[1] Fossa Nuova, in Campani romana. *OC*. 37.
[2] In Campani romana et dioec. Verularum. *OC*. 58.
[3] In Catacumbis prope Romam. *OC*. 162.
[4] In Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.
[5] I. e. S. Maria iuxta Dublinum, in Hibernia. *OC*. 104.
[6] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.
[7] Emeric, 1196-1204.
[8] Seu Egres, in Hungaria dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.

committitur abbatibus de Salem [1], et de Retenalse [2], quatenus diligenter inquirant de constructione ipsius et sequenti Capitulo renuntient.

Abbas de Fontanis [3] qui abbatibus venientibus ad Capitulum, inaequaliter ministravit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. **46**

Abbas Sancti Cypriani [4] qui pene per mensem equitavit cum quadam abbatissa, quadraginta diebus extra stallum suum sit, et sex diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua; et de cetero caveat sibi sub poena depositionis. Hoc ei abbas de Samaria [5] denuntiet. **47**

De querela quae vertitur inter abbates de Boylon [a] [6] et de Roseriis [7], committitur abbatibus de Firmitate [b] et de Maseriis [8] et de Buxeria [9], fine debito terminanda. Alioquin ad audientiam Capituli generalis referatur. **48**

Abbas Morimundi qui nimis indisciplinate [a] locutus est in Capitulo, quadraginta diebus extra stallum suum sit, in Morimundo [b]; et tribus diebus in levi culpa apud Cistercium. **49**

De abbate Bellae vallis [a] [10] committitur domino Cistercii et abbatibus de Firmitate [b] et Pontiniaco, quatenus cum viris prudentibus et aemulatoribus Ordinis, simul conveniant et ea quae de ipso corrigenda invenerint usque [c] ad sequens Capitulum digne corrigant et emendent [d]. **50**

46: *JP*¹.
47: *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰.
48: *JP*¹. [a] Bullionis: *J*. [b] Firmitatis: *J*.
49: *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] minus disciplinate: *M*. [b] apud Morimundum: *J*.
50: *JL*¹*P*¹. [a] Bonaevallis: *L*¹. [b] Firmitatis et Pontigniaci ut: *J*. [c] infra: *J*. [d] et emendent: *J*.

---

[1] Seu Salmansweiler, in valle Linzgoviae. *OC*. 50.
[2] Raitenhaslach, in Bavaria Superiori. *OC*. 77.
[3] Sive Fontanae-Albae, in dioec. Turonensi, sive Fontanetum, in dioec. Divionensi. *OC*. 100, 8.
[4] Agitur hic de Rio-Seco, quae abbatia interdum Sancti Cypriani nomen habuit, in Veteri-Castella, dioec. Burgensi. *OC*. 111.
[5] Seu Astrath, in Hibernia, dioec. Rapotensi. *OC*. 177, sed iuxta Janauschek hypothesim legendum est hic *Sacramoenia*, quae est in Veteri Castella. *OC*. 67.
[6] Seu Bullio, Billon, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 110.
[7] Rozières, in dioec. S. Claudii et comitatu Burgundiae. *OC*. 26.
[8] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.
[9] La Bussière, in dioec. Divionensi. *OC*. 19.
[10] Sive Bellevaux in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 8; sive Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennensi, iuxta *L*¹. *OC*. 7.

51 De loco quem abbas de Pratea [1] suscepisse dicitur ab excommunicato ab abbatiam construendam, differimus ad praesens.

52 Abbati Casaemarii [a] [2], et aliis [b] abbatibus quos dominus Papa per suas litteras excusavit, ob reverentiam ipsius [c] apostolici [d], decrevimus hac vice parcere, districte praecipientes ut suis temporibus ad Capitulum generale de cetero veniant, scituri procul dubio si occasiones remanendi [e] quaesierint, animadversione Capituli generalis se graviter puniendos.

53 De Odone quondam abbate de Sarquincel [a] [3] praecipitur ut ad arbitrium abbatis de Curia [b] Dei [4], infra festum Omnium Sanctorum, in praenominata domo sua vel in aliqua eiusdem filia professionem faciat, et si quas habet proprietates reddat ; alioquin omni sexta feria sit in pane et aqua, et abstineat a divinis. Pro eo vero quod id facere distulit usque modo, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

54 De abbatia de Bosquet [5] differtur usque ad sequens Capitulum.

55 Interim vero abbates de Obazina [a] [6] et de Sylva cana [7], et de Benedictione Dei [8] accedant ad locum [b] et ad ipsius loci fundatorem. Cumque diligenter inquisierint de eiusdem loci statu et profectu, in posterum quod ex sua inquisitione dignoscere potuerint, sequenti Capitulo plenarie manifestent.

56 Abbatibus de Columba [a] [9] et de Fossa nova [10] committitur

---

51 : *JP*[1].
52 : *JP*[1]. [a] Casamaris : *J*. [b] aliisque : *J*. [c] ipsius : *deest J*. [d] apostolici gradus : *J*. [e] deinceps : *J*.
53 : *JP*[1]. [a] Serquancellis : *J*. [b] Curiae Dei : *J*.
54 : *JP*[1].
55 : *JP*[1]. [a] Obazinae, Sylvaecanae, Benedictionis-Dei : *J*. [b] illum locum et fundatorem eius : *J*.
56 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Columbae, Fossae novae : *J*.

---

[1] La Prée, in dioec. Bituricensi, in Gallia. *OC*. 86.
[2] In Campania romana. *OC*. 58.
[3] Sacra-Cella, Cercanceaux, in dioec. Senonensi. *OC*. 180.
[4] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 6.
[5] Vallis Lucida de Boscheto, in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC*. 201. Cf. ann. 1198, n° 19 ; 1197, n° 17 ; 1196, n° 23.
[6] Obasine, in dioec. Tutelensi, in Gallia. *OC*. 106.
[7] Sylvacane, in provincia et dioec. Aquensi. *OC*. 107.
[8] La Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi. *OC*. 53.
[9] S. Maria della Columba, in dioec. Placentina, in Italia. *OC*. 45.
[10] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

ut accedant ab abbatias de Falera [1] [b] et de Sancto-Iusto [2], de Sancto-Martino [3], de Sancto-Sebastiano [4], et de Sala [5], et [c] de disciplina Ordinis diligenter inquirant [d] ex quorum etiam culpa et negligentia, domus ipsae ad tantam dissolutionem sint redactae, ut [e] in eis sicut dicitur, monachorum numerus secundum formam Ordinis non subsistat, et quod minus sufficienter et digne poterunt [f] corrigere, sequenti Capitulo per se vel per suas litteras plene studeant nuntiare. Similiter ad Sanctum Anastasium gratia visitationis accedentes, de ingressu mulierum, de hospitalitate de qua dicitur domus illa circa nostri Ordinis personas inhumana, et de silentio ibidem [g] dicitur minime observato, diligenter inquirant, et auctoritate [h] Capituli corrigant competenter quod invenerint corrigendum. Praedictis autem abbatibus, abbates Sancti-Anastasii [6] et Casemarii [7] adiunguntur, et ipsis quatuor iniungitur ut dominum Papam de ingressu mulierum in domos Ordinis nostri satagant consulere, et ei suggerant in quantum potuerint, quatenus eas velit ab hac praesumptione suis iussionibus et censura qua convenit cohibere, et quoniam ipse dominus Papa pro dissolutione quarumdam abbatiarum de partibus illis aliquando molestatus querelas deposuit, ipsi benigne proponere non postponant, [j] quod a generali Capitulo missi sunt ad inquirendum [k] de talibus et quod minus corrigere poterunt, ipsius consiliis et subsidiis emendabunt. Cum humilitate etiam et reverentia, dominum Papam rogent, ut Ioannem [l] monachum Casemarii monere dignetur quatenus [m] Ordini nostro cuius gestat habitum, taliter se conformet in Curia quod [m] sua conversatio et honestatis conservatio propria Ordinem [n] ad quam professionem respicit habeat honestare. Ipsi quoque excusent apud sum-

---

[b] Phalera : *J.* [c] ubi : *J.* [d] tum etiam sciscitentur de quorum negligentia et culpa : *J.* [e] adeo ut in eis fertur : *J.* [f] poterint : *J.* [g] ut : *J.* [h] authoritate : *J.* [i] Casamaris : *J.* [j] omittant : *J.* [k] inquirendi gratia : *J.* [l] Iohannem : *J.* [m] ut : *J.* [n] quem professus est honorare : *J.*

---

[1] Falera, in patrimonio S. Petri et dioec. Civitatis Castelli. *OC.* 77.
[2] S. Giusto, in Gallecia et dioec. Compostellana. *OC.* 88.
[3] S. Martinus de Monte Viterbii, in patrimonio S. Petri. *OC.* 124.
[4] S. Sebastianus in Catacumbis, prope Romam. *OC.* 162.
[5] Sala, in Tuscia et dioec. Senensi. *OC.* 191.
[6] SS. Vincentius et Anastasius Trium Fontium ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC.* 62.
[7] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC.* 58.

mum Pontificem, abbatem Savigniacensem [1] de fugitivo quem ad mandatum ipsius minime recepit [a], quia falsa suggesserat, et litteras Capituli generalis quae de fugitivis et aliis rebus continetur ipsi domino Papae repraesentent.

57 Abbas de Fontanis in Anglia [2] contra quem archiepiscopus Eboracensis [3] est commotus, usque [a] ad Pascha ad ipsum archiepiscopum accedat et ipsius sibi gratiam et amorem quanta poterit industria et humilitate conciliet ; et quia super hoc mandatum Capituli generalis anno praeterito praetermisit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas [b] Rievallis hoc eis denuntiet.

58 Abbati et [a] priori et cellerario Sancti-Sulpicii [4] districte praecipitur ut breviarium Mellifontis [5] [b] quod detinent, usque [c] ad festum Omnium Sanctorum apud Cistercium resignent [d] ; vel si breviarium non habent, centum solidos proviniensis monetae. Quod si non fecerint, tam abbas quam prior et cellerarius omni sexta feria sint in pane et aqua usque dum compleatur [e].

59 Abbates et monachi qui in episcopos in Hybernia [a] eliguntur, secundum antiquum Ordinis institutum, per omnia se habeant.

60 Abbatibus de Belbec[a] [6] et de Balanciis [7] committitur ut domino Thomae de Sancto Valerico suggerant quatenus [b] domum de Loco Dei [8] ita dilatet ut possessionibus et rebus secundum patris sui promissum ut conventus ibi possit haberi.

61 Quod si non fecerit [a], dicatur ei [b] quod inde revocabuntur illi

---

[o] receperit eo quod : *J*.

57 : *JP*¹. [a] intra : *J*. [b] Hoc ei abbas... : *J*.

58 : *JL*¹*P*¹. [a] et : *deest J*. [b] domus : *J*. [c] intra : *J*. [d] resignent : *P*¹. [e] *brevius in L*¹ : Abbati, priori et cellerario Sancti-Sulpicii praecipitur ut reddant breviarium Mellifontis quod detinent, vel centum solidos provinensis monetae.

59 : *JL*¹*P*¹. [a] apud Hyberniam : *J*.

60 : *JP*¹. [a] Belbeco : *J*. [b] ut : *J*.

61 : *JP*¹. [a] exequutus fuerit : *J*. [b] ipsi : *J*.

---

[1] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.

[2] Fountains, in comitatu et dioec. Eboracensi. *OC*. 37.

[3] Tunc erat Geofridus Plantagenet, 1191-1212.

[4] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellinensi. *OC*. 27.

[5] Mellifontis in Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.

[6] Bellus-Beccus, Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensis. *OC*. 96.

[7] Seu de Valanciis, Valloriae, Valloires, in Picardia, dioec. Ambianensi. *OC*. 52.

[8] Lieu-Dieu, in Picardia, dioec. Ambianensi (non confundendus cum Loco-Dei dioec. Rutenensis). *OC*. 193.

qui iam fuerant ibi missi. Quod autem super hoc factum fuerit, sequenti Capitulo nuntietur.

Querela quae vertitur inter domos de Sconaugia[1] et de Speciosa valle, [2] committitur abbatibus de Evra [3] et de Everbac [a] [4] et de Novo castro [5], compositione vel iudicio terminanda, ita sane ut provideant ne grangia Speciosae vallis destruatur, quia dicitur quod abbatia eadem [b] stare non valeat sine ipsa. 62

De abbate Altae ripae[6] committitur abbati Claraevallis et patri abbati [7], ut diligenter inquirant, et quae corrigenda cognoverint, condigne studeant emendare. 63

De abbatibus qui plus quam duos equos adducunt in quatuor primas domos Ordinis et in alias infra ipsas constitutas, tempore generalis Capituli antiqua sententia teneatur. Similiter et de garcionibus [a] praecipitur. 64

Abbas de Lucela [a] [8] qui non visitavit filiam suam de Loco crescente [9], tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 65

Willermo Biewere [a] conceditur ut abbatia de Forda[10] conventum mittat et abbatem ordinet in loco qui Donequamville[11] dicitur. 66

Abbati de Bonada[12] praecipitur ut de pecunia quam ab eo quidam Burgenses de Sancto Egidio[13] exigunt, iuri stet coram 67

---

62 : *JP*[1]. [a] Everbach : *J*. [b] eadem : *deest J*.
63 : *JP*[1].
64 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] servis : *J*.
65 : *JP*[1]. [a] Lucellensis : *J*.
66 : *JP*[1]. [a] Guillelmo Briewerre : *J*..
67 : *JP*[1].

---

[1] Schoenau, in Palatinatu et antiqua dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.
[2] Schoenthal, in regno Wirtembergico. *OC*. 141.
[3] seu Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC*. 13.
[4] Eberbach, in Nassonia, dioec. Moguntina. *OC*. 20.
[5] Neuburg, in dioec. Argentinensi, in Alsatia. *OC*. 18.
[6] Haute-Rive, in pago Friburgensi, dioec. Lausannensi. *OC*. 50.
[7] Nempe abbati de Caro-Loco.
[8] Lützel, in Alsatia Superiori. *OC*. 12.
[9] Lieu-Croissant, in dioec. Bisuntina. *OC*. 33.
[10] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi et comitatu Devoniae, in Anglia. *OC*.40.
[11] Dunkeswella, Dunkeswell Abbey, in dioec. Exoniensi et comitatu Devoniae. *OC*. 206.
[12] Seu Bonalda, Bona-Vallis, Bonneval, in dioec. Ruthenensi in Gallia. *OC*.144.
[13] Olim monasterium O. S. B. in dioecesi Nemausensi. *TB*. II, 2707.

Renerio legato Curiae Romanae, vel coram Bernardo de Anchisia domino ipsorum, et hoc abbas de Franchiisvallibus [1] abbati Sancti Egidii faciat [a] innotescere.

68 Abbati Bonifontis [2] inhibetur ne contra authenticum Arnaldi [3] quondam eiusdem domus abbatis factum, de absolutione Fulientis [4] monasterii ulterius obloquatur.

69 De Mattaplena [5] quam requirit abbas de Christa, [6] differatur [a] ad sequens Capitulum. Interim autem abbas [b] de Firmitate et abbas Morimundi rei gestae veritatem et ordinem inquirant [c] ut debuerint et a quibus [d].

70 De monachis Bonae aquae [7] qui una die acholyti [a] et subdiaconi sunt ordinati, committitur abbati de Obazina [8], ut consilio domini Cistercii condignam [b] poenitentiam eis iniungat.

71 Abbas de Luca [9] qui veniens ad Capitulum remansit Divioni, Morimundum eat, et ibi stet ad mandatum abbatis Morimundi. De monacho autem ipsius qui dicitur gentibus [a] praedicare, committitur abbati Campensi [10], ut diligenter inquirat et corrigat compententer.

72 Abbas de Alba[11] qui pro ingressu mulierum in domum suam poenitentiam a Capitulo dictatam non egit, nec fieri fecit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua. Abbas autem Novi castri [12], quod male gestum est in eadem domo digne

---

[a] significet : *J*.

68 : *JP*[1].

69 : *JL*[1]*P*[1]. [a] usque ad : *J*. [b] abbates Firmitatis et Morimundi : *J*. [c] veritatem inquirant diligenter : *J*. [d] et a quibus : *deest L*[1],

70 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] acoliti : *J*. [b] condignam eis iniungant poenitentiam : *J*.

71 ; *JL*[1]*P*[1]. [a] dicitur secularibus predicare : *J*.

72 *JL*[1]*P*[1]. [a] primo. *J*.

---

[1] Francae-Valles, Franquevaux, in Languedocio, dioec. Nemausensi. *OC*. 73.
[2] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. OC. 48.
[3] Arnaldus, Bonifontis abbas, 1173-1177.
[4] Fulium, Feuillant, in Languedocio. *OC*. 157.
[5] Mataplana, Matallana, in provincia et dioec. Palentina Hispaniae. *OC*. 170.
[6] La Creste, in dioec. Lingonensi, in Campania. *OC*. 10.
[7] Bonaigue, in dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[8] Obasine, in dioec. Tutelensi, Bonae-Aquae mater. *OC*. 106.
[9] Luca, Loccum, in provincia Hannoverana. *OC*. 151.
[10] Camp, seu Vetus Campus, in dioec. Coloniensi. *OC*. 11.
[11] Alba-Dominorum, Herrenalb, in regno Wirtembergico. *OC*. 92.
[12] Neuburg, in dioec. Argentinensi, Alsatia Inferiori. *OC*. 18.

corrigat et sententiam Capituli conventui innotescat [b], et sententia illa [c] tam ibi quam alibi plenius observetur.

Abbati de Alcrest [a] [1] praecipitur ut fratribus de Tela [2] suum 73
electum sine aliqua contradictione concedat.

Abbati Morimundi committitur ut de excessu abbatis de Casali 74
super emptione cuiusdam terrae diligenter inquirat et digne corrigat. Si vero per se non expleverit, abbatibus ad hoc idoneis [a] committat peragendum ; et quod inde factum fuerit, sequenti Capitulo nuntietur.

Abbati Morimundi committitur ut diligenter inquirat de ab- 75
batia quam aedificare petit abbas de Sitich [4] et ad eius consilium et permissionem quod inde faciendum est peragatur. Quod si personaliter id explere nequiverit, per abbates idoneos faciendum procuret, et Capitulo sequenti quod factum fuerit nuntietur.

Abbas de Brolio [5] qui contra dominum Morimundi [a] irreve- 76
renter in Capitulo est locutus, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbati Rosae vallis [6] conceditur ut festum sancti Emilii [a] 77
in domo sua faciat sicut postulavit.

Abbati de Suinsist [a] [7] qui quondam advocatum suum sepelivit 78
in capitulo suo, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Similiter [b] et illi quorum consilio usus est in hoc facto.

De equo de Altacumba [8] et de Sancto-Sulpicio [9] committitur 79
abbati Claraevallis.

---

[b] significet : *J* ; ignotescat : *P*[1]. [c] illi : *J*.
73 : *JP*[1]. [a] Altacrista : *J*.
74 : *JP*[1]. [a] rem committat peragendam : *J*.
75 : *JP*[1].
76 : *JP*[1]. [a] Morimundensem in Capitulo irreverenter locutus est : *J*.
77 : *JL*[1]*MP*[1]. [a] Aemilii : *J*. ; Eusebii : *L*[1]. *cf. nota* 6 *infra*.
78 : *JP*[1]. [a] Suinsesist : *J*. [b] patiantur : *J*.
79 · *JP*[1].

---

[1] Altacrista, Hautcrêt, in dioec. Lausannensi in Helvetia. *OC.* 71.
[2] Thela, seu Montheron, in dioec. Lausannensi in Helvetia. *OC.* 34.
[3] Casale-Vallonis, Casalvolone, in Pedemontio, dioec. Novariensi. *OC.* 157.
[4] Sitticum, Sittich, in Carniola Inferiori. *OC.* 42.
[5] Brolium-Benedicti, N.-D. du Breuil-Benoît, in Normannia, dioec. Ebroicensi. *OC.* 103.
[6] Rosea-Vallis, Monasterevan, in comitatu et dioec. Kildariensi, in Hibernia, in loco antiqui cuiusdam monasterii de S. Evino [*al.* S. Emino) situm. *OC.* 190.
[7] Swineshead abbey, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC.* 101.
[8] Haute-Combe, in Sabaudia, ad lacum Burgeti. *OC.* 34.
[9] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC.* 27.

80 Abbas de Duvelina [1] qui episcopum et abbates in domum suam venientes noluit in domum humanitate debita recipere, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

81 Abbas de Strata [2] qui litteras domini Regis Hungariae [3], domino Cistercii directas in via fregit, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum.

82 Abbas de Porta [4] qui remisit monachos qui missi fuerant ad eum per [a] dispersionem, tribus diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua.

83 Prior Boni radii [5] infra viginti dies deliberet utrum in domo [a] Boni radii remanere voluerit, an [b] ad domum de Charitate[c] [6] redire.

84 Abbas de Cella Sanctae Mariae[7] qui ex praecepto episcopi sui per octavas Dedicationis suae singulis noctibus celebravit XII lectiones et solvit ieiunium, sex diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum suum. Officiales etiam quorum consilio factum est [b] simili modo levis culpae poenam sustineant.

85 Conversus de Pontiniaco [a] R... nomine [b] qui scienter quod suum non erat sustulit, ad domum de Joy [c] [8] emittatur, et ibi [d] in gravi culpa recipiatur, et ultimus sit per annum et omni sexta feria in pane et aqua.

---

80 : *JP*¹.
81 : *JL*¹*P*¹.
82 : *JL*¹*P*¹. [a] pro dispersione : *J*. [b] primo : *J*.
83 : *JP*¹. [a] monasterio suo : *J*. [b] an vero : *J*. [c] Charitatis : *J*.
84 : *JL*¹*P*¹. [a] primo : *J*. [b] istud eandem poenam levioris culpae sustinebunt : *J*.
85 : *JP*¹. [a] Pontiniaci : *J*. [b] R... nomine : *deest J*. [c] Joyaci : *J*. [d] ibi : *deest J*.

---

[1] S. Maria iuxta Dublinum. *OC.* 104.
[2] N.-D. de l'Estrée, in Normannia, dioec. Ebroicensi. *OC.* 81. Sunt etiam alia monasteria eusdem nominis : cf. *OC.* 151, 159.
[3] Emeric, 1196-1204.
[4] Pforte, in Thuringia. *OC.* 25.
[5] Bouras, in dioec. Antissiodorensi. *OC.* 7.
[6] In dioec. Bisuntina. *OC.* 30.
[7] Sive in ducatu Brunsvicensi, abbatia quae deinde Riddagshausen appellata fuit ; sive Coena S. Mariae, Zinna, in dioec. Brandenburgensi ; sive Vetus-cella, Altzelle, in dioec. Misnensi ; sive etiam Vanchoscum, vocatum aliquando Cella S. Mariae, in dioec. Cracoviensi. *OC.* 84, 163, 171, 178.
[8] Joyacum, Jouy, in dioec. Meldensi. *OC.* 12.

Abbati de Ripatorio [a] [1] praecipitur ut ab itinere a se praeparato omnino desistat. Abbas autem Cistercii et de Claravalle ad eamdem domum infra festum Omnium Sanctorum accedant, et quae in ea corrigenda invenerint digne corrigant. **86**

Abbati Sancti-Sulpitii [2] praecipitur ut quae de domo Firmitatis post absolutionem professionum et sigilli renuntiationem secum detulit, infra festum Omnium Sanctorum, abbati de Firmitate [a] restituat. Hoc idem de equo qui fuit nepotis sui, [b] R... pro quo mulum et palefredum unum habuit. **87**

Nullus abbatiam suam dimittat ut ad aliam nisi [a] de sua derivatione transferatur. Quod si praesumptum deinceps fuerit, et qui fecit et qui facere suaserit etiam deponatur [b]. **88**

Statuitur et firmiter praecipitur ut nulli omnino de Ordine nostro ad Capituli audientiam invicem audeant appellare, quia hoc redundaret ad subversionem totius Ordinis. Sed sic observetur sicut hactenus fuit observatum. **89**

1200

Atrebatences et Tornacenses canonici in generali commemoratione familiarum nostrorum conscribantur. **1**

In secreta beati Gregorii [a] corrigitur [b] : similiter de aliis sanctis quibus haec collecta dicitur : *Annue nobis, Domine, ut meritis beati Gregorii nobis famulis tuis haec prosit oblatio*... etc. **2**

In antiphonis [a] beatae Mariae Virginis ad *Benedictus* et ad *Magnificat*, et ad commemorationem eius [b] quae ad laudes et ad **3**

---

86 : JL^1P^1. [a] Ripatorii : *J*.
87 : JL^1P^1. [a] sine dilatione : *J*. [b] precipitur : *J* ; R... *deest J*.
88 : D^3P^4 [P^3T^3 ann. 1196]. [a] non : P^3T^3. [b] apud P^4 : qui abbatem amoverit a domo sua et ad aliam permoverit (*sic* ; promoverit), et promovens et promotus absque retractatione deponantur.
89 : *M. cf ann.* 1196, *n.* 62 ; 1194, *n.* 94.
1 : JL^1P^1.
2 : $JL^1L^2MP^1P^6P^{10}$. [a] ita : JL^1MP^{10}; prima : P^1; collecta : L^2. [b] corrigatur : L^1.
3 : $D^3JL^1L^2MP^1PP^{610}$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] antiphona : L^1. [b] laudum et vesperarum : *J*.

---

[1] L'Arrivour, in dioec. Trecensi, in Campania gallica. *OC*. 59.
[2] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.

vesperas fiunt [c], ob reverentiam eius et [d] honorem, monachos concedimus extra stallum stare [e].

4 Commemoratio beati Bernardi fiat in horis beatae Mariae in laudibus et ad vesperas. Ad vesperas : *Benedictio Domini...* ; ad benedictus : *Consurgens diluculo...* Collecta : *Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus...Iustum deduxit Dominus...* et in litaniis nominetur [a].

5 Scribatur in textu beati Matthaei evangelistae, ubi [a] deest : *Diviserunt sibi vestimenta mea...*

6 Domino Praenestino episcopo quondam abbati Cistercii [1] concessum est ut quandocumque [a] auditus fuerit obitus eius, tres missae a singulis sacerdotibus reddantur [b] praeter debitum Capituli generalis, et hoc in singulis domibus scribatur in regula.

7 Incisi ad domos proprias non nisi per generale Capitulum revertantur.

8 Qui de remotis provinciis ultra [a] tres equos ad quatuor primas domos vel infra adduxerint, tribus diebus sint in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua ;

9 Qui vero de cetero [a] praesumpserint [b], tam abbas [c] quam socii eius [d], omni sexta feria eundo et redeundo sint in pane et aqua. Qui vero ipsos equos ad vendendum adduxerint, eorum [e] pretium reddant Capitulo generali.

10 Abbas, prior, subprior et cellerarii in quorum domo monachus [a] aliquis sine [b] litteris commendatitiis receptus [c] fuerit [d], quamdiu [e] ibi fuerit omni sexta feria sint in pane et aqua.

---

[c] fit : L^1. [d] et eius : *J*. [e] *brevius apud* $D^3P^3T^3$: In commemoratione beatae Mariae liceat monachis semoveri a podio ; P^6 : a podiis se moveant.

4 : $JL^1L^2MP^1P^6P^{10}$. [a] *brevius apud* L^2MP^{10} : Commemoratio beati Bernardi fiat in horis B.M. et in litaniis nominetur. *Apud* P^6 : Beatus Bernardus scribatur in letania post sanctum Benedictum.

5 : $JL^2P^1P^6P^{10}$. *cf. ann.* 1196, *n.* 64. [a] sicut scriptum est per prophetam : P^6.

6 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] quocumque : P^1. [b] dicantur : L^1P^1.

7 : $JL^1P^1P^6$.

8 : JP^1P^6. *cf.* 1199, *n.* 64. [a] non nisi : P^6. [b] primo : *J*.

9 : JP^1P^6. [a] deinceps : *J*. [b] contrarium : *J*. [c] abbates : *J*. [d] eorum : *J*. [e] equorum : *J*.

10 : $D^3JL^1P^1P^4P^6$. [a] vel conversus : D^3P^4. [b] absque : *J*. [c] acceptus fuerit : P^4. [d] ad manendum : D^3. [e] ille : *J*.

---

[1] Guido de Paré, Cistercii abbas 1193-1199, cardinalis episcopus Praenestinus ab Innocentio III creatus 1199, † 1206. *BB*. I, 2012.

De medietariis et cressementis animalium [1], antiqua sententia 11
teneatur. Transgressor [a] huius sententiae omni sexta feria sit in
pane et aqua, nisi usque ad Pascha ab omnibus [b] cressementis et
medietariis se fuerit absolutum [c].

Monachi et [a] conversi qui praedicando [b] incedunt, et quamdam 12
levitatis [c] videntur includere [d] novitatem, a proprio [e] abbate ad
alias domos Ordinis emittantur, non nisi per generale Capitulum
reversuri.

De conversis qui simul comedunt in villis, et unum [a] priorem 13
constituunt ad loquendum, praecipitur firmiter observandum,
ita ut [b] qui ita fregerint silentium sequenti die sint in pane et
aqua, et abstineant [c] ab altari donec in capitulo culpam suam
recognoscant [d].

In [a] litteris patentibus quae dantur monachis et conversis 14
nostris terminus conscribatur [b], ultra quem [c] eis non valeant.

Quia in sigillis [a] Ordinis quaedam discordia invenitur, et [b] 15
quamdam videtur inducere novitatem, praecipitur quatenus [c]
amodo in sigillis [d] nulla discrepantia [e] habeatur ; sed sola et sim-

---

11 $D^3JP^1P^4P^6$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] qui transgressor fuerit illius sententiae : *J.* [b] illis se curaverit absolvi : *J.* [c] D^3P^6 : qui medietarias habent vel creissementum alienum, omni sexta... etc. P^4 : qui medicatia vel creseimentum animalium habent nisi usque ad Pascha reddiderint absolutos abhinc sexta feria prior et cellarii et mercator sint in pane et aqua. P^3T^3 : qui meditarias habent vel alium omni sexta feria sint in pane et aqua.

12 : $D^3JL^1P^1P^4P^6$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] vel : $D^3L^1P^3P^4T^3$. [b] predicantes : P^6. [c] novitatis videntur praeseferre levitatem : *J.* [d] inducere : $D^3L^1P^3P^4T^3$. [e] a proprio abbate : *deest* $D^3P^3T^3$.

13 : $C^1D^3JL^1P^1P^4P^6$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] unum eorum : P^4. [b] ut qui locutus fuerit : P^4. [c] a communione sancta abstineat : P^4. [d] $D^3P^3T^3$: Conversi qui in villa manducantes unum priorem ad loquendum constituunt, sequenti die qui loquitur sit in pane et aqua, et non communicet donec in capitulo culpam suam coram omnibus confiteatur.

14 : $D^3JL^1L^2MP^1P^4P^6P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] Cum monachus vel conversus a domo propria emittitur et litteras apostolicas acceperit, terminus... etc. : $D^3P^3T^3$. [b] praescribatur : P^4 ; constituatur : P^6. [c] non audeant remanere : *J. qui totum huius statuti textum subnotat linea.*

15 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^6P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] sigillo : L^2MP^{10}. [b] quaedam exinde nascitur novitas : *J.* [c] ne : *J.* [d] sigillo : L^2MP^{10}. [e] distantia : L^2P^{10} ; dissonantia : *M.*

---

[1] quod interdictum erat per *Instituta generalis Capituli,* cap. XXVI « Nullam cum saecularibus societatem in pecoribus nutriendis, seu terris excolendis habere permittimur, videlicet dando vel accipiendo medietariam vel creissementum. » Mediataria : praedium quod a colono partiario colitur. *DC.* V, 322. Creissementum : « Bail à crois et à chaptel ». *DC.* II, 617.

plici effigie cum baculo, vel sine effigie cum manu et baculo annotetur ; et hoc praesentes abbates usque [f] ad Pascha impleant, et qui praesentes non sunt, post quadraginta dies ex quo eis haec [g] sententia innotuerit, similiter hoc faciant [h]. Qui autem scienter hoc [i] transgressus fuerit, ex tunc omni sexta feria sit in pane et aqua [j].

16 Qui in remotis sunt partibus, [a] si eis aliqua poenitentia iniungitur, per aliquem renuntient [b] Capitulo [c] si [d] adimpleverint.

17 Cavendum est ne quis abbas eodem [a] anno visitet eum [b] a quo fuerit [c] visitatus. Quod si [c], forte contigerit, qui [e] fecerit et factum et causam facti fateatur.

18 Commemorationes sanctorum [a] et officia [b] defunctorum non fiant in [c] aliquibus domibus Ordinis, praeter consuetudinem Ordinis, nisi per generale Capitulum [d] et sicubi [e] aliter praesumptum fuerit, eadem die conventus sit in pane et aqua [f].

19 Conversi de via vel [a] de foris venientes, super genua [b] prosternantur [c].

20 Si aliquis de quatuor primis abbatibus in [a] Cistercio tempore Capituli generalis aliquos abbates duxerit convocandos, caveat qui convocat, caveant etiam et convocati, ne quid ibi oriatur quod schisma vel conspirationem vel dissensionem aliquam redoleat. Si autem, quod absit, huius tam necessariae constitutionis transgressor quis fuerit deprehensus absque retractatione in

---

[f] intra Pascha adimpleant, et absentes : *J* ; infra quadragesimam : P^6. [g] praesens : *J*. [h] exequantur : *J*. [i] hoc scienter : *J*. [j] in panis et aquae ieiunio : *J*. — *Brevior formula apud* $L^1P^3P^6T^3$: In sigillis nostris simplex imago scribatur cum baculo et nihil aliud.

16 : $D^3JP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] qui remotis in partibus sunt : P^3T^3. [b] nuntient sequenti Capitulo an perfecerint hanc : *J*. [c] generali Capitulo utrum eam compleverint referatur : P^3T^3. [d] utrum eam compleverint : D^3.

17 : $D^3JP^1L^2MP^1P^6P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] uno : $D^3P^3T^3$. [b] abbatem : $D^3P^3T^3$. [c] est : $D^3P^3T^3$. [d] si quis fecerit, factum et causam facti sequenti Capitulo renuntiet : $D^3P^3P^6T^3$. [e] quod si... etc : *deest* L^1. [f] hoc : *J*.

18 : $D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1197]. [a] sanctorum : *deest* P^3T^3. [b] anniversaria : P^6. [c] ab : *J*. in aliq. domibus : *deest* $D^3P^3T^3$. [b] concessum esset : *J*. [e] si ubi : L^1. Quod sicubi : $D^3P^3T^3$. [f] *ad hoc ipsum argumentum pertinere videtur* P^4 : Anniversaria, commemorationes pro defunctis nullatenus stando sollemniter [fiant] exceptis illis quae statuta sunt in Capitulo generali.

19 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$ [P^3T^3 ann. 1197]. [a] vel de foris : *deest* $D^3P^3T^3$. [b] orationem faciant : $D^3P^3P^4T^3$. [c] *statutum hoc linea subnotatur apud J*.

20 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] apud Cistercium : *J*.

instanti deponatur. Haec autem sententia post illam [b] qualiter se habeant abbates tempore Capituli scribatur, et annis singulis cum illa recitetur.

21 De fratre Geroldo, monacho de Claustro [1], committitur abbatibus de Novocastro [2] et de Sancto-Georgio [3], secundum quod eis iniunctum est exequendum.

22 Excessus monachorum de Buts [a] [4] committitur abbatibus de Obezina [5], de Gratia Dei [6], et de Albis Petris [7], districtius corrigendus praemissa diligenti inquisitione.

23 Monachi Sancti-Sulpitii [8] missi in Massiliam usque [a] ad Adventum Domini revocentur ; si qui vero infra [b] praedictum terminum venire contempserint, extra Ordinem habeatunr, et hoc eis per abbatem Locedii [9] nuncietur.

24 Abbas de Fontanis[10] qui abbatem Claraevallis minus reverenter suscepit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua.

25 Monachi Norvegiae [a] qui regi excommunicato[11] missas celebraverunt, tribus diebus sint in gravi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua, et per annum sint ultimi, et abstineant a divinis. Ceteri vero qui ei vel in mensa vel in osculo vel oratione scienter communicaverunt [c], in capitulo verberentur, et tribus sextis

---

[b] eam quae dicit qualiter se debeant abbates habere : *J*.
21 : *JP*[1].
22 : *JP*[1]. [a] Bulz : *J*.
23 : *JP*[1]. [a] intra : *J*. [b] intra dictum terminum redire : *J*.
24 : *JL*[1]*P*[1]. [a] primo : *J*.
25 : *D*[3]*JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[4]*P*[4]*P*[10]*W*. [*P*[3]*T*[3] *ann.* 1197]. [a] Norwergiae : *P*[1]. [b] primo : J. [c] communicaverint : *D*[3]*L*[2]*MP*[3]*P*[6]*P*[10].

---

[1] i. e. Novum Claustrum, Himmerod, in dioec. Trevirensi, provincia Borusso-Rhenana. *OC*. 31.
[2] Neuburg, in dioec. Argentinensi. *OC*. 18.
[3] Vallis S. Georgii (?) Georgenthal, in antiqua dioec. Moguntina. *OC*. 67.
[4] Boscum-Cavum (?), Bouchaud, in dioec. Petracoriensi. (*OC*. 150), vel Buzay, in dioec. Nannetensi. *OC*. 35.
[5] In dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[6] Gratia Dei in Pictavia, in dioec. Santonensi. *OC*. 34.
[7] Aube-Pierres, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[8] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[9] Locedio, in dioec. Vercellensi, in Italia. *OC*. 11.
[10] Sive Fountains, in Anglia, dioec. Eboracensi, sive Fontanae-Albae, Fontaines-les-Blanches, in dioec. Turonensi. *OC*. 37, 100.
[11] Sverrer Sigurdssoen, 1177-1202.

feriis sint in pane et aqua, et qui de cetero similia praesumpserint, poena simili puniantur [d].

26 Abbas de Lucella [a] [1] qui neglexit inquisitionem et correctionem de stratis inordinatis [2], tribus diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua; et iterum hoc ipsum ei committitur diligentius corrigendum et ad sequens Capitulum referendum. Similiter abbatibus de Campis [3], et de Bergis [4] hoc idem committitur.

27 De Theodorico quondam abbate Oliveti [5] qui cum sigillo et equis monasterii recessit, praecipitur ut sicubi sic vagabundus repertus fuerit, sigillum et [a] equi et habitus ei auferantur.

28 Conversus de Marros [6] qui hominem saecularem occidit, sententiae latae subiaceat [a].

29 Abbas Sancti-Sulpitii [7], si non usque [a] ad Pascha Decano Matisconensi [8] satisfecerit, omni sexta feria sit in pane et aqua, donec [b] ei satisfaciat.

30 Similiter prior et cellerarii patiantur [a].

31 Querela Mansiadae [9], et fratrum Bonae fidei[10] committitur abbatibus Floregiae[a] [11] et Vallis magnae [12] pace vel iudicio terminanda, cum duobus de Ordine Carthusiensium quos prior Bonae fidei iudicaverit eis sociandos.

---

[d] *huius statuti dispositivam tantum partem conservant* $C^1D^3P^3P^6T^3$, *sublata mentione Norvegiae regis* : Qui nominatim excommunicatis... etc.

26 : JL^1P^1. [a] Lucellensis : *J*; Lucela : P^1. [b] primo : *J*.

27 : JL^1P^1. [a] et : *deest J*.

28 : $JL^1P^1P^6$. [a] P^6 : Monachus vel conversus qui alium monachum vel conversum occiderit, omni tempore vite sue in arta ponatur custodia; et qui secularem occiderit, de Ordine eiiciatur.

29 : JP^1. [a] intra : *J*. [b] donec.... etc : *deest J*.

30 : JP^1. [a] *J add.* : donec ei satisfaciat.

31 : JP^1. [a] Toroneti : *J*.

---

[1] Lützel, in Alsatia Superiori. *OC.* 12.
[2] Cf. ann. 1199, n° 28.
[3] Vetus-Camp, Camp, in provincia Borusso-Rhenana. *OC.* 11.
[4] Altenberg, Vetus-Mons, in dioec. Coloniensi. *OC.* 29.
[5] Olivet, in dioec. Bituricensi. *OC.* 81.
[6] de Moroliis (?) Moureilles, in dioec. Rupellensi. *OC.* 132.
[7] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC.* 27.
[8] Mâcon, in Gallia.
[9] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. OC. 9.
[10] Bonnefoy, cartusia in dioec. Vivariensi. *TB.* I, 443.
[11] Seu Toronetum, Toronet, in dioec. Foroiuliensi *OC.* 40.
[12] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montis-Pessulana. *OC.* 138.

Quia [a] abbas Fontis vivi [1] nec venire ad Capitulum nec ordinem iam potest observare, proecipitur abbati de Columba [2], ut accepto secum abbate de Locedio [3], provideat domui in pastore et hoc ei abbas Locedii denuntiet. 32

Abbates de Sancto-Albino [4], de Linda [a] [5], de Marmosen [6], de Gemundo [b] [7], et de Gratia Sanctae Mariae [8] qui hoc anno non venerunt ad Capitulum cum venire debuissent omni sexta feria sint in pane et aqua et extra stallum abbatis, donec se Cistercio repraesentent, et hoc eis patres abbates denuntient. 33

Praecipitur abbatibus Ursi campi [9] et Caricampi [10], ut venientes ad Carolilocum [11], librum qui dicitur : *Cantica canticorum* translatum in romanum [a], incendi faciant, et si quos huiusmodi [b] libros aliquis abbas invenerit [c] in domo sua faciat eos concremari [d]. 34

Querela inter abbates Stamedii [12] et Casareti [13], committitur abbatibus Bonimontis [14] et Altae combae [15], pace vel iudicio terminanda. 35

De converso Aquae bellae[16] extumulato, committitur abbati Morimundi. 36

---

32 : *JP*¹. [a] quia... etc. observare : *linea crassa subnotatur apud J.*
33 : *JL*¹*P*¹. [a] Landa : *J.* [b] Gimundo : *J.* [c] donec... etc. : *deest apud L*¹.
34 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*⁴*P*⁶*P*¹⁰. [a] in vulgari gallico : *J qui etiam totam hanc phrasim linea subnotat.* [b] eiusmodi : *J.* [c] in domo sua repererit : *J.* [d] *brevius apud P*⁴ : Abbates comburant libros translatos in romanum ubicumque in domibus suis invenerint.
35 : *JP*¹.
36 : *JP*¹.

---

[1] Fontevivo, in dioec. et ducatu Parmensi. *OC.* 68.
[2] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina, Italia. *OC.* 45.
[3] Locedio, in Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC.* 11.
[4] S. Albinus de Nemore, Saint-Aubin au Bois, in dioec. Briocensi, in Britannia. *OC.* 49.
[5] Seu Landa, Lad, in Polonia, dioec. Vladislaviensi. *OC.* 90.
[6] Marmosoglio, in patrimonio S. Petri, dioec. Veliternensi. *OC.* 156.
[7] Gimont, in Vasconia, dioec. Auscensi. *OC.* 79.
[8] i. e. N.-D. de Charon, in dioec. Rupellensi. *OC.* 194.
[9] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC.* 17.
[10] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebatensi, *OC.* 66.
[11] Châlis, in Insula-Franciae, dioec. Bellovacensi. *OC.* 44.
[12] Tamié, in Sabaudia, dioec. Camberiensi. *OC.* 30.
[13] Seu Chaseret, i. e. Chesiriacum, Chézery in Sabaudia, dioec. Bellicensi. *OC.* 61.
[14] Bonmont, in Helvetia, dioec. Genevensi. *OC.* 20.
[15] Hautecombe, ad lacum Burgeti. *OC.* 34.
[16] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentina. *OC.* 46.

37 Abbas Salvanensis [a] [1] qui commodatum [b] sibi conversum, commodavit episcopo, ut eum Romam mitteret, sex diebus sit in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua [d].

38 Prior de Castellione [2] qui administrationem cuiusdam vineae deputatam conventui, sibi vindicabat, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et hoc de cetero tam ab ipso quam a ceteris prioribus caveatur sed suo officio sint contenti [a].

39 De petitione domini Salceburgensis super abbatia construenda, committitur abbatibus de Morimundo et de Lucella [3].

40 De abbate Varedone [4] qui incaute et non nocendi proposito, de litteris domini Papae dicitur funiculum extraxisse, committitur abbati de Eleemosyna [a] [5], ut inquirat diligenter et digne corrigat si quid invenerit corrigendum.

41 Domui Carrazeti [6] conceditur ut sit in ordine annorum 65 cum de assensu domini Papae incorporata Ordini [a].

42 Abbas de Sconaugia [7] qui deprehensus est in mendacio, in conspectu Capituli [a], sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum suum, quibus abstineat a divinis. Hoc autem de misericordia ei indulsimus cum dignus depositione fuerit iudicandus [b].

---

37 : *JP*¹. [a] Silvanectensis : *J*. [b] commodatum... mitteret : *linea subnotatum apud J*. [c] primo : *J*. [d] *de eodem argumento apud P*⁴ : Conversi personis laicis nullatenus commodentur.

38 : *D*³*JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰ [*P*³*T*³ *ann.* 1197]. [a] *huius decreti habetur tantum pars dispositiva apud D*³*P*³*T*³ : Priores ab administratione vinearum vel quarumlibet rerum abstineant, officio suo contenti. *Generaliori adhuc forma apud P*⁴ : Res conventui deputatae sicut cetera omnia ad nutum et voluntatem cell[er]arii disponantur ; qui aliter praesumpserit omni sexta feria ieiunet in pane et aqua.

39 : *JP*¹.

40 : *JP*¹. [a] Eleemosynae : *J*.

41 : *JL*¹*P*¹. [a] Ordini incorporata : *J*.

42 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] totius : *J* ; generalis : *L*²*MP*¹⁰. [b] cum dignus... etc. *linea subnotatum apud J*.

---

[1] Salvanesium, Silvanès, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 39.

[2] Châtillon, in Lotharingia, dioec. Virdunensi. *OC*. 135.

[3] Lützel, in Alsatia Superiori. *OC*. 12.

[4] Seu Vardona, Bardona, Barona (?), in Lombardia, cuius fundationis annus incertus manet. *OC*. 216.

[5] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.

[6] Carracetum, Carracedo, in Legione et dioec. Asturiensi ; antiquum monasterium O. S. B. Ordini cisterciensi unitum per litteras Innocentii III (13 decem. 1203) cuius textus citatur a Janauschek, *OC*. 209.

[7] Schoenau, in Palatinatu, antiqua dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.

De loco quem comes de Aldeborc offert ab abbatiam construendam, committitur abbatibus de Campo-Sanctae-Mariae [1] et de Bredelia [2]. 43

Abbas de Crosquedam [3], qui mandatum Capituli nuntiare neglexit, de commissione querelae inter abbates de Commirs [4] et Albae cornui [b] [5], tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Margan [6] hoc [b] ei denuntiet. 44

De corrigendo excessu monachorum Sancti-Sulpitii [7] qui abbatem suum nimis inhoneste verbis et iniuriis tractaverunt, committitur abbatibus de Bona valle[a] [8] et de Bono radio[9] et de Cassania,[10] ut ad ipsum locum personaliter accedentes [b], ipsos quos magis culpabiles invenerint, auctoritate [c] Capituli generalis, ad portam Pontiniaci [d] pedites venire faciant [e], et iniuncta eis condigna poenitentia, per diversas domos Ordinis emittantur, et ibi taliter satisfaciant ut qui audierint, similia non praesumant. 45

De ingressu mulierum in abbatiam de Egris[a] [11], committitur abbatibus de Bucham [12] et de Sancto-Godardo [13] quatenus [b] ad eumdem locum accedentes, poenitentiam super his [c] a Capitulo generali definitam, si observata non fuerit, faciant observari, et abbas de Egris sequenti Capitulo se praesentet super hoc articulo responsurus. 46

---

43 : *JP*[1].
44 : *JP*[1]. [a] Albaecornu : *J*. [b] Hoc ei abbas... : *J*.
45 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Bonaevallis, Boniradii, Cassaniae : *J*. [b] accedant : *L*[1]. [c] authoritate : *J*. [d] Pontigniaci : *J*. [e] compellant venire : *J*.
46 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Aegris : *J*. [b] Gothardo ut : *J*. [c] hoc : *J*.

---

[1] Campus S. Mariae, Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasteriensi. *OC*. 185.
[2] Bredelar, in Westphalia, dioec. Paderbornensi. *OC*. 203.
[3] Vallis S. Mariae de Crokesden, in comitatu Staffordiae et dioec. Lincolniensi. *OC*. 176. Cf. ann. 1199, nº 22.
[4] Comerio, seu Cumber, in comitatu et dioec. Dunensi. *OC*. 204.
[5] Aberconway, in Norwallia, dioec. Bangorensi. *OC*. 187.
[6] Marganense coenobium, in comitatu Glamorgamensi et dioec. Landavensi. *OC*. 107.
[7] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[8] Bonnevaux, in dioec. Viennensi in Gallia. *OC*. 7.
[9] Bouras, in antiquo comitatu Nivernensi, dioec. Senonensi. *OC*. 7.
[10] N.-D. de la Chassagne, in dioec. Bellicensi. *OC*. 147.
[11] Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.
[12] Seu Vallis S. Aegidii, Buch, in Saxonia, dioec. Misnensi. *OC*. 195.
[13] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabariensi *OC*. 183.

47 Abbas Novi castri [1] qui sine [a] licentia Capituli generalis Romam [b] adiit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua.

48 Abbates qui convenerunt Parisiis [a], et de tenendo interdicto tractaverunt, sex diebus sint in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua.

49 De nova abbatia Loci Dei [2] committitur abbatibus Cari campi [3], de Gardo [4], de Longo villari [5], quatenus [a] ad ipsum locum accedentes, inquirant diligenter si ea quae a domino Thoma et patre suo ei collata sunt, in pace possidet et quiete, et quae invenerint [b] sequenti Capitulo renuntient.

50 De petitione abbatis de Pratea [6], de construenda abbatia, committitur abbatibus de Albis petris [7], de Columna [8], et de Fonte Mauriniaci [9], quatenus [a] ad eumdem locum personaliter accedant, et inquisita [b] diligentius veritate, de statu ipsius loci, de distantia inter ipsum et vicinas abbatias, et de aliis convenientiis ad abbatiam construendam, ad [c] sequens Capitulum quod invenerint reportantes [d].

51 Abbates qui pro [a] communi interdicto cessaverunt a divinis vel submissa voce cantaverunt, seu tempore interdicti missas in locis interdictis celebraverunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua [10].

---

47 : *JP*¹. [a] absque : *J*. [b] *haec tota phrasis linea subnotatur apud J*. [c] primo : *J*.
48 : *JL*¹*P*¹. [a] Parisios : *L*¹. [b] primo : *J*.
49 : *JP*¹. [a] ut : *J*. [b] resciverint : *J*.
50 : *JP*¹. [a] ut : *J*. [b] accedentes inquirant : *J*. [c] atque ad : *J*. [d] reportent : *J*.
51 : *JL*¹*P*¹. [a] pro : *deest L*¹. [b] primo : *J*.

---

[1] Neuburg, in dioec. Argentinensi, Alsatia Inferiori. *OC*. 18.
[2] Lieu-Dieu, in Picardia, dioec. Ambianensi. *OC*. 193.
[3] Cercamp, in Artesia, dioec. Ambianensi. *OC*. 66.
[4] N. D. du Gard. in Picardia, dioec. Ambianensi. *OC*. 58.
[5] Longvilliers, in dioec. Atrebatensi. *OC*. 102.
[6] La Prée, in dioec. Bituricensi, nullam abbatiam genuit. *OC*. 86.
[7] Aubepierre, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[8] Seu Columba, La Colombe, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 88.
[9] Fontmorigny, in dioec. Bituricensi. *OC*. 115.
[10] Culpabiles erant quatenus iuridicam Cisterciensis ordinis obliviscentes conditionem quam fecerant specialem bullae Eugenii III, *Sacrosancta romana ecclesia*, 3° Kalend. augusti 1152, Anastasii IV, *Sacrosancta*, 5° idus decem. 1153, Adriani IV, *Sacrosancta*, 12° kalend. martii 1156, Alexandri III *Sacrosancta*, id. oct. 1163, Lucii III, *Monasticae sinceritatis*, 15° kalend. decem. 1183.

Querela abbatis de Bonauda[1] et Bergensium Sancti Egidii [a] [2], 52
committitur abbatibus de Bona valle [b] [3] et de Mansiada [4], usque ad festum Sancti Andreae terminanda, ita ut de cetero nulla super hoc quaestio audiatur.

Abbas de Barbareio [5] qui 25 solidos dedit garcionibus [a] ar- 53
chiepiscopi Rotomagensis pro sotularibus, tribus diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua.

Monachus Sanctae-Mariae in Walfalia [a] [6] qui seipsum incidit [b], 54
in assumptis ordinibus, non ministret, nec ad altiores promoveatur, nisi de mandato Summi Pontificis [c].

Abbas de Caudra [a] [7] qui in Curia domini papae dominum 55
Cantuariensem [8] tantum virum, et Ordini nostro gratum et acceptum, male infamavit, et in eundo et redeundo, in confusionem Ordinis carnes comedit et saecularibus contubernium habuit inhonestum deponitur in instanti et praecipitur ei quatenus usque [b] ad Natale Domini Saviniaco [c] [9] se praesentet; alioquin pro fugitivo de cetero [d] habeatur. De sociis [e] ipsius abbatis puniendis, committitur abbati Savigniacensi. Abbas de Beelanda [10] [b] hoc ei denuntiet.

Abbas de Ferraria [11] qui a decem annis et ultra a diebus pro- 56
motionis suae, non venit ad Capitulum, extra stallum suum maneat, et omni sexta feria sit in pane et aqua, donec ad sequens

---

52: JP^1. [a] Burgensium Sancti-Aegidii: *J*. [b] Bonaevallis, Mansiadae, intra: *J*.
53: $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] servis: *J*. [d] primo: *J*.
54: JL^1MP^1W. [a] Wuestphalia: *J*. [b] inscidit: *J*.
55: $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Cauda: $JL^2P^1P^{10}$; Lauda: L^1. [b] ut intra: *J*. [c] Savigniacum: *J*. [d] deinceps: *J*. [e] De sociis vero: *J*. [f] Beolanda *M*; Boët landa: L^1.
56: JL^1P^1.

---

[1] Seu Bonalda, Bona Vallis, Bonneval, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 144.
[2] Antiquum monasterium O. S. B. in dioecesi Nemaucensi. *TB*. II, 2707.
[3] Bonnevaux, in dioe. Viennensi, in Gallia. *OC*. 7.
[4] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9. Cf. ann. 1199, nº 67.
[5] Barbery, in Normannia, dioec. Baiocensi. *OC*. 174.
[6] Seu Campus S. Mariae, Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasteriensi. *OC*. 185, non vero Walkenried, ut suggerat Franz Winter, t. I, p. 193.
[7] Seu Caudra seu Caldra, Calder Abbey, in comitatu Combriae et dioec. Cestriensi in Anglia. *OC*. 100.
[8] Hubertus Walter, arch. Cantuariensis, 1193-1205.
[9] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.
[10] Bellalanda, Byland, in comitatu et dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 104.
[11] Ferrara, in regno Neapolitano. *OC*. 178.

Capitulum se praesentet. Quod si contempserit, ex tunc pro deposito habeatur. Abbas [a] Sambucina [b] [1] hoc ei denuntiet.

57 Monachi de Lini [2] cum consilio patris abbatis, usque [a] ad festum Omnium Sanctorum, eligant sibi abbatem; alioquin ex tunc abstineant a divinis.

58 Abbas Sancti-Martini [3] remittat abbati de Miratorio [4] 20 solidos fortium Lugdunensium, quos ab ipso acceperat pro exequendis negotiis eius in Romana curia et non est executus; in Capitulo generali cum affuerit, super hoc veniam petiturus. Hoc ei abbas de Sancto-Stephano [a] in Bosco [5] hoc ei nuntiet.

59 Abbas de Saltu novali [6] qui quibusdam est accusatus, de quibus sine eius audientia plenam non possumus [a] capere veritatem, in instanti Cistercio se praesentet super accusationibus responsurus, et interim abstineat a divinis. Quod si facere contempserit, ex tunc se sciat esse depositum. Abbates Sancti-Andreae [7] et de Spina [b] [8] hoc ei denuntient.

60 Querela quae versatur inter domum Ulmeti [9] et Templarios, committitur abbati Bonae vallis [10], compositione vel iudicio terminanda.

61 Praecipitur abbatibus de Lucella [11] et de Paris [12], quatenus [a]

---

[a] Abbas... : *deest* L^1. [b] Sambucinae : *J*.
57 : JP^1. [a] intra : *J*.
58 : JL^1P^1. [a] Sancti-Stephani... denuntiet : *J*.
59 : JP^1. [a] nequimus : *J*. [b] Spinae : *J*.
60 : JL^1P^1.
61 : JP^1. [a] ut : *J*.

---

[1] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.
[2] Lehnin, in dioec. et Marchia Brandenburgensi; seu Linnvelde [?] i. e. Lilienfeld, in Austria Inferiori. *OC*. 212.
[3] S. Martinus de Montibus Viterbii, S. Martino del Monte, in patrimonio S. Petri. *OC*. 124.
[4] Le Miroir, in Burgundia, dioec. Aeduensi. *OC*. 20.
[5] In Calabria et dioec. Squillacensi. *OC*. 123.
[6] Sandoval, in regno Legionis et dioec. Mansillae. *OC*. 161.
[7] S. Andreas de Palazuelos, frequentius S. M. de Palatiolis, in Castella et dioec. Palentina, Hispania. *OC*. 158.
[8] Espina, in Legione et dioec. Palentina. *OC*. 108.
[9] Silva-Regalis, Sauve-Réal, olim Ulmetum, in Provincia et dioec. Aquensi. *OC*. 168.
[10] Bonnevaux, in dioec. Viennensi in Gallia, Ulmeti abbatia mater. *OC*. 7.
[11] Sutzel, in Alsatia Superiori : *OC*. 12.
[12] Parisium, Pairis, in dioec. Argentinensi in Alsatia. *OC*. 56.

accedant ad comitem Lantgravium Holsatiae, [b] deferentes ei verbum Capituli generalis pro abbatia de Husa [1] prout instructi fuerint ab abbate Morimundi.

Quaerela Grandis Sylvae [2] et Gemundi [a] [3], committitur abbatibus de Obazina [4], de Bonauda [5], de Bono loco [6], compositione vel iudicio terminanda, ita ut [b] super hoc de cetero nulla quaestio audiatur. **62**

Petitio domini Guidonis de Dampetro [a] [7] de abbatia construenda, committitur abbatibus de Pratea [8], de Fonte Mauriniaci [9], quatenus [b] locum ipsum adeuntes, considerent statum ipsius et principis voluntatem, et in sequenti Capitulo ipsum renuntient. **63**

Magister et hospitalis grangiae de Obazina [10], qui [a], ut dicitur, aliquid aliud quam foenum et paleas non dederunt venientibus ad Capitulum, cum haberent, veniant pedites ad portam Cistercii satisfacturi de commisso. **64**

Scribatur domino Papae ut parcat nobis mittere personas minus idoneas ad tenendum ordinem. Abbas de Sambucina [a] [11] litteras istas domino Papae praesentet [b]. **65**

Abbas Uterinae vallis [12] qui contra prohibitionem Capituli conversum suum commodavit personae saeculari, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et conversum ipsum revocet in instanti, et quia de eo multa gravia proponentur, eum **66**

---

[b] Lanetavum Aesaciae : *P*[1].
62 : *JP*[1]. [a] Gimundi : *J*. [b] ut de cetero nulla super hoc quaestio audiatur : *J*.
63 : *JP*[1]. [a] Domino Petro : *P*[1]. [b] ut : *J*.
64 : *JP*[1]. [a] quae Ascqur nuncupatur, quia foenum : *J*.
65 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Sambuercina : *M*. [b] offerat : *J*.
66 : *JL*[1]*P*[1].

---

[1] Huius nominis nulla extitit abbatia cisterciensis, nisi forte agatur hic de Herdehusa, Hardehausen, in dioec. Paderbornensi. *OC*. 60.
[2] Grandselve, in Vasconia et dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[3] Gimont, in Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 78.
[4] Obasine, in dioec. Lemovicensi. *OC*. a06.
[5] Seu Bona Vallis, Bonneval, in dioec. Ruthenensi. OC. 145.
[6] Beaulieu-en-Rouergue, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 79.
[7] Guy de Dampierre, † 1215. *BB*. I, 2007.
[8] La Prée, in dioec. Bituricensi. *OC*. 86.
[9] Fontmorigny, in dioec. Bituricensi. *OC*. 115.
[10] Obasine, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 106.
[11] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.
[12] Eussertal, in antiqua dioec. Spirensi et Palatinatu Inferiori. *OC*. 114.

sub arctiori [a] custodiat disciplina, et quamdiu hoc distulerit adimplere, omni sexta feria sit in pane et aqua. Abbas de Buzaio [1] qui simili culpa tenetur, poena simili puniatur. Similiter sustineant qui opus simile praesumpserint perpetrare.

67 Abbas Fusneiacensis [2], qui monachum abbatem quondam de Boëriis [3] habet et secundum instituta Ordinis, intra triginta dies professus est abbati de Camberon [a] [4], et ei [b] sine contradictione remittat. Quia vero in revocatione ipsius abbas Fusniacensis nimisdure processit, tribus diebus sit in levi culpa, primo eorum in pane et aqua.

68 Petitio abbatio Signiacensis [5] de abbatia construenda abbatibus Igniaci, [6] de Alna [7], de Camberone [8] et firmiter eis iniungitur quatenus [a] ad iam locum dictum, usque [b] ad festum Sanctorum Omnium, personaliter [c] accedant, et de statu ipsius diligenter inquirant, et quod viderint expedire, ordinent et disponant.

69 Super quaerela mercatorum de Tholosa [a] [9], praecipitur ut abbates de Gismundo [b] [10] et de Bardonia [11] eant coram episcopo Tholosano[12], et abbate Sancti-Saturnini[13] et abbate Grandis sylvae[14], et coram eis stent iuri et firmiter observent quod ab illa fuerit compositione vel iudicio terminatum.

70 Philippus monachus de Albocornu[15] qui sua auctoritate [a] se

---

[a] altiori : *JP*¹.

67 : *JP*¹. [a] Camberonensi : *J.* [b] ei sine contradictione... etc. aqua. 68. Petitio abbatis ... etc. Camberone et : *omnia haec desunt apud P*¹ *qui confundit haec duo statuta.*

68 : *JP*¹. [a] ut : *J.* [b] intra : *J.* [c] pluraliter : *J.*

69 : *JL*¹*P*¹. [a] Tholosae : *J.* [b] Gimundi : *J.*

70 : *JL*¹*P*¹., [a] authoritate : *J.*

---

[1] Buzaium, Buzay, in Britannia, dioec. Nannetensi. *OC.* 35.

[2] Fusniacum, Foigny, in Picardia, dioec. Laudunensi. *OC.* 10.

[3] Boheriae, Boheries, in Picardia, dioec. Laudunensi. *OC.* 64.

[4] Camberona, Cambron, in Belgio, dioec. Tornacensi. *OC.* 113.

[5] Signiacum, Signy, in dioec. Remensi. *OC.* 33.

[6] Igny, in dioec. Remensi. *OC.* 14.

[7] Alna, Aulne, in Hannonia, dioec. Tornacensi. *OC.* 108.

[8] Cambron, in Hannonia, dioec. Tornacensi. *OC.* 113.

[9] Toulouse in Languedocio.

[10] Gimont, in Vasconia, dioec. Auscensi. *OC.* 78.

[11] Seu Berdona, Berdoues, in Vasconia, dioec. Auscensi. *OC.* 48.

[12] Fulchrandus, episc. Tolos. 1179-1200.

[13] Abbatia Augustinorum ; Guillelmus de Cantesio seu Lantesic, abbas 1184-1212. *TB.* II, 2775.

[14] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC.* 81.

[15] i. e. Aberconway, in Norwallia dioec Bangorensi. *OC.* 187.

dicit promotum in pontificem usque [b] ad Pascha, Claraevalli [c] se praesentet, et ibi stet ad mandatum abbatis Claraevallis. Alioquin pro fugitivo habeatur. Abbas de Margan [1] hoc ei denuntiet.

Negotium de Eberbac [a] [2] committitur abbati Claraevallis. **71**

1201

Abbas de Ferraria [3] et alii abbates qui de medietariis [a] **1**
animalium poenitentiam hoc anno non egerunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua, et de talibus medietariis ulterius [c] non praesumant. Qui autem [d] praesumpserint, omni sexta feria sint [e] in pane et aqua, quamdiu in hac culpa duxerint persistendum [f].

De non eundo in Curiam [a], romanam [b], antiqua sententia **2**
teneatur. Abbas [c] vero qui eam scienter transgressus fuerit, si in propria persona ierit, omni sexta feria ieiunet in pane et aqua [d], non celebret, et extra stallum abbatis [e] maneat donec revertatur in sequenti Capitulo generali veniam petiturus.

Si autem miserit [a], similem poenam sustineat, donec idem **3**
nuntius revertatur ; ipse [b] vero interim qui nuntius est, si est religiosus, [c] omni sexta feria sit [d] in pane et aqua. Quod si aliquis prior [e], subprior, vel aliquis obedientarius [f] nuntium aliquem contra praesens scriptum miserit, omni sexta feria ieiunet [g] in

---

[b] Claramvallem veniet : *J* ; ad Claramvallem : L^1.

71 : JP^1. [a] Eberbach : *J*.

1 : $D^3JP^1P^4$ [P^3T^3 *ann.* 1198]. [a] meditariis : $P^3P^4T^3$. [b] primo : *J*. [c] sic agere non praesumant : *J*. [d] Qui vero contra : *J*. [e] ieiunent : *J*. [f] *huius statuti pars dispositiva tantum legitur apud* $D^3P^3T^3$, *sublata mentione abbatis Ferrariae.* Cf. ann. 1200, n. 11.

2 : $D^3L^1JP^1P^4P^6$ [P^3T^3 *ann.* 1198]. [a] Roma : P^4. [b] pontificiam : *J*. [c] qui autem hoc scienter : *J* ; qui eam scienter : P^4. [d] missam non : $D^3P^3P^6T^3$. [e] stallum proprium : P^4.

3 $D^3L^1JP^1P^4P^6$[P^3T^3 *ann.* 1198]. [a] monachum vel conversum : P^4P^6. [b] ipse tamen : $D^3P^3T^3$; ipse etiam : L^1P^4 ; ipse non nuntius : P^1 ; ipse... etc. aqua : *desunt apud* P^4. [c] si est religiosus : *apud J tantum* ; ieiunet : *J*. [e] supprior vel prior : *J*. [f] vel aliquis obedientiarius : *deest J* ; $D^3P^3T^3$ *add.* : fuerit. [g] sit: $D^3P^3T^3$.

---

[1] Margan, in Wallia, dioec. Landavensi. *OC.* 107.

[2] Seu Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC.* 20.

[3] Sive Herrera in Veteri Castella, sive Ferrara in regno Neapolitano : latinum nomen simile est in utroque. *OC.* 163, 178.

pane et aqua, et a domo propria emittatur, non nisi per generale Capitulum reversurus.

4 Quoniam [a] in confusionem et [b] contemptum [c] Ordinis et disciplinae, [d] de non recipiendis [e] pueris infra decem et octo annos constitutis, terminos [f] quos posuerunt patres [g] nostri [h] quosdam abbates audivimus excessisse, àcrior debet modo [i] accedere [j] correctio [k] ut [l] quod pro [m] bona voluntate et reverentia [n] Capituli generalis noluerunt corrigere, saltem pro timore poenae timeant [o] deinceps perpetrare.

Ideoque [p] auctoritate Capituli generalis firmiter amodo praecipimus observari, ut qui iuxta testimonium conscientiae suae tales habent : omni sexta feria ieiunent in pane et aqua, donec ad [q] iam dictam aetatem [r] perveniant, et qui ipsam poenitentiam non fecerint [s], eam [t] compleant et observent [u]. Quia [v] vero in pluribus Ordinis nostri domibus, occasione talium gravissima [w] scandala oriuntur, praecipimus firmiter observari, ut [x] omnes qui scienter tales novitios, monachos vel conversos amodo receperint, [y] a patre abbate sine retractatione aliqua deponantur. Similiter illi sustineant [z] qui tales infantulos [aa] ad discendum litteras in abbatiis aut grangiis receperint [bb], nisi super [cc] hoc a generali Capitulo, pro [dd] grandi [ee] utilitate et inevitabili [ff] dispensentur [gg].

5 Monachi Sancti-Martialis Lemovicensis, [1] et monachi de Irac [2] associentur Ordini et in generali [a] commemoratione scribantur.

6 Si pater abbas visitaverit filiam suam, vel alius ab eo missus,

4 : $D^3JL^1L^2MP^1P^4P^6P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1198]. [a] quia : P^4 ; quod P^3T^3. [b] et in : $D^3P^3T^3$. [c] totius : P^4. [d] inordinationem : *J*. [e] suscipiendis : $D^3P^3T^3$. [f] qui sunt termini : *J*. [g] priores : T^3. [h] de hoc tamen nonnullos : *J*. [i] amodo : P^4 ; nunc : P^6. [j] esse : P^4T^3. [k] correptio : $D^3P^3T^3$. [l] ut videlicet quod sponte et bona : *J*. [m] pro : *deest* P^4. [n] Ordinis : P^4. [o] amodo simile : P^4. [p] Ideo : $D^3P^3T^3$. [q] maturam : T^3. [r] novitii illi : *J*. [s] egerint : $D^3P^4T^3$; fecerunt : *J*. [t] eandem : *J* ; ipsam : *M*. [u] conservent : *M*. [v] Quod : D^3 ; quare : P^3T^3. [w] gravia : D^3. [x] qui sciens et prudens : $D^3P^3T^3$. [y] receperunt : *M* ; et aliqui quorum consilio factum fuerit : $D^3P^3T^3$. [z] patiantur : *J*. [aa] pueros : $D^3P^3T^3$. [bb] recipiunt : JP^1P^4. [cc] supra : T^3. [dd] aliqua necessitate grandi et inevitabili : P^4. [ee] et inevitabili necessitate : D^3T^3. [ff] necessitate : *J*. [gg] fuerit dispensatum : P^4.

5 : JL^1P^1. [a] familiarium commemoratione nominatim : *J*.

6 : $D^3L^1P^1P^4P^6$.

[1] Abbatia O. S. B. *TB*, II, 2727.

[2] Yrieix (?) i. e. Sti-Aredii, antiquum monasterium in dioec. Lemovicensi. *TB*, II, 2787.

officiales dignis depositione invenerit, liceat ei deponere, ita tamen quod [a] causam depositionis abbati eiusdem [b] domus manifestet [c].

Praecipitur [a] ut in litteris tam clausis quam patentibus quae 7
dantur monachis et conversis, terminus inscribatur [b], in quo dantur, et ultra [c] eis litteras non valebunt.

Anniversaria nulla fiant in Ordine, nisi de licentia Capituli 8
generalis ; quae vero indulta fuerint [a] non fiant stando [b] nisi quatuor principalia. Quod si [c] aliqua fuerint qualibet ratione indulta, nullum tamen officium.

In Capituli generalis [a] congregatione legatur in primis Carta 9
charitatis ex integro ; provideant etiam abbates ut in suis abbatiis habeatur haec eadem Carta charitatis.

Prohibetur ne a publicis foeneratoribus aliquid in eleemosynam 10
recipiamus [a].

Illi qui in abbatem suum manus iniecerint, sententiae conspi- 11
ratorum per omnia subiacebunt [a].

Sententiae vero [a] conspiratorum [b] additur ut postquam ad [c] 12
illam abbatiam ad quam transmittantur, pervenerint, non eant in alias abbatias Ordinis nostri nisi [d] per generale Capitulum, nec [e] equitent in futurum [f].

---

[a] ut : *J.* [b] illius : *J. Totum hoc decretum linea subnotatur apud J.* [c] *apud* P^4 : In visitatione abbatiarum, si visitator aliquem obedientiorum dignum depositione invenerit, liceat ei deponere, ita tamen quod causam depositionis abbati eiusdem domus intimet.

7 : $D^3JL^1MP^1P^4P^6$ [P^3T^3 *ann.* 1198]. [a] In litteris quae dantur : D^3; In litteris tam... : $L^1P^3P^4T^3$. [b] concessionis ultra quem ipsis illae litterae non valeant : *J.* [c] ultra quem... $D^3L^1MP^3P^4T^3$. *cf.* ann. 1200, nº 14.

8 : $D^3JL^1L^2MP^1P^4P^6P^{10}$. [a] quoe vero indulta fuerint : *apud* P^4P^6 *tantum.* [b] sedendo fiant, exceptis quatuor primis officiis defunctorum : *M.* [c] Quod si... officium : *deest apud* $D^3L^2MP^3P^4T^3$.

9 : $JL^1L^2MP^1P^4P^4P^{10}$. [a] *Apud* $L^2P^1P^{10}$ *confusio est inter decreta* 8 *et* 9 : officium Capituli generalis. Legatur... etc. *Codex J textum integrum restituit ut supra* ; *codex* P^6 : Prima die generalis Capituli post lectionem illam quomodo se habeant abbates in capitulo legatur singulis annis Carta caritatis ; L^1P^4 *haec referunt tantum* : Charta charitatis in omnibus abbatiis habeatur.

10 : $D^3JL^2MP^1P^4P^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1198]. [a] recipiatur : L^2MP^{10}. *Alia formula apud* $D^3P^3P^6T^3$: Nihil accipiamus a publicis foeneratoribus.

11 : $JP^1P^4P^6$. [a] *apud* P^4 : Qui in abbatem manum miserit sententiae conspiratorum submittatur et a domo ad quam missus fuerit ad aliam non transeat.

12 : $JL^1P^1P^4$. [a] vero : *deest J.* [b] de conspiratione : L^1. [c] in : *J.* [d] delicentia : *J.* [e] neque etiam equitent in posterum : *J.* [f] in futuro : L^1.

13 Abbati de Salem [1] conceditur ut suscipiat locum quem offert ei episcopus [a] Salciburgensis [b] [2], ad abbatiam construendam.

14 Abbati de Baugezeto [3] iniungitur ut 30 Libras quas debet Capitulo generali, annuatim [a] usque ad tres annos; 10 libras Capitulo restituat.

15 Abbas de Veteri villa [4] qui contra statuta et formam Ordinis in abbatia sua mulierem tumulavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua et omnes alii qui [b] huic interfuerunt consilio, poena simili puniantur [c], et similia de cetero non praesumant.

16 In domo de Relec [5] ubi mulieres ingressae sunt contra prohibitionem generalis Capituli, poena iniuncta a [a] Capitulo firmiter observetur, et de cetero caveant ne contingat aliquando. Abbas, prior, subprior et omnes obedientarii ipsis tribus diebus quibus altaria discoperta fuerint, sint in pane et aqua. Super hoc scribatur comiti et comitissae Britanniae. Abbates de Bella valle [6] et de Charitate [7], de Egris [8], de Monte-Sanctae-Mariae [9] et omnes alii qui in simili culpa sunt, poena simili puniantur.

17 De querimonia domini Tornacensis[10] super abbate de Capella [11], committitur abbatibus de Valcellis [12], de Dunis [13], quatenus [a]

---

13 : *JP*¹. [a] archiepiscopis : *J*. [b] Salsiburgensis : *J*. cf. ann. 1200, nº39.
14 : *JL*¹*P*¹. [a] tantum pro tribus annis decem librarum summa eadem possit reddere : *J*.
15 : *JL*¹*P*¹. [a] primo : *J*. [b] dederunt tale consilium tumulandi : *J*.
[c] plectantur, nec similia deinceps : *J*.
16 : *JL*¹*P*¹. [4] per Capitulum : *J*.
17 : *JP*¹. [a] ut : *J*.

---

[1] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi. *OC*., 50.
[2] Eberhardus II von Truchsen, 1200-1246. *SE*. 307 ; *HC*. I, 432.
[3] Baugeseium [?] Beaugerais, in dioec. Turonensi in Gallia. *IC*. 165.
[4] S. M. de la Vieu-Ville, in dioec. Redonensi, *OC*. 105.
[5] B. M. de Reliquiis, , S. M. du Relec, in dioec. Corisopitensi. *OC*. 24.
[6] Bellevaux, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 8.
[7] La Charité, dioec. Bisuntinensi. *OC*. 30.
[8] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.
[9] Sive Marienberg, in Hungaria, sive Mont-Sainte-Marie, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 200, 204.
[10] Stephanus, episcop. Tornac. 1193-1203, antea abbas monasterii S. Genovefae Parisiensis, O. S. B. *SE*. 251 ; *HC*. I, 489 ; *BB*. *I*, 1390.
[11] Capella de Thosan, seu Ter Doest, in dioec. Tornacensi, nunc Brugensi, Dunarum filia. *OC*. 173.
[12] Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC*. 24.
[13] Les Dunes, prope Brugas in Belgio. *OC*. 51.

ad ipsum locum accedant et quod ibi super hoc invenerint corrigendum, corrigant et emendent. Quia vero ipse abbas ad praesens capitulum non venit, cum venire deberet, abbati de Dunis hoc illi nuntiante, omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis maneat, et non celebret, donec Cistercio se praesentet.

De monacho Claustri [a] [1] praecipitur auctoritate Capituli quatenus [b] ad abbatiam Novi castri [2] redeat, et abbati huius [c] domus cuius professus est obediens et sine proprietate aliqua de cetero [d] existat ; alioquin pro fugitivo habeatur. Dominis archiepiscopis Coloniensi[3], Treverensi[4] et comiti Iuliano, scribatur pro monacho illo, et abbas [e] de Claustro ipsas litteras portet per manum suam, iam dictas praesentandas. **18**

De converso Fusniacensi [5] inciso committitur abbati Clarae vallis, ut de eo dispenset, si cum pace fratrum Fusniacensium viderit hoc expedire. **19**

Querela abbatis de Blanzi [6], adversus abbatem de Claresco maresco [7], committitur abbatibus de Carocampo [8], de Balancia [9], de Gardo,[10] compositione vel iudicio usque ad[a] sequens Capitulum terminanda. **20**

Domino regi Legionensi[11] et abbati Carreceti[12] scribatur ut [a] cum Ordini incorporatus fuerit, ad ea quae duxerit proponenda ita respondebitur quod iustam [b] non habebit de cetero materiam conquerendi. **21**

18 : *JP*¹. [a] seu Hemmenrodensis : *J*. [b] ut : *J*. [c] illius : *J*. [d] deinceps : *J*. [e] Hemmenrodensis ipsasmet : *J*.
19 : *JL*¹*P*¹.
20 : *JP*¹. [a] intra : *J*.
21 : *JP*¹. [a] quod : *J*. [b] de cetero : *J*. Cf. ann. 1200, nº 41.

[1] i. e. Novum Claustrum, Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC* 31.
[2] Neuburg, in dioe. Argentinensi, Alsatia Inferiori. *OC*. 18.
[3] Adolphus I de Altena, 1193-1205. *SE*. 270 ; *HC*. I, 198.
[4] Joannes, 1190-1212. *SE*. 318 ; *HC*. I, 495.
[5] Foigny, in dioec. Laudunensi. *OC*. 10.
[6] Blandinium [?] monasterium O. S. B. prope Gandavum, in Belgio. *TB*. I, 418.
[7] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 59.
[8] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 66.
[9] i. e. Valloriae, Valloires, in Picardia, dioec. Ambianensi. *OC*. 52.
[10] N.-D. du Gard, in Picardia, dioec. Ambianensi. OC. 58.
[11] Alphonsus XIII Leg. et III Cast. 1158-1214. BB. I. 164.
[12] Carracedo, in Legione et dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

22 Praecipitur abbatibus de Campo-Sanctae-Mariae [1] et de Ristarsus [a] [2] quatenus ad abbatiam illam quam comes de Audeburnen [b] offert Ordini accedant, et facta diligenti inquisitione de pace monialium quae locum ipsum inhabitabant [c], et pace episcopi ad cuius dioecesim pertinet ipse locus, et si haec omnia pacificata fuerint, ex tunc conventus monachorum ad eam transmittatur.

23 Querela Gaufridi de Mareval adversus abbatem de Landesio [3], committitur abbatibus de Albis petris[4] et de Prato benedicto[5] in [a] iudicio vel compositione usque [b] ad sequens Capitulum omni occasione posposita [c] terminanda.

24 De conversis Curiae Dei [6] qui cruce signati fuerunt, et ad Ordinem sunt reversi, committitur domino Cistercii ut de eis ordinet sicut viderit expedire.

25 Abbas de Buzai [a] [7] qui minus reverenter et indiscrete locutus est in Capitulo [b], tribus diebus sit in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua.

26 Querela quam proponunt fratres de Basinwere [a] [8], adversus fratres de Podone [b], de grangia construenda intra terminos a generali Capitulo constitutos, committitur abbati de Savigni [c] [9] quatenus ad locum istum accedens, teminet et disponat sicut iuste viderit faciendum.

27 Item querela quam proponit abbas de Basinwere [a] contra abbatem Mellifontis [10], de abbatia construenda infra terminos constitutos, committitur abbatibus de Savigni et de Fontibus in

---

22 : *JP*¹. [a] Ristaflur, ut : *J*. [b] Odeburnen : *J*. [c] habitabant : *J*.
23 : *JP*¹. [a] in : *deest J*. [b] intra : *J*. [c] postposita omni occasione : *J*.
24 : *JL*¹*P*¹.
25 : *JP*¹. [a] Buzaio : *J*. [b] generali : *J*. [c] primo : *J*.
26 : *JP*¹. [a] Basinwerc : *J*. [b] Pordone : *J*. [c] Savigniaci ut... ipsum : *J*
27 : *JP*¹. [a] Basinwerc : *J*.

---

[1] Seu Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasteriensi. *OC*. 185.
[2] Riddagshausen [?] in ducatu Brunsvicensi et dioec. Halberstadiensi. *OC*. 84.
[3] Landais, in pago et dioec. Bituricensi. *OC*. 16.
[4] Aubepierre, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[5] Pré-Benoît in dioec. Lemovicensi. *OC*. 149.
[6] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianensi in Gallia. *OC*. 6.
[7] Buzaium, Buzay, in dioec. Nannetensi, Britannia minori. *OC*. 35.
[8] Basingwerk, in Wallia, dioec. Assanensi. *OC*. 99.
[9] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.
[10] Mellifont, in Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.

Anglia, [1] ut ad locum ipsum accedentes, ordinent de ipsa abbatia quod secundum statuta Ordinis viderint expedire.

De scandalo abbatiae de Pratea [2] dictum est ut abbas Clarae **28**
vallis accitis sibi viris prudentibus, accedat ad locum ipsum, et facta diligenti inquisitione de propositis, quae corrigenda invenerint [a] digne secundum zelum Ordinis corrigant et emendent.

Quoniam abbates venientes ad Capitulum, in domo de Firmi- **29**
tate et de Maceriis [3] minus honeste recepti sunt, abbas [a] eiusdem [b] domus, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Priores autem et cellerarii veniant Cistercium ad voluntatem domini Cistercii satisfacturi.

Abbas Novi saltus [4], qui de quibusdam capitulis fuerit accu- **30**
satus, auctoritate Capituli generalis absolvitur ab iis quibus impetebatur.

Abbas vero Sancti-Andreae [5] qui minus reverenter contra eum **31**
locutus est, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua.

Querela mercatorum de Tholosa contra abbatem de Gi- **32**
mont [a] [6] et de Bardona [7], committitur abbatibus Grandis sylvae [8], de Bordona[9], de Sancto-Saturnino[10] et praeposito beati Stephani[11], usque [b] ad sequens Capitulum compositione vel iudicio terminanda, auctoritate Capituli generalis firmiter iniungentes quatenus nominatos abbates compellant satisfacere mercatoribus, ita ut de cetero nulla quaestio audiatur.

---

28 : *JP*¹. [a] advenerint : *P*¹.
29 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] eorum domuum : *J*. [b] cuiuslibet : *L*¹ ; utriusque : *M*.
30 : *JP*¹. cf. ann. 1200, nº 59.
31 : *JP*¹. [a] primo : *J*.
32 : *JP*¹. [a] Gimondi : *J*. [b] intra : *J*.

---

[1] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[2] La Prée, in dioec. Bituricensi. *OC*. 86.
[3] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.
[4] Seu Saltus-Novalis, Sandoval, in dioec. Legionensi in Hispania. *OC*. 161.
[5] Sive S. Andreas de Sexto in Liguria, sive S. Andreas de Gouffern, in dioec. Baiocensi. *OC*. 22, 98.
[6] In Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 78.
[7] Seu Berdona, Berdouës, in Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 48.
[8] Grand-selve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[9] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.
[10] De Ordine Augustinorum, cuius abbas erat Guillelmus de Cantesio, 1184-1212. *TB*. II, 2775.
[11] Ecclesia sancti Stephani in urbe Tolosa.

33 Querela Speciosae vallis [1] et de Sconagia [2] committitur abbatibus de Evra [3], de Novo castro [4], secundum definitionem anno praeterito super hoc datam terminanda.

34 De conversis de Firmitate recipiendis committitur domino Cistercii.

35 Conceditur ut Theodoricus quondam abbas Oliveti [5], recipiatur in abbatia Curiae Dei [6], si abbas id facere potuerit, cum pace fratrum suorum ; alioquin in alia abbatia Ordinis nostri, excepto Oliveto, idem abbas ei provideat mansionem.

36 Scribatur domino Papae [7] cum multa supplicatione, ex parte Capituli generalis ut si placet Sanctitati suae parcat nobis mittere personas minus idoneas ad ordinis observationem. Has vero litteras abbas Sancti-Anastasii [8] domino Papae praesentabit, et ipsius super hoc beneplacitum usque [9] ad sequens Capitulum faciet nuntiari.

37 Ad mandatum Summi Pontificis et ad preces Marchionis de [a] ... et Flandrensis [b] et Blesensis comitum, conceditur ut de Sarnaio [10] et de Persenia[11], et de Los [c] [12] et de Sacra cella[13], abbates proficiscantur cum cruce signatis et tam de numero personarum quas secum ducent, quam de substantia ad consilium se habeant patrum abbatum.

---

33 : *JP*¹. cf. ann. 1199, nº 62.
34 ; *JP*¹.
35 ; *JP*¹.
36 : *JL*¹*L*²*P*¹*P*¹⁰. [a] intra : *J*.
37 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] Marchionis de... : *deest apud J*. [b] Flandrorum et Blesensiae : *L*²*P*¹⁰. [c] *J linea subnotat* : de Los... proficiscantur... etc.

---

[1] Schoenthal, in regno Wirtembergico. *OC*. 141.
[2] Schoenau, in Palatinatu et antiqua dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.
[3] Seu Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC*. 13.
[4] Neuburg, in Alsatia, dioec. Argentinensi. *OC*. 18.
[5] In dioec. Bituricensi in Gallia. *OC*. 81.
[6] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 6.
[7] Innocentius III, 1198-1216.
[8] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC*. 62.
[9] Ludovicus Blesensis comes, † 1205. *BB*. II, 2862. Balduinus, XI Flandriae comes, VI Hannoniae, qui fuit primus imperator apud Constantinopolim, †1206. *BB*. I, 472. Bonifacius, marchio de Monteferrato, † 1207. *BB*. I, 650.
[10] Valles-Sarnay, Les Vaux-de-Sernay, in Insula-Franciae, dioec. Versaliensi. *OC*. 97.
[11] Perseigne, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 84.
[12] Laus B. Mariae, Loos, in Galloflandria, dioec. Cameracensi. *OC*. 116.
[13] Cercanceaux, in dioec. Meldensi. *OC*. 180.

Reginae Arragonensi [a] propter reverentiam Summi Pontificis, qui super hoc scripsit generali Capitulo, et ob ipsius devotionem quam singulariter habet ad Ordinem conceditur ut ea die tantum qua filium suum quem vovit Ordini voluerit offere Domino, domum Populeti [1] poterit [b] introïre. Nec monachi propter hanc diem poenitentiam de ingressu mulierum in abbatiis ordinis super hoc inscriptam agere tenebuntur. 38

De abbatia monachorum nigrorum de qua est conquestio adversus abbatem de Villari [2], committitur abbatibus de Fusneio [3] et Claustro [4], ut locum illum adeant, et diligenter inquirant si locus sit idoneus Ordini, et si cum pace abbates eiusdem loci et monachorum et sine scandalo terrae valeat admitti, et quod invenerint sequenti capitulo nuntiabunt. 39

Petitio Wilermi Marescaldi [a] de construenda abbatia, committitur abbatibus de Duvelina [5] et de Mellifonte [6], qui diligenter inquirant et sollicite de possessionibus, et de loco, et de [b] principis voluntate, et quod inde perpenderint, sequenti Capitulo satagant nuntiare. Abbates [c] de Joriponte [7] et de Arvicampo [8] hoc eis denuntient. 40

De pecunia domini Didaci statutum est quod illa quae soluta est per manus domini Cistercii, et per manus quatuor primorum abbatum in emptionem possessionum convertatur, et fructus eorum interim sicut viderint expedire in usus Capituli generalis disponantur exponendi. Residuum vero pecuniae quae debetur, dominus Cistercii faciat colligi diligenter, et collectum modo supra dicto disponi et expendi, ita quod [a] de tota pecunia Capituli generalis, prout eis visum fuerit utilitas disponatur. 41

---

38 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Aragonum : *MPL²P¹⁰*. [b] possit : *J*.
39 : *JP¹*.
40 : *JP¹*. [a] Marescalli : *J*. [b] deque : *J*. [c] Abbates...etc : *deest in J*.
41 : *JL¹P¹*. [a] ut : *J*.

---

[1] Poblet, in Catalaunia, dioec. Tarraconensi ; in quo monasterio Ferdinandus, Alphonsi II filius, habitum induit regularem. *OC*. 127.
[2] Villerium in Betnach, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 16.
[3] Foigny, in dioec. Laudunensi. *OC*. 10.
[4] Seu Novum Claustrum, i. e. Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.
[5] i. e. S. Maria iuxta Dublinum. *OC*. 104.
[6] Mellifont, in Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.
[7] Jeripons, Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossoriensi. *OC*. 180.
[8] Seu Kilcooly, in Hibernia, comitatu Tipperariensi, dioec. Casheliensi. *OC*. 183.

42 De pressuris et molestiis quas sustinent Hibernienses scribatur domino cardinali [1] et Ioanni de Corci [a].

43 Querela quae est inter Lyram [2] et Quarariam [3], committitur abbatibus de Vaverleia [4] et de Forda [5], compositione vel iudicio terminanda, et quod inde factum fuerit, per se vel per abbates alios sequenti Capitulo nuntiare [a] curabunt.

44 Abbas Boni fontis [6] qui filiam suam hoc anno non visitavit et omnes alii quos culpa similis comprehendit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

45 Petitio abbatum de Anglia de non veniendo ad Capitulum usque [a] ad quartum annum nullatenus admittitur, sed sicut antiquitus dispensatum [b] est, immutabiliter teneatur.

46 Illi de Hungaria, de Bohemia [a], de Polonia et [b] ceteri qui servos [c] habent, quando excesserint [7] verberentur [d] virgis, tantum citra [e] sanguinem, et [f] per aliquem saecularem.

47 Abbates Longaevillae [8], de Fulina [9], de Mera[10], de Alcubatia[a] [11], de Columba[12], de Rivet[13], de Ennis[14], de Florano[15], de Porteglo[b][16],

---

42 : *JP*¹. [a] Iohanni de Corsio : *J*.
43 : *JP*¹. [a] nuntiabunt : *J*.
44 : *JL²MP¹P¹⁰*.
45 *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] nisi quarto quolibet anno : *J*. [b] positum : *J*.
46 : *JL²MP¹P¹⁰W*. [a] Boemia : *JP*¹. [b] abbates qui servos habent circa eos : *J*. [c] terminos : *M* ; *W qui addit* : [eosdem ?] [d] verberent eos : *J*. [e] tamen : *J*. [f] idque exequi iubeant per aliquam secularem personam : *J*.
47 *JL¹P¹*. [a] Alcobatia : *J*. [b] Portagloria : *J*.

---

[1] Guido de Paré, Card. episc. Praenest. antea abbas Cistercii, † 1206. *BB*. I, 2012.
[2] Abbatia O. S. B. in dioec. Ebroicensi. *TB*. II, 1705.
[3] Quarr. Abbey, in Vecta insula. *OC*. 99.
[4] Waverley, prope Farnhamum, in Anglia. *OC*. 16.
[5] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi in Anglia. *OC*. 40.
[6] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana ; sex filias genuerat. *OC*. 48.
[7] Nempe : servi.
[8] Seu Villa-Longa in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC*. 122.
[9] Sive Follina, apud Venetos, sive Fulium (interdum Fulina), Feuillant, in Languedocio, dioec. Rivensi. *OC*. 157 ; 86.
[10] i. e. Mera Vallis, Colbaz, in Pomerania, dioec. Caminensi. *OC*. 170.
[11] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulissiponensi. *OC*. 110.
[12] Sive S. Maria della Colomba, in dioec. Placentina, sive La Colombe, in dioec. Lemovicensi, in Gallia. *OC*. 45, 88.
[13] Le Rivet, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 191.
[14] Seu Elnis, Eaunes, in Languedocio, dioec. Tolosana. *OC*. 122.
[15] Seu Flarano, Flaran, in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 126.
[16] Portaglonium, Bouillas, in Languedocio, dioec. Auscensi. *OC*. 121.

de Benedictione [c] [1], qui hoc anno non venerunt ad Capitulum [d], cum venire debuissent, postquam haec sententia eis innotuerit, sint extra stallum abbatis et [e] non celebrent et omni sexta feria sint in pane et aqua, usquedum [f] Cistercio se praesentent. Abbas de Pelis [2] hoc nuntiet abbatibus de Hungaria, abbas de Superaddo [3] abbatibus de Hispania; abbas Carae vallis abbati de Fulina; abbas Pontis alti [4] abbati de Rivet; abbas Boni fontis [5] abbatibus de Ennis, de Florano, de Porteglo [g].

De conversis Vallis-Sanctae-Mariae [6] qui bibunt vinum in **48** grangiis, committitur domino Cistercii ut per se vel per alium curet et provideat sufficienter emendare. Similiter de conversis Sanctae-Agathae [7] qui sunt in excessu simili, committitur abbati Claraevallis, ut per se vel per alium faciat corrigi competenter.

De fratre Rainerio [a], monacho Aquilarum [8] de quo dicitur [b] **49** quod praedicat contra Ordinis honestatem et mandatum, praecipitur ut a domo propria ad aliam emittatur, non nisi per generale Capitulum reversurus.

Petitio Roberti de Boneto de abbatia construenda, committitur **50** abbatibus Domus Dei [9] et de Albis petris [10], ut locum illum adeant, et diligenter inquirant [a], et quod invenerint, sequenti Capitulo denuntient.

---

[c] Benedictione-Dei: *J.* [d] generale: *J.* [e] nec: *J.* [f] quousque: *J.*
[g] Portagloria: *J. Brevius apud* L^1: Multi abbates inter quos abbas de Alcobatia mulctantur scilicet extra stallum abbatis, non celebrent, et omni sexta feria in pane et aqua, donec Cistercio se praesentent.

48: JP^1.

49: $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Reinerio: *J.* [b] predicasse: P^{10}.

50: JP^1. [a] inspiciant: *J.*

---

[1] Sive La Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi, sive Benedictio-Dei, Shrule, in Hibernia, dioec. Midensi, sive Bénissons-Dieu, in Vasconia, dioec. Convenensi. *OC.* 53, 123, 184.

[2] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC.* 182.

[3] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostelana. *OC.* 67.

[4] Pontaut, in dioec. Adurensi. *OC.* 127.

[5] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC.* 48.

[6] Huius nominis tres fuerunt abbatiae: in dioec. Parisina (nunc Versaliensi); in ducatu Brunsvicensi, dioec. Halberstadiensi; in comitatu Staffordiae, dioec. Lincolniensi. *OC.* 42, 76, 176.

[7] i. e. Vallis-Dei, in dioec. Leodiensi, in Belgio; olim vocatum fuit hoc monasterium Hocht seu S. Agatha. *OC.* 179.

[8] S. Petrus de Aquilis, in dioec. Lamecensi in Lusitania. *OC.* 159.

[9] Domus-Dei super Carum, i. e. Niger Lacus, Noirlac, in dioec. Bituricensi. *OC.* 43.

[10] Aubepierre, in dioec. Lemovicensi. *OC.* 115.

51 De facienda collecta [a] ad subventionem Terrae sanctae, et redemptionem captivorum, committitur domino Cistercii et quatuor primis abbatibus qui hac instanti dominica accedant ad grangiam de Chalii, cum subscriptis abbatibus [b] de mandato Capituli generalis [c] tractaturi ; et firmiter praecipitur [d] ut quod ipsi statuerint, ab omnibus sine retractatione aliqua observetur ; et praecipitur ut ad locum illum nullus accedat nisi vocatus [e]. Abbates de Savigniaco [f] [1], de Pruleio [g] [2], de Tribus fontibus [h] [3], de Fusneio [i] [4], de Ursicampo [j] [5], de Evra [k] [6], de Lucella [7], de Novocastro [8], de Eleemosyna [9], de Oratorio[10], de Cadonio[l] [11], de Dalone [12], de Ioiaco [13], de Quinceio [14] [m].

52 Abbati de Prenkebahc, qui petit beneficiorum Ordinis participium, conceditur communio societatis nostrae.

53 Abbas Bellae vallis [15], qui in causa mulieris extitit procurator et prorupit in vocem appellationis sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

54 Abbati Portensi[16] conceditur ut bona de Jaroslaw[17] tradat abbatiae de Lubens [18].

---

51 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] pecuniarum : *J*. [b] qui hanc : P^{10}. [c] de hac re : *J*. [d] statuitur : *J*. [e] Isti sunt abbates qui accedent cum quatuor primis abbatibus, scilicet : L^1. [f] Savigniaci : *J*. [g] Pruliaci : *J* ; Prulliaco : *M* ; Puleio : P^1. [h] Trium-Fontium : *J*. [i] Fusniaci : *J* ; Busneio : L^2. [j] Ursicampi : *J*. [k] Curia : *MW* ; Lura : L^1. [l] Cadunio : *J*. [m] Quinciaco : *JM*. — *J add.* : subscribuntur.

52 : $L^2MP^{10}W$.

53 : L^2MP^{10}.

54 : *W. (Schlesische Zeitschrift. V,* 214).

Savigny, in Normannia. *OC.* 95.

[2] Preuilly, in dioec. Meldensi. OC. 5.

[3] In dioec. Catalaunensi. *OC.* 6.

[4] Foigny, in dioec. Laudunensi. *OC.* 10.

[5] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC.* 17.

[6] Seu Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC.* 13.

[7] Lützel, in Alsatia Superiori. *OC.* 12.

[8] Neuburg, in dioec. Argentinensi, Alsatia Inferiori. *OC.* 18.

[9] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC.* 10.

[10] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC.* 10.

[11] Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC.* 7.

[12] Dalon, in dioec. Tutelensi. *OC.* 147.

[13] Jouy, in dioec. Meldensi. *OC.* 12.

[14] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC.* 27.

[15] Bellevaux, in dioec. Bisuntinensi. *OC.* 8.

[16] Porta, Pforte, Portense coenobium, in Thuringia. *OC.* 25.

[17] Huius abbatiae narratur erectio et eversio : *OC.* p. LXIV.

[18] Luba, Leubus, Lubens, in dioec. Vratislaviensi, et Portae filia. *OC.* 171.

1202

Quando missa dominicalis ab octava Pentecostes usque ad 1
Adventum Domini bis in die debet celebrari [a], missa matutinalis sit de Sancta Trinitate, et feria quinta [b] de Spiritu Sancto [c] [1].

Abbatibus qui agunt poenitentiam quod pueros [a] infra annos [b] 2
receperint, minime relaxatur, sed sententiae de non recipiendis talibus anno praeterito reformatae [2], superadditur ut prior vel subprior vel alii consiliarii quorum consilio tales suscepti fuerint, vel qui receperint, de domo propria emittantur non reversuri, nisi per generale Capitulum, et omni sexta feria sint in pane et aqua, usque ad nutum Capituli generalis.

Prior vel subprior qui fuerint in levi culpa, in cantando vel 3
legendo, seu in dandis benedictionibus, [a] in ecclesia sua officia non exequantur.

Abbates Sancti Nichasii Remensis [3] et a Blange, [4] et canonici [a] 4
Valentiae [1], et monachi de Flavigniaco [2] et de Iugo Dei [3] associantur orationibus Ordinis, et in commemoratione familiarium adscribantur.

Conversi nostri [a] Ordinis non dormiant circa garciones in sta- 5
bulis, sed seorsum in alio loco deputato sibi.

Missae de sancto Bernardo : *In medio* [a] collecta : *Perfice, quae-* 6
sumus, Domine, pium in nobis sanctae... ; secretae collecta : *Grata tibi sit, Deus, haec oblatio sacramenti, quam in memoriam Dominicae passionis tuae offerimus maiestati...* ; postcommu-

---

1 : $D^3HJL^1L^2MP^1P^6P^{10}$[P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] cantari : P^1. [b] sexta : P^1. [c] dicetur : *H*.
2 : $JL^1P^1P^6$. [a] parvos : P^1. [b] aetatis debitae : *J*.
3 : $D^3JL^1L^2MP^1P^6P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] Tantum in... : $D^3P^3P^6T^3$.
4 : JL^1P^1. [a] Sancti Joannis et canonici Valentiae : JL^1.
5 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3*ann.* 1199]. [a] nostri Ordinis : *deest* $D^3P^3T^3$.
6 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] In medio : *apud J tant.*

---

[1] Hae rubricae adhuc sunt in usu.
[2] Cf. ann. 1201, nº 4.
[3] Saint-Nicaise de Reims, abbatia O. S. B. *TB.* II, 2741.
[4] Blangiacum, Blangy-en-Ternois, abbatia O. S. B. in dioec. Boloniensi, in Gallia. *TB.* I, 418.
[5] Valentia in Gallia, ubi fuerat episcopus beatus Joannes ord. cist. 1141-1146.
[6] Flavigny, abbatia O. S. B. in dioec. Augustodunensi. *TB.* I, 1115.
[7] Le Jougdieu, abbatia O. S. B. in dioec. Lugdunensi. *TB.* I, 1577.

nionis collecta : *Suum in nobis omnipotens Deus, cibus* [b] *quem sumpsimus operetur effectum ut incorporet nos sibi esus edentes, qui tecum...*

7 Ad petitionem comitis Ludovici conceditur abbati de Eleemosyna [1], ut anniversarium matris suae in ipsa domo in qua sepulta est fiat, non tamen stando.

8 De abbate Sacraemoeniae [2] noviter substituto, et de alio destituto ; et de abbate de Scala Dei [3], committitur abbati Morimundi, ut inquirat diligenter de propositis, et quod invenerit corrigendum, digne studeat emendare.

9 Abbates Novi castri [4] et de Fonte Ioannis [5], de Combremar [6] et de Comba [7], habent licentiam mittendi ad Curiam. Priori de Claro maresco [8] non conceditur, donec abbas in ipsa domo ordinetur.

10 Abbas de Valle-Sanctae-Mariae [9] qui licentiam dedit conversis bibendi vinum in grangiis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et omni sexta feria per annum a vino abstineat, nisi [a] aliqua solemnitas hoc impedierit faciendum vel infirmitas.

11 Abbates de Ebera[10], de Burbenac[11] et de Bildehuse[a] [12] qui pecuniam et argentum in aedificatione cuiusdam civitatis contulerunt, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et

---

[b] Hunc in nobis opus : *perp. apud MP*[10].
7 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10].
8 : *JP*[1].
9 : *JP*[1].
10 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] nisi hoc aliqua solemnitas magna : *J*.
11 : *JP*[1]. [a] Bilderusse : *P*[1].

---

[1] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC.* 10. Agitur hic de Ludovico comite Claromontensi et de eius matre Adelicia.
[2] In Castella Veteri, dioec. Segoviensi. *OC.* 67.
[3] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC.* 47.
[4] Neuburg, in Alsatia Inferiori, dioec. Argentinensi. *OC.* 18.
[5] Fontaine-Jean, in dioec. Meldensi. *OC.* 12.
[6] Cumbermera, in dioec. Conventrensi, comitatu Cestriae in Angliae. *OC.* 100.
[7] Combe abbey, in dioec. Lichfeldensi in Anglia. *OC.* 121.
[8] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC.* 59.
[9] Sive in dioec. Parisiensi ; sive potius Vallis S. Mariae de Crokesden, in comitatu Staffordiae, dioec. Lincolniensi. *OC.* 42 ; 176.
[10] Seu Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC.* 13.
[11] Seu Bronnbach, in magno ducatu Badensi, dioec. Wirceburgensi. *OC.* 128.
[12] Seu Bildhausen, in Bavaria, dioec. Herbipolensi. *OC.* 140.

aqua, et quadraginta diebus maneant extra stallum et similia de cetero non praesumant.

Abbas Sancti-Prudentii [1] de quo multa enormia contra Ordinis instituta [a] proponuntur, ex testimonio duorum abbatum [b] sunt transmissa utpote [c] conspirator extitit [d] inobediens patri abbati, contra [e] patrem abbatem requirens patrocinium fundatoris et nullius professus promotus est in abbatem, deponitur in instanti. **12**

Abbatibus Ursicampi, [2] Longipontis [3] et Caroliloci [4] praecipitur quatenus de conversis quos in exercitu domini Regis pro custodiendis equis suis miserunt, diligenter inquirant, et quos invenerint ibi minus se honeste se habitos, [a] digne corrigant et emendent et de cetero similia caveantur. **13**

Conversus Grandis sylvae [5] qui intravit Ordinem et celavit se esse subdiaconum, cum[a] subdiaconus esset ; et postea egrediens de domo sua ad aliam domum se transtulit et sicut subdiaconus est receptus, et ibi in diaconum est promotus, de Ordine emittatur, numquam de cetero reversurus. **14**

Abbas de Veteri villa [6] qui hoc anno non venit ad Capitulum, cum venire deberet [a], antiquam sententiam subeat [b] talibus institutam. Et hoc abbas de Savigniaco [7] ei denuntiet. **15**

Subcellerarius de Sancto-Martino [a] [8] qui nuntiis domini Cistercii dare conductum contradixit, usque ad [b] Pascha Cistercium veniat [c], ad arbitrium Domini Cisterciensis satisfacturus, alioquin si contempserit facere, pro fugitivo habeatur. Hoc ei [d] abbas de Falera [9] denuntiet. **16**

---

12 : *JL*¹*P*¹. [a] facta gravia : *J*. [b] ad nos : *J*. [c] quod sit : *J*. [d] incisus : *P*¹. [e] ipsum : *J*.
13 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] habere : *L*¹.
14 : *JL*¹*P*¹. [a] cum subdiaconus esset : *deest J*.
15 : *JP*¹. [a] debuisset : *J*. [b] faciat : *P*¹.
16 : *JL*¹*P*¹. [a] Sancti-Martini : *J*. [b] intra : *J*. [c] *P*¹ *per errorem statim transit ad similia sequentis statuti verba et pergit* : et quia nuntiis... [d] Hoc ei... etc : *desunt L*¹.

---

[1] S. Prudencio, in Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.
[2] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.
[3] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionensi. *OC*. 22.
[4] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
[5] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[6] S. M. de la Vieu-Ville, in Britannia, dioec. Redonensi. *OC*. 105.
[7] In Normannia. *OC*. 95.
[8] Sanctus-Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri. *OC*. 124.
[9] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis Castelli. *OC*. 77.

17 Abbas Sancti-Cipriani [1] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire deberet, extra stallum abbatis maneat nec celebret et omni sexta feria ieiunet in pane et aqua donec Cistercium veniat, et quia nuntiis abbatis Morimundi hospitium denegavit, eat Morimundum satisfacturus ad abbatis Morimundi arbitrium. Hoc ei abbas de Ferraria [2] nuntiet.

18 Querela abbatum de Hersenduse [3] et de Monte-Sancti-Petri [4] committitur abbatibus de Berges [5] et de Eurabac [a] [6], compositione vel iudicio terminanda.

19 Abbati de Buschet [7] qui hoc anno non venit ad Capitulum, cum venire deberet, propter suam et domus suae parcitur novitatem ; verumtamen ad sequens Capitulum veniat super hoc responsurus. Hoc ei abbas de Petrosa [8] denuntiet.

20 Petitio de festo [9] Sancti Saturnini et Sancti Martialis propter multorum instantiam qui similia petunt, et ne habeatur in consequentiam, non recipitur.

21 Abbas Speciosae vallis[a] [10] qui sciens et prudens [b] contra Instituta Capituli generalis puerum infra annos constitutum recipit in novitium, deponitur in instanti.

22 Abbas de Baugezes [a] [11], qui in praesenti Capitulo domus suae paupertatem et penuriam satis humiliter proposuit, a solutione

---

17 : *J* [*P*¹ *pro* 2ª *parte tantum*].
18 : *JP*¹. [a] Eurebach : *J*.
19 : *JP*¹.
20 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰.
21 : *JL*¹*P*¹. [a] Petrosae vallis : *L*¹. [b] providens : *L*¹.
22 : *JL*¹*P*¹. [a] Baugeseto : *J*.

---

[1] Nomen alterum monasterii de Rio-Seco, in Veteri Castella, et dioec. Burgensi. *OC*. 111.

[2] In Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 163.

[3] Seu Herdehusen, Hardehausen, in dioec. Paderbornensi in Westphalia. *OC*. 60.

[4] Seu Vallis S. Petri, Heisterbach, in dioec. Coloniensi, provincia Borusso-Rhenana. *OC*. 190.

[5] Seu Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.

[6] Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC*. 20.

[7] Vallis Lucida de Boscheto, in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC*. 201. Cf. ann. 1196, nº 23 ; 1197, nº 17 ; 1198, nº 19 ; 1199, nº 54.

[8] La Peyrouse, in dioec. Petragoricensi. *OC*. 134.

[9] De festo liturgico in Ord. cist. introducendo.

[10] Schoenthal, in antiqua dioec. Herbipolensi et regno Wirtembergico. *OC*. 141.

[11] Baugeseium, Baugerais, in dioec. Turonensi in Gallia. *OC*. 165. Cf. ann. 1201, nº 13.

decem librarum absolvitur, quas hoc anno Capitulo generali solvere tenebatur de 30 libris quas debebat, de reliquo [b] autem debito, anno sequenti, ad beneplacitum Capituli responsurus.

Abbas de Landesio [1] quia mandato Capituli generalis noluit obedire, in eo quod iudicibus sibi a Capitulo delegatis tertio vocatus non venisset, tribus diebus sit in levi culpa, et septem extra stallum suum. **23**

Abbas de Alba domo [2] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire deberet, extra stallum maneat, non [a] celebret, et omni sexta feria ieiunet in pane et aqua, donec Cistercium veniat, et quia excommunicatum a Capitulo generali minus discrete absolvit, tribus diebus sit in levi culpa apud Cistercium, uno eorum in pane et aqua, et tribus diebus apud Claram vallem [b]. Et hoc ei abbas de Net [3] denuntiet. **24**

Abbas vero de Valle salutis [4] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire deberet, similem poenam sustineat, excepta levi culpa; hoc ei abbas Claraevallis faciat denuntiari. **25**

De illo qui fuit abbas in Maugia [5], et filiis suis de quibus multa proponuntur, committitur abbati Claraevallis ut ea quae circa illos [a] noverit corrigenda, digne corrigat et emendet. **26**

Prior Vallis bonae [6] qui nuntios [a] domini Cistercii [b] noluit recipere, et verba contumeliosa respondit, veniat Cistercium usque ad Pascha [c] satisfacturus ad arbitrium domini Cistercii et ibi tribus diebus sit in levi culpa, et postea eat in [d] Morimundum poena simili puniendus. Abbas autem sequenti Capitulo se praesentet super hoc veniam petiturus. Abbas de Horta [e] [7] nuntiabit illi. **27**

---

[b] De reliquo... respondebit : *J*.

23 : *JP*¹.

24 : *JP*¹. [a] nec : *J*. [b] similiter : *J*.

25 : *JP*¹.

26 : *JP*¹.

27 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] nuntium : *M*. [b] Cisterciensis : *L*¹. [c] intra : *J*. [d] in : *deest J*. [e] Orta : *L*²*P*¹*P*¹⁰.

---

[1] Landais, in dioec. Bituricensi in Gallia. *OC*. 16.

[2] Seu Albalanda, Whiteland in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 61.

[3] Neath abbey, in Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 98.

[4] Seu Baltinglass, in Hibernia, dioec. Lagliniensi. *OC*. 114.

[5] Sub isto inusitato nomine quaenam abbatia, Claraevallis filia [?], lateat, non facile deprehenditur.

[6] Valbuena, in Veteri-Castella, dioec. Palentina. *OC*. 61.

[7] Horta, Huerta, in Veteri-Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.

28 De monachis Sancti-Sulpitii [1] qui sunt extra domum [a] emissi, committitur abbati Pontiniaci, ut revocet ad domum propriam quos viderit revocandos, exceptis illis qui manus [b] in abbatem miserunt.

29 Querela quae vertitur inter abbatias Stamedii [2] et de Alpibus [3], committitur abbatibus Sancti-Sulpitii et Boni montis [4], compositione vel iudicio terminanda [a].

30 De exactionibus quae a potentibus inferuntur domibus Ordinis nostri, scribatur domino Papae ; et abbas Casemarii [a] [5] has litteras praesentabit, consilium et beneplacitum domini Papae Cistercio renuntiaturus [b].

31 De abbatia domini Leodiensis [6] conceditur ipsi, quod constructis aedificiis conventus ei de Signiaco [7] transmittatur.

32 Abbates de Iorniponte [8] et de Arvi campo [9] qui nuntiare neglexerunt mandatum Capituli generalis[10] abbatibus quibus commissa fuit petitio Willermi marescaldi [a] de construenda abbatia, tribus diebus sint in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum. Abbas Claraevallis [c] hoc eis faciat nuntiari.

33 De conversis de Baugesois[11], de Pontrotant[12] et de Bella Branchat[13] qui dicuntur in Capitulo anni praeteriti, in fratrem Martinum de Fonteneto [14] falsum testimonium protulisse [a], com-

28 : *JP*[1]. [a] illam : *J*. [b] violentas : *J*.
29 : *JP*[1]. [a] determinanda : *J*.
30 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Casamaris : *J*. [b] remissurus : *P*[1].
31 : *JP*[1].
32 : *JP*[1]. [a] Marescalli : *J*. [b] primo : *J*. [c] Claraevallensis : *J*.
33 : *JP*[1]. [a] pertulisse : *P*[1].

[1] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[2] Tamié, in Sabaudia, dioec. Camberiensi. *OC*. 30.
[3] S. Jean d'Aulps, in Sabaudia, dioec. Aniciensi. *OC*. 41.
[4] Bonmont, in Helvetia, dioec. Genevensi. *OC*. 20.
[5] Casamario, in Campania romana. *OC*. 58.
[6] Hugo Pierrepont, 1200-1229. *SE*. 249 ; *HC*. I, 301.
[7] Signy, in dioec. Remensi. *OC*. 34. Agitur hic de fundatione abbatiae Vallis Sancti-Lamberti, prope Leodium in Belgio. *OC*. 207.
[8] Jeripons, Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossoriensi. *OC*. 180.
[9] Seu Kilcooly, in Hibernia, dioec. Casheliensi. *OC*. 183.
[10] Cf. ann. 1201, nº 39.
[11] Baugeseium, Baugerais, in dioec. Turonensi. *OC*. 165.
[12] Pons-Octranni, Pontrond, in dioec. Andegavensi. *OC*. 32.
[13] Bellebranche, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 132.
[14] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.

mittitur abbatibus de Oratorio [1] et Chalocheio [2], ut eos auctoritate Capituli generalis Cistercium venire faciant, ad mandatum domini Cisterciensis satisfacturos.

De Rotolando, quondam subpriore de Auberconon [3], scribatur domino Cantuariensi [4] per patentes litteras, quod ab Ordine pro fugitivo reputatur. Abbas de Forda [5] has eidem domino Cantuariensi litteras deportabit. 34

De abbatibus de Carleon [a] [6] et de Valle crucis [7] et de Amberconon [8] de quibus dicitur quod rarissime celebrant et abstinent ab altari, committitur abbatibus de Forda et de Combremare [9], ut accedant ad domos eorum et diligenter inquirant de praemissis, et quod invenerint, sequenti Capitulo per litteras suas fideliter satagant nuntiare. Praedictis autem abbatibus, praecipitur [b] auctoritate Capituli generalis ut ad sequens Capitulum Cistercio se praesentent, omni occasione postposita super oppositis responsuri. 35

Compositio quae facta est inter abbatias de Staflur [10] et de Connier [a] [11] sicut ordinata est per abbates a generali Capitulo destinatos, auctoritate Capituli confirmatur. Abbates vero praedictarum domorum, si contra venire voluerint, quamdiu perstiterint in hac obstinatione, sint extra stallum abbatis et non celebrent, et omnibus sextis feriis sint in pane et aqua. Prior autem et cellerarius et alii officiales qui contradicere praesumpserint, de domibus propriis emittantur, non nisi per generale Capitulum reversuri. Idem dicitur de conversis. Abbates de Forda et de Combremare hoc eis denuntient. 36

---

34 : *JP*[1].

35 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Carlem : *L*[2]*MP*[10] ; Carzeon : *L*[1]. [b] praecipitur : *deest P*[1].

36 : *JP*[1]. [a] Conniur : *P*[1].

---

[1] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC.* 10.

[2] Chaloché, in dioec. Andegavensi. *OC.* 97.

[3] Aberconway, in Norwallia, dioec. Bangorensi. *OC.* 187.

[4] Hubertus Walter, 1193-1205. *SE.* 183 ; *HC.* I, 163.

[5] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi et comitatu Devoniae, in Anglia. *OC.* 40.

[6] Karlionum, Caerleon, in comitatu Monmouthiae in Anglia. *OC.* 190.

[7] Seu Llanegwast, in dioec. S. Asaphi in Wallia. *OC.* 205.

[8] Aberconway, in Norwallia. *OC.* 187.

[9] Cumbermera, in dioec. Conventrensi et comitatu Cestriae in Anglia. *OC.* 100.

[10] Strata-Florida, Stratfleur, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC.* 151.

[11] Cumira, Cumhir, in Wallia, comitatu Radnoriensi. *OC.* 74.

37 Abbas Fossae novae [1] et alii abbates qui hoc anno non visitaverunt filias suas, antiquam sententiam sustinebunt.

38 De domibus abbatum qui de licentia generalis Capituli [2] Ierosolymam [a] sunt profecti, nullus venire tenetur ad generale Capitulum, sed patres [b] abbates illis interim definitiones Capituli nuntiabunt.

39 Abbas de Altofonte [3] et alii abbates qui prae nimia senectute et invalitudine corporis, aut caecitate, non possunt officium suum adimplere, nec venire ad Capitulum, cedant [a]. Et omnen eis humanitatem et reverentiam volumus [b] exhiberi. Abbas pater [4] abbati de Alto fonte hoc denuntiebit.

40 Abbas Sancti-Iusti [a] [5] qui cum celebrasset missam, carnes comedit in refectorio saecularium clericorum, et balneis usus est et sine habitu extra abbatiam, de quo etiam alia dicuntur non levia, deponitur in instanti. Abbas de Falera [b] [6] hoc ei denunciet.

41 Abbas de Buzaio [7] qui in propria grangia construxit abbatiam, et ibi non promovendum in abbatem promovit, et de manu excommunicati donationem recepit, eat Claramvallem et stet ad arbitrium abbatis Claraevallis. Institutus autem ab eo deponitur in instanti. Conventus vero ad domum propriam revertatur, nec ibi divina deinceps celebrentur. Abbas Claraevallis hoc procuret.

42 De loco quem offert dominus Januensis episcopus [8] abbati Sancti-Andreae [9], committitur domino Cistercii.

43 Petitio Willermi comitis Matisconensis de abbatia construenda,

---

37 : *JP*¹.
38 : *JP*¹. [a] Hierosolymam : *J*. [b] Patres tamen : *J*.
39 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*⁶*P*¹⁰. [a] dignitati quamvis eis omnem humanitatem...: *J*. [b] velimus : *J*.
40 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Iustini : *M*. [b] Phalera : *J*.
41 : *JL*¹*P*¹.
42 : *JP*¹.
43 : *JP*¹.

---

[1] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[2] Cf. ann. 1201, nº 36.
[3] Haute-Fontaine, in dioe. Catalaunensi in Campania. *OC*. 41.
[4] i. e. abbas Trium Fontium in Campania. *OC*. 6.
[5] S. Giusto, in patrimonio S. Petri et dioec. Tuscanensi. *OC*. 88.
[6] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis Castelli. *OC*. 77.
[7] Buzay, in dioec. Nannetensi, in Britannia minori. *OC*. 35.
[8] Bonifacius, Januensis archiepisc. 1188-1203. *SE*. 815.
[9] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.

committitur abbatibus de Balerna [1] et de Chasegneia [a] [2] qui locum adeant et quod viderint, sequenti Capitulo nuntiabunt.

De abbate Fornasii [3], qui, sicut dicitur, compulit homines saeculares iurare, committitur [a] abbati Savigniaci [4] ut diligenter inquirat; et si invenerit excessum digne satagat emendare. 44

Querela Bellae vallis [5] et Charitatis [6] committitur abbati Morimundi, Cariloci [7] et Theoloci [8] compositione vel iudicio terminanda. 45

Richardus, cellerarius de Sconaugia [9] de Wolluvaderus [a] quondam prior, et Malchoadus [b] et Grandus [c] conversi, qui domum illam pertubaverunt multocies et ahuc perturbare non cessant, mittantur ad domum Claraevallis, et abbas Claraevallis eis provideat mansiones. Pater abbas de Eurebac [d] [10] hoc eis denuntiet. 46

De querela quae vertitur inter abbatias de Civitatula [11] et Sancti-Andreae [12] committitur abbatibus de Columba [13], de Alta ripa [14] et de Ponte [a] [15] compositione vel iudicio terminanda. Abbas de Columba abbatibus de Alta Ripa et de Ponte nuntiet hoc mandatum. 47

---

[a] Cassania : *J*.

44 : *JMP*[1]. [a] abbatibus de Balerna... etc. ut in praecedenti statuto: *perp. apud. M.*

45 : *JP*[1].

46 : *JP*[1]. [a] Wolvadernus : *J*. [b] Machoaldus : *J*. [c] Quirandus : *J*. [d] Eurebach : *J*.

47 : *JP*[1]. [a] abbas nunciet hoc mandatum : *J*, *sic omittens phrasim unam.*

---

[1] Balerne, in dioec. S. Claudii. *OC*. 41.

[2] N.-D. de la Chassagne, in dioec. Bellicensi. *OC*. 147.

[3] Furnesium, Furness Abbey, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 97.

[4] Savigny, in Normannia, Furnesii mater. *OC*. 95.

[5] Bellevaux, in dioec. Bisuntinensi *OC*. 8.

[6] La Charité, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 30.

[7] Cherlieu, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 19.

[8] Tulley, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 19.

[9] Schoenau, in Palatinatu, et antiqua dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.

[10] Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina, Schonaugiae mater. *OC*. 20.

[11] Sic vocatum etiam monasterium Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquensi. *OC*. 9.

[12] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.

[13] S. Maria della Colomba, in dioec. Placentina, Italia. *OC*. 45.

[14] Haute-Rive, in Helvetia, dioec. Lausannensi (*OC*. 50) ; sed legendum potius Ripa-Alta, Ripalta, quae in Pedemontio, dioec. Derthonensi sita est. *OC*. 180.

[15] Pons Trebiae, Quartazzola, in dioec. Placentina, Italia (*OC*. 221) ; nisi legendum sit Fonte, i. e. Fonte vivo, in dioec. Parmensi. *OC*. 68.

48 De priore Populeti [1] et de quodam monacho qui minus honeste suscepisse dicuntur abbates ad Capitulum venientes, et cum ipsis irreverenter sunt locuti, committitur abbati Fontis frigidi [2] et si eos invenerint excessisse, digne corrigat hunc excessum, et sequenti Capitulo renuntiet quid sit factum.

1203

1 In festivitate Sancti Barnabae apostoli fiat sicut fieri solet in [a] unius apostoli [b], excepto quod conversi laborabunt [c].

2 Quoniam ad solemnem audientiam generalis Capituli non exilis [a] domini Papae conquestio emanavit de quibusdam [b] monachis Ordinis nostri quotidie ad ipsum cum fasciculis petitionum saecularium hominum [c] adventantibus, statuitur [d] tam firmiter quam utiliter ex hoc nunc et in posterum observandum, ut monachus vel conversus Ordinis nostri ad Curiam summi Pontificis accessurus [e], petitiones saecularium [f] deferre secum aliquatenus non praesumat, nisi de licentia domini Cistercii [g], vel [h] quatuor primorum abbatum, vel ad minus duorum fuerit hoc indultum. Quod si quis [i] praesumpserit, a domo propria ad aliam Ordinis nostri remittatur, non revocandus in perpetuum, nisi per generale Capitulum [j].

3 Abbates qui ab advocatis opprimuntur, archiepiscopis, episcopis [a] conquerantur et nihil reddant ulterius advocatis, nec

---

48 : JP^{1}.

1 : $JL^{1}L^{2}MP^{1}P^{6}P^{10}$. [a] festo : L^{1}. [b] festo : *J*. [c] *apud* P^{6} : Festum sancti Barnabe apostoli fiat cum duabus missis et conversi laborent ; viij lectiones : *Ait Dominus discipulis suis, hoc est preceptum meum.* Quere post festum sancti Ambrosii in lectionario hiemali evangelium cum quatuor lectionibus. *Hoc est preceptum meum.* Omelie : *Cum cuncta sacra eloquia.* Quere in festo sancti Mathie apostoli.

2 : $JL^{1}L^{2}MP^{1}P^{6}P^{10}$. [a] conquestio : *J*. [b] viris, monachis : JL^{1} ; viris aut : *M*. [c] honorum : L^{1}. [d] statuitur firmiter et utiliter : *J*. [e] accessibus : P^{10}. [f] secum : *J*. [g] Cisterciensis : L^{1}. [h] et : $JL^{1}L^{1}M$. [i] contra : *J*. [j] *apud* P^{2} : Item nullus ferat secum vel offerat Domino Pape petitiones secularium, nisi de licentia Domini Cisterciensis vel quatuor primorum abbatum vel duorum. Qui aliter fecerit... etc.

3 : $JP^{1}P^{6}$. [a] De hoc graviter : *J*.

---

[1] Poblet, in Catalonia, dioec. Tarraconensi. *OC.* 127.

[2] Fonfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonensi, Populeti abbatiae mater. *OC.* 86.

amodo conditione qua consueverant possessiones vel praedia a quibuscumque recipiant in confusionem Ordinis, et indebitae servitutis argumentum. Qui aliter egerint, a patribus abbatibus absque ulla retractatione deponantur [b].

Abbates de Fulientio [a] [1], de Villa longa [2], de Calertio [b] [3], de Gimundo [4] et de Gondon [5], qui hoc anno non venerunt ad Capitulum omni sexta feria sint in pane et aqua et extra stallum [c] maneant donec Cistercio [d] se praesentent. 4

Petitio archiepiscopi Cantuariensis de abbatia construenda, committitur abbatibus de Strafort [6] et de Quarraria [7], qui accedant ad locum, diligenter considerantes situm loci, quid super hoc eis visum fuerit, ad audientiam sequentis Capituli relaturi. Abbas de Quarraria abbati de Strafort studeat nuntiare. 5

Abbates de Bohemia [a] qui hoc anno non venerunt ad Capitulum, sequenti Capitulo se praesentent, rationem quare [a] non venerunt reddituri. Et hoc eis nuntiet abbas Ebroensis [8]. 6

Abbas de Quinquesodes [9] qui litteras detulit ad Capitulum contra [a] formam Ordinis continentes, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et caveant ceteri ne poenam similem, si modo simili deliquerint, sortiantur. 7

Querimonia grangiae de Cocanario in qua non est convenienter provisum abbatibus venientibus in Capitulum, committitur ab- 8

---

[b] *brevius in* P^6 : Item nullus faciat advocatum aliquem videlicet potentem, dando pro defensione grangie vel cuiuscumque possessionis census annuum, ne quod liberum est servituti subiiciatur.

4 : *J*P^1. [a] Follenet : P^1. [b] Calerio : P^1. [c] suum : *J*. [d] Cistercium : *J*.

5 : *J*P^1.

6 : *J*P^1. [a] Boenia : P^1. [a] cur : *J*.

7 : L^1P^1. [a] non formam : L^1.

8 : *J*P^1.

---

[1] Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Tolosana. *OC*. 157.

[2] Ville Longue in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC*. 122.

[3] Calercium, Calers, in dioec. Rivensi. *OC*. 115.

[4] Gimont, in Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 78.

[5] Gondonium, in comitatu Guienniae, dioec. Aginnensi. *OC*. 11.

[6] Stratefordia, Stratford Langthorne, in dioec. Londinensi in Anglia. *OC*. 102.

[7] Quarr Abbey, in Vecta insula dioec. Wintoniensi. *OC*. 99.

[8] Leg. Ebracensis, Ebrach, in Bavaria et dioec. Herbipolana. *OC*. 13. Ex Ebraco fere omnia Bohemiae monasteria exierunt.

[9] Quoquesale [?] i. e. Coggeshale, in dioec. Londinensi. *OC*. 105.

bati de Bonavalle [a] [1], qui factum istud non sustineat impunitum, sed digne corrigat et emendet.

9 Abbas de Sitic [2] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, extra stallum abbatis maneat et omni sexta feria sit in pane et aqua, donec Cistercio se praesentet, et in sequenti Capitulo nihilominus reversurus. Abbas pater hoc ei denuntiet.

10 Abbas de Valle [a] salutis [3] qui hoc anno venire contempsit ad Capitulum, cum de mandato [b] generalis Capituli venire deberet, ante octavam [c] Pentecostes Cistercium veniatet interim extra stallum suum maneat, et omni sexta feria sit in pane et aqua, donec Cistercio [d] se praesentet, et ibidem sit in levi culpa tribus diebus. Abbas Sanctae-Mariae in Hibernia [4] hoc ei denuntiet.

11 Negotium de Scala Dei [5] et de Sacramenia [6] iterum committitur abbati Morimundi.

12 Querimonia quae habetur adversus comitem Willermum [a] qui crudeliter saevit in Ordinem, domino Cistercii committitur qui dictum comitem super hoc conveniat, et ad emendationem diligenter moneat [b] et inducat, nisi mitius egerit, domino Papae super eiusdem iniuriis conquesturus, et interim nihil detur ipsi comiti ab iis qui habent calderias [c] absque concessu domini Cistercii.

13 Ad querimoniam domini regis Franciae de monachis vel conversis negotia guerrarum [a] procurantibus, statuimus quod extra regnum pro quo laborant, ad aliquam domum Ordinis [b] nostri emittantur, numquam ad domos proprias, nisi ad nutum

---

[a] Bonaevallis : *J*.

9 : *JP*[1].

10 : *JP*[1]. [a] Vallis salutis : *J*. [b] ipsius : *J*. [c] octavas : *J*. [d] Cistercium : *J*.

11 : *JP*[1].

12 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Willelmum : *L*[1]. [b] admoneat : *L*[2]*MP*[10]. [c] caldarias : *P*[1].

13 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[6]*P*[10]. [a] bellorum : *J*. [b] nostri Ordinis : *J*.

---

[1] Sive Bonnevaux, in dioec. Viennensi in Gallia, sive Bonnevaux, in dioec. Pictaviensi, sive Bonneval, in dioec. Ruthenensi, sive Bonaval, in Nova Castella, dioec. Toletana. *OC*. 7; 13; 144; 152.

[2] Sitticum, Sittich, in Carniola Inferiore, Runae filia. *OC*. 42.

[3] Seu Baltinglass, in Hibernia, dioec. Lagliniensi. *OC*. 114.

[4] i. e. S. Maria iuxta Dublinum, St. Mary's Abbey. *OC*. 194.

[5] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tarbiensi. *OC*. 47.

[6] Sagramenia, in Castella Veteri, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.

generalis Capituli revocandi. Abbas autem qui hoc [c] procuraverit aut per se fecerit, extra stallum suum maneat et omni sexta feria sit in pane et aqua, usque ad sequens Capitulum super hoc veniam in eodem Capitulo petiturus [d].

Abbates Ordinis nostri in quorum oratoriis scuta dependent, 14
provideant ut quam citius [a] amoveantur et ab [b] octava Sanctorum Omnium sint in pane et aqua si ex tunc digne [c] non fuerit emendatum.

De monachis Cisterciensibus qui hoc anno in Anglia[a] solverunt 15
decimas, committitur domino Cistercii qui [b] digne corrigat et emendet.

Petitio abbatis [a] Campi-Sanctae-Mariae [1] de abbatia constru- 16
enda, committitur abbatibus Campensi [2] et Bergensi [3], qui accedentes ad locum diligenter inquirant et considerant si locus ad abbatiam construendam sufficiat et quod invenerint sequenti Capitulo generali [b] nuntient.

Querela abbatis Sancti-Andreae [4] et de Ripa alta, [5] commit- 17
titur abbatibus de Columba [6] et de Coronato [7] et de Caravalle [8], iudicio vel compositione terminanda. Abbas de Caravalle hoc eis [a] denuntiet.

Monachis et conversis de Anglia interdicitur ne bini et bini in 18
una scutella [a] comedant, tam in grangiis quam in infirmitoriis, ne [b] levitatem vel dissolutionem redoleat, et in hoc [c] videantur

---

[c] bellis se immiscuerit vel per alios ea procuraverit : *J*. [d] *Codex P^6 specialem casum regis Franciae tacet* : Qui negocia guerrarum pertractant vel procurant, a regno... etc.

14 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] illa : *J*. [b] usque ad octavas omnium SS : *J*. [c] istud : *J*.

15 : JL^1P^1. [a] In Anglia : *deest* P^1. [b] istud : *J*.

16 : JP^1. [a] Sanctae-Mariae de Campo : *J*. [b] curent denuntiare : *J*.

17 : JP^1. [a] denuntiare procurent : *J*.

18 : $JL^1L^2MP^1P^2P^{10}$. [a] sintella : *M*. [b] hoc : *J*. [c] eo : *J*.

---

[1] Seu Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasteriensi. *OC*. 185.

[2] Camp, seu Vetus Camp, in provincia Borusso-Rhenana, dioec. Coloniensi. *OC*. 11.

[3] i. e. Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.

[4] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.

[5] Ripalta, in Pedemontio, dioec. Derthonensi. *OC*. 180.

[6] S. Maria della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.

[7] Morimundus Coronatus, prope Mediolanum. *OC*. 33.

[8] Seu Chiaravalle di Milano. *OC*. 39.

a saecularibus non differre. Transgressores in capitulo [d] veniam petant et vapulent, et tribus diebus sint in pane et aqua. De cyphis [e] argenteis vel in quibus habentur pedes argentei vel pomelli interdicitur, nihilominus, ne [f] in abbatiis vel grangiis abbatibus vel monachis [g] eiusmodi propinetur. Qui secus egerint, tribus diebus sint in levi culpa, tam qui biberint, quam qui in eis praesumpserint ministrare [h].

19 Abbates de Anglia si multitudo hospitum supervenerit, possunt et debent reficere cum conventu. Si autem cum hospitibus contingat eos prandium vel coenam facere, provideant et procurent ne nimis protrahant horam illam, et si forte protraxerint, ut [a] saltem refectionem servitorum [b] non excedant.

20 Abbas de Scala Dei [1] qui contra formam Ordinis iuramentum praestitit [a] et ostagium [b] fecit, et iuramento non stetit, et monachos suos compulit ad iurandum nec non et [c] abbatem filium suum in extremis agentem deposuit, deponitur in instanti.

21 Ipse autem provideat ut ad observationem iuramenti revertatur in ostagium [a] et domus de Scala Dei in victu provideat et vestitu, et ante [b] Natale Domini pacem faciat eadem [c] domus de Scala Dei [d] et satisfaciat creditori.

22 De abbate de Monte salutis [2] qui dum adhuc esset monachus sub abbate de Scala Dei, praestitit iuramentum, et post promotus est in abbatem, committitur abbatibus Morimundi et de Bolbona, [3] et de Bella pertica [4], qui, facta diligenti inquisitione, utrum abbas ille iuramento suo steterit an non ; quod viderint emendandum digne corrigant et emendent ; et de monachis Scalae Dei qui iurasse dicuntur eisdem committitur quod deliquerunt, emendandum.

---

[d] privato : *J*. [e] autem : *J*. [f] nec : *J*. [g] cum eiusmodi : *J*.
[h] *codex P² hanc secundam partem tantum refert* : Item in abbaciis nostris non ministretur abbatibus, monachis vel conversis Ordinis nostri in ciphis argenteis vel pedes seu pomella argentea habentibus. Quod qui fecerint... etc.

19 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] ut : *deest J*. [b] in secundo conventu : *J*.

20 : *JL¹P¹*. [a] perstitit : *P¹*. [b] hostagium : *J*. [c] etiam : *J*.

21 : *JL¹P¹*. [a] hostagium : *J*. [b] intra : *J*. [c] eadem : *deest J*. [d] cum creditori : *J*.

22 : *JP¹*.

---

[1] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 47.
[2] Monsalud, in Castella-Nova, dioec. Conchensi, Scalae Dei filia. *OC*. 65.
[3] Boulbonne, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.
[4] Belle-Perche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.

CODEX CAMBERONENSIS (XIII° s.)

ex abbatia cister. Camberonæ in Hannonia Belgii, nunc in Montibus sub N° 31 (C[1])

CODEX CAMBERONENSIS (XIII° s.)

ex abbatia cister. Cameronæ in Hannonia Belgii, nunc in Montibus sub N° 31 (C¹)

Abbas de Alpibus [1] qui litteras quarum tenorem non noverat 23
accepit et propter hoc etiam compulsus est similes referre litteras ab eo cui [a] primas detulerat, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua ; et similia de cetero non praesumat.

Abbas de Reuna [a] [2] qui contra auctoritatem Regulae clericum 24
benedixit, tempore probationis non expectato, quia mendacio [b] suo se fuisse monachum dictus clericus asserebat, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Monachus autem quia mendacio suo benedictionem obtinuit, stet in benedictione sua, sit tamen ultimus per annum, gravem culpam sustineat, et omni sexta feria sit in pane et aqua, nisi grandis solemnitas vel infirmitas [c] dispensationem exegerit, nec ei per annum liceat equitare.

Abbas de Molebrun [a] [3] qui ante tempus annuae probationis 25
novitium benedixit per annum extra stallum abbatis maneat, nec benedicat novitios, et omni sexta feria sit in pane et aqua, et cum ipse secundum rigorem Ordinis deponi in instanti mereretur, per misericordiam tamen ei parcitur in praesenti, tum propter grave scandalum quod inde posset Ordini provenire, tum [b] quia [c] fere per triennium in eadem domo mansit. Verum [d] ne tantum malum trahatur in consequentiam, statuimus ut qui super hoc facto tam enormi de cetero deliquerit, absque omni retractatione deponatur.

Abbas de Arthuse [4] [a] qui in confusionem, immo dissipationem 26
Ordinis, in domo ipsius militem [b] benedixit novitium, cum derisio potius videatur quam benedictio, deponitur in instanti. Miles autem [c] cuius huiusmodi facta est benedictio, probationem

23 : *JP*¹. [a] Qui primas abstulerat : *J*.
24 : *JL*¹*P*¹. [a] Renax : *JP*¹. [b] mendaciter : *J*. [c] aliquam : *J*.
25 : *JL*¹*P*¹. [a] Molbrunnensis : *J*. [b] tamen : *P*¹. [c] quum qui ille novicius in seculari habitu per triennium fere in eadem domo manserit : *J*. [d] Unde : *L*¹ ; Verumtamen ne factum istud... : *J*.
26 : *JL*¹*P*¹. [a] Harshusus : *J* ; Arsufe : *L*¹. [b] militis : *J*. [c] in quem collata est eiusmodi benedictio : *J*.

[1] S. Jean d'Aulps, in Sabaudia, dioec. Aniciensi. *OC*. 41.
[2] Runa, Reun, in Styria, dioec. Secoviensi. *OC*. 17.
[3] Mulbrunnum, Maulbronn, in regno Wirtembergensi, et antiqua dioec. Spirensi. *OC*. 57.
[4] Arthesium (ut est apud Beaunier), seu Aceyum, Acey, in dioec. S. Claudii. *OC*. 40.

suam in cella novitiorum exequatur, benedictionem [d] post anni circulum accepturus [e] et ne tam enormis in Ordine subrepat dispensatio, praecipitur districtius ut transgressores huiusmodi depositionis sententiam excipiant [f], non nisi per generale Capitulum promovendi.

27 Abbates qui non solverunt quod promissum est ad usus terrae Ierosolymitanae [a], vel in presenti [b] procurent reddere vel in Divione, alioquin nisi usque [c] ad Natale Domini ex integro Cistercio persolverint, ex tunc abbas, prior et cellerarius non celebrent, et omni quarta [d] et sexta [e] feria sint in pane et aqua. Illi tamen de Apulia, de Hungaria de Polonia, de Suetia, de Hibernia, de Wallia, de Dacia, de Portugallia, de Gallicia [f], de Hispania, de Tuscia, tantum excipiuntur, qui tamen usque [g] ad sequens Capitulum totum persolvant ; alioquin poena [h] quam praediximus puniantur. Et quia scimus quod illae oblationes iam factae, ad solvendam pecuniam quam promisimus ad [i] subventionem terrae [j] illius non sufficiunt, sequenti anno [k] abbates ad Capitulum venientes sic veniant praemuniti ut quod superaddere necesse fuerit in continenti [l] fieri possit.

28 Abbati Fontis vivi [1] praecipitur ut domui Sancti-Iusti [2] cuius est pater, usque [a] ad festum sancti Andreae, personam quam viderit expedire praeficiat [b] in abbatem, et monachus qui ibidem abbatizat [c] amoveatur, ne per ipsum, si moram fecerit in loco, non tenuis scandalorum materia suscitetur ; ad domum aliam Ordinis nostri [d] transmittatur.

29 De abbate Cadunii [3] qui suas hoc in anno non visitavit filias, committitur abbati Pontiniaci [a], ut haec abbatis supradicti negligentia per ipsum ferventius emendetur.

---

[d] professionis : *J.* [e] recepturus : *J.* [f] accipiant : *J.*

27 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Hierosolymitanae : *J.* [b] hic in Cistercio : *J.* [c] intra : *J.* [d] quarta : *deest L*[1]. [e] sextaque : *J.* [f] Galecia : *L*[1] ; Galatia : *P*[1]. [g] intra : *J.* [h] praetaxata : *J.* [i] pro subventione : *J.* [j] sanctae : *J.* [k] illi : *J.* [l] statim : *J.*

28 : *JP*[1]. [a] intra : *J.* [b] perficiat : *P*[1]. [c] abbatizavit : *P*[1]. [d] ordinis nostri : *deest J.*

29 : *JP*[1]. [a] Pontigniaci : *J.*

---

[1] Fontevivo, in dioec. et ducatu Parmensi. *OC.* 48.

[2] S. Giusto, in dioec. Tuscanensi *OC.* 88.

[3] Caduinum, Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC.* 7.

Supplicetur[a] domino Papae quatenus[b] novo vulneri Ordinis 30
nostri medelam provideat competentem, ne videlicet pro debitis Pontisalti[1] vel etiam[c] domus alterius, ceteri qui sunt de Ordine nostro debeant aliquatenus pignorari[d].

Scribatur etiam archiepiscopo Auxitanensi[a] [2] et Aquensi epis- 31
copo,[3] quatenus ob amorem totius Ordinis et reverentiam istud humiliter supplicantis obnixe satagant[b] ne creditores[c] domus Alti pontis de cetero viros Ordinis nostri per partes illas transitum facientes praesumant, aliquatenus pignorare[d].

Abbatibus de Quoquesale[4] et de Brueria[5], committitur causa[a] 32
quae vertitur inter abbatem de Wesburne[6] et abbatem de Thamme[7], mediante concordia vel iudicio decidenda.

Petitio domini Willermi, mareschalli regis Angliae, de abbatia 33
construenda, committitur abbati de Stoquella[a] [8] et abbati de Portu-Sanctae-Mariae[9], ut locum adeant, et consideratis loci commoditatibus et sufficientiis et quod ibidem invenerint, sequenti Capitulo nuntient aut procurent per aliquos nuntiari.

Abbati Claraevallis committitur ut inquisitione sollicita prae- 34
currente, de monacho illo qui, transacto Capitulo, ab abbatia comitissae Britanniae est amotus si viderit expedire, et Ordinis honori competere, promoveri concedat.

Petitio domini Ioelli de Armene pro abbatia construenda com- 35

---

30 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Scribatur : L^1. [b] ut : *J*; quod : *M*. [c] alicuius alterius domus : *J*. [d] oppignorari : *J*.
31 : JP^1. [a] Auxitano : *J*. [b] ambo : *J*. [c] videlicet : *J*. [d] oppignorare : *J*.
32 : JP^1. [a] Querela : *J*.
33 : JP^1. [a] Arquellu : *J*.
34 : JL^1P^1.
35 : JP^1.

---

[1] Pontaut, in Vasconia, dioec. Adurensi. *OC.* 127.
[2] Bernardus, 1192-1214, iuxta Gams, *SE.* 498 ; sed dubitat Eubel, *HC.* I, 121.
[3] Guido de Fos, 1188-1211. Gams, *SE.* 482.
[4] Coggeshale, in dioec. Londinensi. *OC.* 105.
[5] Bruernia, Bruerne, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC.* 95.
[6] Woburna, Woburn, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC.* 83.
[7] Tama, Tame, in dioec. Lincolniensi. *OC.* 46.
[8] De qua abbatia hic agitur, non facile apparet ; an de Byland quae locum *Stocking penes Cukewald* vocatum occupavit ?
[9] Seu Dunbrody, in Hibernia, comitatu Wexfordiae et dioec. Fernarum. *OC.* 181. cf. ann. 1199, nº 43.

mittitur abbati de Buzeio [1] et abbati de Meleio [2], ut accedentes ad locum, videant si fuerit opportunus, sequenti Capitulo quod invenerint relaturi.

36 Petitio abbatis de Roseriis [3] pro abbatia construenda in Venetia [a] [4], committitur abbati Morimundi et abbati de Fulina [5], ut considerato loco, sequenti Capitulo renuntient, si locus idem sufficientia qua expedit muniatur, ut abbatiae construendae idoneus habeatur.

37 Abbas de Ameslonborne [a] [6] qui nova praesumptione sub diversis temporibus citra anni circulum integraliter [b] evolutum tres novitios benedixit, quod omnino sanctae series Regulae noscitur inhibere, adeat Morimundum et ibi se habeat [c] ad mandatum abbatis Morimundi.

38 Abbas de Lamnas [7] qui, dimisso conventu, zelum scientiae in hoc [a] minime apprehendens, se reclusit, ad Ordinem revertatur. Quod [b] si renuerit, ab Ordinis participio [c] secludatur.

39 Abbas de Waldebrac [8] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, extra stallum suum maneat [a], et omnibus sextis feriis sit in pane et aqua, donec Cistercio se repraesentet, et abbas de Sancta-Cruce hoc ei nuntiet.

40 De abbati Maceriarum [9], cuius in domo abbatibus venientibus ad Capitulum in quorum pabulo praecipue [a] minori fuit sufficientia ministratum, abbati de Firmitate committitur ut si ita fuerit, per ipsum corrigatur districte, ita ut Maceriensis et [b] abbates alii ad hac sibi culpa in futuro debeant praecavere.

---

36 : *JP^1*. [a] Venecya : *P^1*.
37 : *JL^1P^1*. [a] Amelungueber : *J* ; Amelunsguebei : *P^1*. [b] integrale : *L^1* ; irregulariter : *P^1*. [c] se habeat ibi : *J*.
38 : *JL^1MP^1W*. [a] in hoc : *deest* *P^1*. [b] qui : *J*. [c] principio : *P^1*.
39 : *JP^1*. [a] resideat : *J*.
40 *JP^1*. [a] potissimum : *J*. [b] abbas et alii abbates : *J*.

---

[1] Buzaium, Buzay, in dioec. Nannetensi, in Britannia minori. *OC*. 35.
[2] Seu Mellario, Mellereium, La Melleray, in dioec. Nannetensi. *OC*. 85.
[3] Rozières, in dioec. Bisuntina. *OC*. 26.
[4] Agitur hic de loco ubi construenda erat abbatia de S. Thoma de Torcello ann. 1206. *OC*. 213.
[5] Follina, Sana-Vallis, in dioec. Cenetensi apud Venetos. OC. 86.
[6] Amelunxborn. in ducatu Brunsvicensi et dioec. Hildeshemiensi. *OC*. 38.
[7] i. e. Landavallis, Lanvaux, in dioec. Venetensi in Britannia. *OC*. 52.
[8] Walderbach, in Bavaria, dioec. Ratisbonensi. *OC*. 78.
[9] Maceriae, Mazières in Burgundia, dioec. Divionensi. *OC*. 26.

Abbatibus de Melone [1] et Armentaris [a] [2] praecipitur ut quantocius poterint, ad domum de Fenalia [3] accedere non morentur, ibidem sollicite perscrutantes qui fuerint illi qui abbati eiusdem domus ad Capitulum venire volenti per insolitam insolentiam equos abstulerint, et impensas, [b] et quos invenerint in hoc casu praesumptuosius excessisse usque ad tres personas pedes [c] apud Cistercium non paveant destinare ibidem se ad Domini Cistercii arbitrium habituros, et reliquos [d] qui minus excesserint poena qua eis visum fuerit, et feriant et castigent ; et quod inde statuerint, sequenti Capitulo manifestent, aut per bonum nuntium faciant manifestum. Abbas autem praedictae domus veniat ad sequens Capitulum ut [e] debet. 41

Querimonia quae vertitur inter abbatem de Parcolude [4] et abbatem Mellifontis [5] super abbatia repetenda de Valle salutis, [6] committitur abbati Claraevallis ut tales executores provideat, qui causam ipsam examinent diligenter, et processum causae notificent Capitulo subsequenti. 42

Querimonia quae vertitur inter abbatem de Alpibus [7] et abbatem Stamedii [8] super quadam pecunia quam reposcit abbas Alpensis, committitur abbatibus de Alta comba [9] et de Sancto-Sulpitio,[10] ut per eos eadem causa perpetuo sopiatur, ne in reliquum super ea [a] clamor in generali Capitulo audiatur. 43

Conceditur abbati Speciosae vallis[11] ut in grangia illa de qua Capitulum generale toties est pulsatum, quingentas oves cum agnis usque [a] ad festum sancti Andreae habeat et ex tunc, agni 44

---

41 : *JP*[1]. [a] Armentariorum : *J*. [b] expensas itineris rapuerint : *J*. [c] pedites : *J*. [d] autem : *J*. [e] sicut : *J*.
42 : *JP*[1].
43 : *JP*[1]. [a] ea re : *J*.
44 : *JP*[1]. [a] intra : *J*.

---

[1] Melon, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 69.
[2] Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 146.
[3] De Fenalibus, Fiaes in Lusitania, dioec. Bracarensi, *OC*. 130.
[4] Parcum Ludae, Louth Park, in dioec. Lincolniensi, in Anglia. *OC*. 56.
[5] In Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.
[6] Seu Baltinglass, in Hibernia, dioec. Lagliniensi ; erat filia Mellifontis. *OC*. 114.
[7] St-Jean d'Aulps, in Sabaudia, dioec. Aniciensi, *OC*. 41.
[8] Tamié, in Sabaudia, dioec. Camberiensi. *OC*. 30.
[9] Hautecombe, ad lacum Burgeti dioec. Camberiensi. *OC*. 34.
[10] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[11] Schoenthal, in regno Wirtembergico. *OC*. 141.

ad pasturas alias emittantur, quingentis ovibus in loco remanentibus [b] usquequaque.

45 Depositum de Oratorio [1] eis qui deposuerant [a] sufficienti cautione resignatur.

46 Petitio Eudonis de Ponte, de abbatia construenda differtur ad [a] praesens.

47 Petitio pro cruce signatis revocandis ad domos proprias nullatenus exauditur.

48 Petitio regis Walliae pro abbatia construenda, committitur abbatibus de Margan [2] et de Biduals [a] [3], ut inquirant sollicite quibus sufficientiis intendat idem rex construere abbatiam, et quod invenerint, renuntient Capitulo subsequenti.

49 Querimonia quae vertitur inter abbatem de Dora [4] et mercatorem hominem domini Willermi [a] de Braosa, committitur abbatibus de Margan et de Quinquesude [5], compositione vel iudicio terminanda.

50 De converso Tutae vallis [6] qui fratrem suum casu miserabili interfecit, et se spontanea voluntate inclusit, committitur domino Cistercii, ut circa eum, si viderit expedire [a] habeat dispensare.

51 Abbas de Stafarda [a] [7] quoniam patri suo inobediens [b] noscitur extitisse, de non emittendo monacho, et qui quosdam monachos et conversos ad se missos, non retinuit, sed dimisit [c], tribus diebus in domo sua sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et eidem poenae apud Civitatulam [8] quam offendit pluries subia-

[b] eodem : *J*.
45 : *JP*¹. [a] accepta : *J*.
46 : *JP*¹. [a] modo : *J*.
47 : *JL*¹*PMP*¹.
48 : *JP*¹. [l] Biduvals : *J*.
49 : *JP*¹. [a] Guillelmi : *J*.
50 : *JL*¹*P*¹. [a] dispenset : *J*.
51 : *JP*¹. [a] Stafardae : *J*. [b] fuit : *J*. [c] remisit : *J*.

[1] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC*. 10.
[2] In Wallia, in dioec. Landavensi. *OC*. 107.
[3] Bildewas, in Anglia dioec. Cestriensi. *OC*. 102.
[4] Dore, in Anglia, dioec. Herefordiensi. *OC*. 92.
[5] Quoquesale [?] i. e. Coggeshale, in dioec. Londinensi. *OC*. 105.
[6] Twis Kloster, in dioec. Ripensi et provincia Jutiae Borealis in Dacia. *OC*. 146.
[7] In Pedemontio, dioec. Salutiensi. *OC*. 36.
[8] i. e. Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquensi. *OC*. 9.

ceat [d]. Monachus autem qui [e] dicitur Daniel apud Civitatulam mittatur et non equitet, et ad propriam domum non redeat nisi per licentiam generalis Capituli.

Item novitii in refectorio comedentes, dicente lectore *Tu* 52
autem, egrediantur et eant in cellam suam ibi gratias suas persolventes.

1204

Auditum [a] a [b] generali Capitulo quod abbatiae sint in Ordine 1
quae pro defectu et paucitate personarum, scandalum grave generant, et plus destruunt quam aedificant [c] Ordinis sanctitatem.

Ideoque consultum est et indultum quod abbatiae quae minus 2
habent [a] a duodecim monachis vel expirent penitus et redigantur in grangias, vel [b] si forte sic abundant in possessionibus ut conventum habere possint et debeant, de iis provideat pater abbas, vel usque ad generale Capitulum convenientem numerum habeant, nisi forte conventus dispersus fuerit propter incommodum paupertatis.

Conventus qui emissus est ab abbate de Wolborne [1] sine con- 3
sensu generalis Capituli, absque omni retractatione usque [a] ad festum sancti Andreae revocetur, et abbas sic creatus cum conventu revertatur ad domum propriam, in ordine suae conversionis tanquam monachus [b] collocandus, et quicumque de cetero tale quid praesumpserit, tam ille qui creaverit quam ille [c] qui permiserit se sic creari, absque omni retractatione deponantur, numquam amplius in abbates nisi per generale Capitulum promovendi [d].

---

[d] supponatur : *J*. [e] vocatus : *J*.

52 : P^6.

1 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Auditum est : L^1. [b] in : $L^1L^2MP^{10}$. [c] tam videntes quam audientes adeo ut... Ordinis sanctitatem : *J*.

2 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] quam 12 monachos : *J*. [b] vel forte si sic abundent : *J*.

3 : C^1JP^1. [a] intra : *J*. [b] simplex ut antea : *J*. [c] is qui se permiserit : *J*. [d] C^1 *huius statuti partem dispositivam tantum conservat, sublata mentione casus abbatis de Woburna* : Quicumque abbas miserit conventum ad faciendam novam abbatiam... etc.

---

[1] Woburna, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC*. 83.

4 Abbates [a] Lombardiae qui morantur [b] citra montem Bardonis, singulis annis interesse [c] procurent Capitulo generali. Abbates [d] de Columba [1] et de Casa nova [2] hoc eis denuntient.

5 De leprosis pro quibus [a] petitur ut permittantur habitare prope domos Ordinis, omnino [b] ne fiat interdicitur, ne occasione eorum qui ad praesens videntur aliquid conferre quibusdam monasteriis [c], quamlibet [d] trahatur in consequentiam [e], ut passim leprosi veniant in totius Ordinis detrimentum et gravamen.

6 Abbates qui sunt citra nemus Poloniae et Bohemiae, [a] et fluvium Albiam [b], et etiam citra Danubium [c], singulis annis veniant ad Capitulum.

7 Abbates de Egena [a] [3], et ceteri qui cum duobus equis et sine converso venerunt ad Capitulum, tribus diebus sint in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua, et de cetero [c] tale quid tam ipse quam ceteri [d] non praesumant ne pro excessu consimili poena puniantur ; nihilominus in sequenti generali Capitulo veniam petituri [e].

8 De libello definitionum[4] praeceptum est a [a] generali Capitulo ut ab omnibus quam citius potuerunt [b], habeatur, ut nullus [c] abbatum de cetero de ignorantia se excuset.

9 Abbati de Valle-Sancti-Lamberti [5] qui campanam nimis simpliciter benedixit, licet de rigore Ordinis deponi mereretur, par-

---

4 : $C^1JL^1P^1$. [a] Abbates qui sunt citra... : C^1. [b] qui morantur : *deest* L^1. [c] venire : C^1; intersint : L^1. [d] Abbates... etc. : *desunt* C^1L^1.

5 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] ut habitare possint prope : *J*. [b] minime fiat imperatur ne : *J*. [c] domibus : *J*. [d] quandoque : C^1JL^1 ; *deest* L^2MP^{10}. [e] et detrimentum totius Ordinis et gravamen : C^1.

6 : $C^1JL^1P^1$. [a] Boemiae : C^1. [b] Albam : C^1. [c] similiter : C^1.

7 : $C^1JL^1P^1$. [a] Egeny : *J* ; Egriens : L^1. [b] primo : JL^1. [c] nihil tale praesumatur a quocumque : L^1. [d] facere : *J*. [e] *formula generalis habetur apud* C^1 : Qui vero cum duobus equis...

8 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] in : C^1. [b] potuerunt : *deest* C^1 ; potuerint : *J*. [c] ut nullus... etc. : *deest* *J*.

9 : JL^1P^1.

---

1 S. M. della Columba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.

2 Huius nominis duo erant monasteria in Italia : in Pedemontio, dioec. Taurinensi et in Aprutio ulteriori, dioec. Pennensi. *OC*. 120, 129.

3 Egena : altera forma pro Haina : in electoratu Hassiaco et dioec. Moguntina. Egriens : altera forma pro Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadensi. *OC*. 188, 177.

4 Agitur hic de statutorum collectione seu codificatione quae facta fuerat his annis et quam legimus in pluribus manuscriptis, e. g. cod. Trecensi 1309, cod. Camberonensi 31 /192 apud Montes in Hannonia.

5 Val-Saint-Lambert, prope Leodium, in Belgio. *OC*. 207.

citur in praesenti. Verum ne omnino inulta remaneat tam inaudita simplicitas, extra stallum abbatis quadraginta diebus maneat, sex diebus [a] eorum in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua, et de cetero tale quid a nemine praesumatur.

De abbate de Stella [a] [1] qui regi Sarraceno litteras direxisse et 10
pergamenum vacuum cum sigillo monacho cui credendum non fuerat dicitur credidisse, committitur abbatibus de Landesio [b] [2] et de Barzeleio [c] [3] qui veritate diligenter inquisita, quod invenerint renuntient Capitulo generali, et abbates [d] provideant sibi in posterum, ne litteras quarum tenorem non viderint vel audierint, non permittant aliquando [e] sigillari. Sed [f] si quis monachum illum qui litteras ad Sarracenum detulit, ubicumque invenerit, cucullam ei auferat in ultionem suae fraudis.

Altare quod constructum est in grangia de Buxeria [4] des- 11
tuatur, sed [a] et omnia altaria quae constructa sunt in grangiis abbatiarum, ex quo conversae fuerint ad Ordinem nostrum usque [c] ad Purificationem beatae Virginis similiter [d] diruantur [e]. Sin autem abbas loci illius, prior et cellerarii [f] omni quarta et sexta feria sint in pane et aqua, et conversi qui morantur in grangiis [g] quibus altaria erunt, hanc ipsam poenam patiantur [h]. In nullis etiam grangiis divina celebrentur, nisi a Capitulo generali fuerit [i] indultum. Ubi hoc transgressum fuerit, abbas loci illius, prior [j] et cellerarii, omni quarta et sexta feria sint in pane et aqua, et qui [k] celebraverit [l] ibi, usque ad nutum Capituli genera-

---

[a] diebus : *deest* *J*. [b] primo : *J*.

10 : $C^1JL^2MP^1P^{10}$. [a] Stela : *J*. [b] Landeto : *M*. [c] Berceleia : *J* ; Berzeleia: L^2 ; Barsella : *M* ; Berxeleia : P^{10}. [d] *partem huius statuti dispositivam tantum conservat* C^1 : Provideant autem abbates ne litteras quarum tenorem non noverint permittant aliquando sigillari nec pergamenum vacuum cuiquam tradant sigillandum. [e] alii : *J* ; alias : *M*. [f] Quin etiam... : *J* ; Sed et si : P^1.

11 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] quin etiam : *J*. [b] *lex generalis tantum apud* C^1 : Altaria grangiarum non consecrata diruantur, consecrata remaneant ita quod in nullis divina celebrentur nisi... etc. Ubi autem... etc. [c] intra : *J*. [d] similiter : *deest* *J*. [e] destruantur : L^1L^2M. [f] cellerarius : L^1. [g] *in* : *J*. [h] subeant : *J*. [i] hoc illis indultum, alioquin ubi huius transgressionis abbas loci illius : *J*. [j] supprior : *J*. [k] ibi : C^1J. [l] non celebret amplius... C^1J.

---

[1] L'Etoile, in dioec. Pictaviensi. *OC.* 85.

[2] Landais, in dioec. Bituricensi in Gallia. *OC.* 16.

[3] Barzelle, in dioec. Bituricensi in Gallia ; Landesii filia. *OC.* 50.

[4] Sive La Bussière, in dioec. Divionensi ; sive La Boissière, in dioec. Andegavensi. *OC.* 18, 98.

lis non celebret. Et ut istud [m] caveatur [n], omnia missae necessaria a grangiis illis amoveantur.

12 Abbates [a] qui in via [b] Capituli spoliantur, nihilominus ad Capitulum veniant, et abbates per quos transibunt [c] eis charitative subveniant.

13 De subdiacono Vallis clarae [1] qui pro infirmitate capitis ad collegium [a] conversorum translatus est, et de consimilibus, praecipitur ut cum scapulari saltem, et caractere coronae, seorsum secundum dispositionem abbatis conversetur. [b]

14 De truncis seu gazophilaciis qui indecentis [a] quaestus causa in abbatiarum ingressibus apponuntur, praecipitur ut [b] infra triduum ex quo abbates domos suas intraverint, amoveantur. Insuper confreriae [c] et [d] quaestorum sive praedicatorum [e] colectae omnibus [f] modis inhibentur. De cetero [g] si in aliqua domo simile quid [h] contigerit [i], abbas et officiales, sex [j] diebus sint in levi culpa, duobus [k] eorum in pane et aqua, et conventum uno [l] die sit in pane et aqua. Ipsaque pecunia quae de cetero [m] sic collecta fuerit, ad Capitulum deferatur.

15 In officio sancti Barnabae lectiones ex commentario beati Augustini [a] : *Ait Dominus discipulis suis* : *Hoc est praeceptum meum*... Evangelium : *Hoc est praeceptum meum*..., cum homelia [b] beati Gregorii : *Cum cuncta sacra eloquia*... In officio missae, si tempore Resurrectionis evenerit : secundum Alleluia : *Non vos me elegistis* ; Evangelium : *Hoc est praeceptum meum*...

16 Polonii et Hungarii altaria non ornent sericis, nec cum casulis

---

[m] cautius : *J*. [n] cautius teneatur : C^1.

12 : $C^1JL^1P^1$. [a] vero : C^1. [b] in itinere spoliantur veniendo ad Capitulum generale, non dimittant viam propterea, sed pergant venire et abbates... : *J*. [c] transierint : C^1.

13 : $C^1L^2MP^1P^{10}$. [a] ad conversorum collegium mutatus est : *J*. [b] *apud* C^1 *legitur lex sub generali forma, sublata mentione subdiaconi Vallisclarae* : De illis vero qui pro infirmitate capitis a collegio monachorum separantur, praecipitur ut... etc.,

14 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] plurimum : *J*. [b] sine mora : C^1. [c] confrarie : C^1 ; confraternitates : *J* ; confraterniae : L^1M. [d] tam quaestorum quam : C^1. [e] tam... quam concionatorum : *J*. [f] omnimodis : C^1J. [g] vero : *J*. [h] quidpiam : *J*. [i] inveniri : C^1. [j] tribus : C^1. [k] uno : *M*. [l] primo : JL^1. [m] deinceps : *J*.

15 : $C^1JL^1P^1$ [P^6 *ann.* 1203]. [a] episcopi : C^1. [b] omelia : C^1P^1 ; homilia : *J*.

16 : JL^1P^1.

---

[1] Vauclair, in dioec. Laudunensi. *OC*. 32.

celebrent olosericis [a], sed tam ipsi quam ceteri sententiam scriptam teneant, et transgressores poenam super hoc datam sustineant [b], videlicet [c] ut qui cum talibus [d] celebraverint, tribus diebus sint in levi culpa, uno [e] eorum in pane et aqua. Quam poenam sacrista qui tale ornamentum scienter ministraverit, patiatur. Qui autem non habent humiles casulas et communes, usque [f] ad Pascha provideant sibi ut habeant.

In domibus Ordinis nostri nullus constituatur prior, subprior, 17
nec [a] cellerarius, [b] nec confessiones recipiat, qui non sit professus in [c] domo illa, nisi de [d] consensu generalis Capituli.

Abbas de Waverleia [1] qui domum de Gerodona[a] [2] non visi- 18
tavit, tribus diebus sit in pane et aqua. Abbas de Brueria [3] hoc ei denuntiet.

Excessus monachorum Sancti-Ioannis de Toroquen, [4] com- 19
mittitur abbati Claraevallis qui tantam praesumptionem ita corrigat ut contra abbates suos ceteri [a] ad simile timeant attentare; et super hoc regi de Portu Galliae a Capitulo scribatur. Quod autem super hoc factum fuerit, Capitulo nuntietur.

De abbate de Candelio [5] qui conspiratorem, ut dicitur, promo- 20
vit in abbatem, committitur abbatibus de Bella pertica [6] et de Borbonia [a] [7] ut diligenter istud inquirant et si conspiratorem eum [b] aliquando fuisse invenerint, absque retractatione deponant; et si praeterea [c] abbas hoc scienter fecisse fuerit comprobatus, poena simili puniatur. Quod autem super hoc factum fuerit, sequenti Capitulo [d] nuntietur.

---

[a] holosericis : *JL*¹. [b] ferant : *J*. [c] scilicet : *L*¹. [d] ornamentis : *J*. [e] primo : *JL*¹. [f] intra : *J*.

17 : *C*¹*JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] aut : *J*. [b] creetur : *J*. [c] de : *J*. [d] peculiari : *J*.

18 : *JP*¹. [a] Ierodona : *P*¹.

19 : *JP*¹. [a] timeant simile quid attentare : *J*.

20 : *JP*¹. [a] Bolbona : *J*. [b] illum electum fuisse aliquando : *J*. [c] praeterea : *deest J*. [d] generali renuntietur : *J*.

---

[1] Waverley, prope Farnhamum, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.

[2] Seu Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventrensi in Anglia. *OC*. 30.

[3] Bruernia, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC*. 95.

[4] i. e. S. Ioannis de Tarouca in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 61.

[5] Candelium, Candeil, in Languedocio, dioec. Albiensi. *OC*. 132.

[6] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.

[7] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec Tolosana. *OC*. 123.

21 Abbates de Anglia [a] et de Hybernia transmarini in via Capituli citra mare equos summarios non adducant, et contenti sint tribus equis et duobus pueris [b]. Transgressores [c] omni quarta et sexta feria in eundo et redeundo tam abbas quam conversus sint in pane et aqua.

22 Abbas et conventus qui de domo Scarleiae [1] praeter assensum generalis Capituli, et contra prohibitionem patris ad construendam abbatiam in Hibernia [a] missus est, licet de rigore disciplinae deberet revocari; pro periculo tamen maris interiacentis et reverentia fundatoris, et pro evitandis damnis quae inde possent emergere eis parcimus in praesens [b]; sed abbas de Scarleia qui praeter assensum, imo contra instituta Capituli [c] illuc conventum destinavit, deponitur in instanti; prior et ceteri officiales quorum consilio factum est usque ad sequens Capitulum [d] omni sexta feria sint in pane et aqua, nisi pro aliqua praecipua sollemnitate vel gravi [e] infirmitate circa ipsos in aliquo dispensetur. Quod committitur abbatibus de Guardona [2] et de Brueria [3].

23 De stola argentea [a] quae est in monasterio de Pelis [4] dicitur ut [b] quoties quis cum ea celebraverit, toties tribus diebus sit in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua. Similiter sacrista qui eam ministraverit celebranti [d], uno erit in pane et aqua.

24 Abbas Balernae [5] qui novitium [a] infra duos menses receptum, adduxit [b] ad Capitulum [c] cum plures [d] conversos haberet, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

25 Abbates de Margan [6] et de Quinquesades [a] [7] qui renuntiare

21 : *JL¹P¹*. [a] Hyberniae et Angliae : *J*. [b] servis : *J*. [c] huius decreti : *J*.
22 : *JP¹*. [a] missus est in Hyberniam : *J*. [b] modo ; verum abbas : *J*. [c] generalis : *J*. [d] generale : *J*. [e] grandi : *J*.
23 : *JL¹P¹*. [a] argentea in peliis : *L¹* ; argentea in Pelys : *P¹*. [b] quod : *J*. [c] primo : *J*. [d] patiatur : *J*.
24 : *JL¹P¹*. [a] conversum : *J*. [b] secum. *J*. [c] generale : *J*. [d] professos : *J*.
25 : *JP¹*. [a] Quinquesodes : *J*.

[1] Escharlis, in dioec. Senonensi in Gallia.
[2] Seu Gerondona, cf. supra stat. 18.
[3] Cf. supra stat. 18.
[4] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC*. 182.
[5] Balerne, in dioec. Bisuntina, in Burgundia. *OC*. 41.
[6] Marganense coenobium, in comitatu Glamorgamensi et dioec. Landavensi. *OC*. 107.
[7] i. e. Coggeshale, in comitatu Essexiae, dioec. Londiensi. *OC*. 105.

neglexerunt [b] quod eis iniunctum fuerat a generali Capitulo super querela quae erat inter abbatem de Dora [1] et mercatorem, tribus diebus sint in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua.

De abbate de Cicador [2] in Hungaria qui non venit ad Capitu- 26
lum cum venire deberet, impeditus et retentus a fratribus domus suae, ut dicitur, committitur abbatibus de Bocan [a] [3] et Sancti Gothardi[b] [4] qui accedant ad locum et re diligenter inquisita qui magis culpabiles in hoc facto reperti fuerint, conspiratorum sententia feriantur.

Abbas [a] autem quia domum de Egris [5] quae ei commissa fuerat 27
visitanda minime visitavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno[b] eorum in pane et aqua; nihilominus super hoc in sequenti Capitulo veniam petiturus. Abbas de Pelys [6] hoc ei denuntiet.

Abbates Sancti-Stephani de Bosco [7] et de Thoracio [8] qui multis 28
iam retro annis non venerunt ad Capitulum cum venire deberent, extra stallum abbatis maneant, et omni sexta feria sint in pane et aqua, donec Cistercio se repraesentent, et omni occasione proposita ad sequens Capitulum generale veniant inde [a] veniam petituri; alioquin sine retractatione se noverint deponendos. Abbas Casemarii [9] hoc eis denuntiet.

Abbas de Hersehuse[10] qui filiam suam de Bretelai[a] [11] minime 29
visitavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua. Abbas de Wolterode[12] hoc ei denuntiet.

---

[b] id : *J.* [c] primo : *J.*
26 : *JP*[1]. [a] Bochan : *J.* [b] Toduart : *P*[1].
27 : *JP*[1]. [a] Ipse vero : *J.* [b] primo : *J.*
28 : *JP*[1]. [a] veniam inde : *J.*
29 : *JP*[1]. [a] Breteleia : *J.* [b] primo : *J.*

---

[1] Dore, in comitatu et dioec. Herefordiensi. *OC.* 92.
[2] B. M. de Czikador, in Hungaria, dioec. Quinqueecclesiensi. *OC.* 71.
[3] Abbatia de Curc in Bokan, i. e. Zircium, Zircz, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC.* 181.
[4] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabariensi. *OC.* 183.
[5] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC.* 177.
[6] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC.* 182.
[7] In Calabria, dioec. Squillacensi. *OC.* 123.
[8] Leg. Curatio, Corazzo, in Calabria, dioec. Marturanensi. *OC.* 168.
[9] Casamario, in Campania romana. *OC.* 58.
[10] i. e. Hardehausen, in Westphalia, dioec. Paderbornensi. *OC.* 60.
[11] i. e. Bredelaria, in Westphalia, dioec. Paderbornensi. *OC.* 203.
[12] Volkeroda, Volkenrode, in Thuringia, dioec. Moguntina. *OC.* 21.

30 Frater Henricus quondam subprior Morimundi qui se male habuit [a] in visitatione de Dora [1] emittatur de domo propria, sine assensu Capituli generalis minime [b] revocandus.

31 Abbates de Melone [2] et de Armentariis [a] [3] qui excessum monachorum de Fenalia [4], qui abbati suo praeparanti se ad Capitulum generale equitaturam et expensas [b] abstulerunt, corrigere debuerunt et minime correxerunt, sex dibeus sint in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua. Prior [d], subprior et cellerarius qui in domo illa tunc praeerant, nihilominus pedites veniant Cistercium usque [e] ad Pentecostem, ad nutum domini Cistercii puniendi. Abbas de Thorac [5] hoc eis denuntiet.

32 De abbate de Francha valle [a] [6] de quo dicitur [b] quod sit nimius in expensis, et apud Firmitatem in infirmitorio iturus viam suam aestivo tempore praesumpsit ante tertiam contra regularem consuetudinem manducare et multa alia quae de eo audita sunt, committitur abbatibus de Bonavalle [7] [c] et de Vallemagna [8], qui diligenter inquirentes de omnibus quae invenerint renuntient Capitulo generali. Ipse autem abbas pro excessu inordinati prandii, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

33 Abbas de Columba [9] qui iuniorem quam decuerit creavit in abbatem, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbati autem creato quia bonae spei est iuvenis, et boni testimonii parcitur in praesenti.

---

30 : *JL¹P¹*. [a] gessit : *J*. [b] non : *J*.
31 : *JL¹*. [a] Armentaria : *J*. [b] cum expensis : *J*. [c] primo : *J*. [d] vero : *J*. [e] intra : *J*.
32 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Franchae-vallis : *J*. [b] ut fertur : *J*. [c] Bonaevallis et Vallismagnae : *J*.
33 : *JP¹*.

---

[1] Dore, in comitatu et dioec. Herefordiensi. *OC*. 21.
[2] In Gallecia et dioec. Tudensi. *OC*. 69.
[3] Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 146.
[4] De Fenalibus, Fiaes, in Lusitania, dioec. Bracarensi. *OC*. 130.
[5] i. e. Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecensi ; abbatia mater monasterii de Fenalibus. *OC*. 61.
[6] Franquevaux, in Languedocio, dioec. Nemaucensi. *OC*. 73.
[7] Bonneval, in dioec. Ruthenensi ; vel Bonnevaux in dioec. Viennensi, in Gallia *OC*. 144, 7.
[8] S. M. de Valmagne, in Languedocio, dioec. Montispessulana. OC. 138.
[9] S. M. della Columba, in dioec. Placentina, sive La Colombe in dioec. Lemovicensi. *OC*. 45, 88.

Excessus conversorum de Challose [1], committitur abbatibus de Prulliaco [2] et de Ioiaco [3] qui rem diligenter inquirant et cum digna animadversione puniantur [a] qui reperti fuerint culpabiles in hoc facto, ut discant ceteri non solum non offendere venientes ad Capitulum [b], sed etiam honorare. 34

Monachi qui de Hungaria morantur iuxta Strigonium in ecclesia Beatae-Mariae-de-Campis [4] amoveantur. Si de cetero postquam eis sententia innotuerit ubi [a] manserint, quamdiu ibi fuerint, sint in pane et aqua. Abbas [b] et prior omni sexta feria sint in pane et aqua. 35

De abbatia construenda a domino Cantuariensi, committitur abbatibus de Longo villari [5] et de Fontanis [6], ut ad locum accedentes diligenter considerent utrum idoneus sit Ordini et secundum Ordinis instituta possit ibi abbatia creari [a]. 36

Negotium abbatum de Flaran [7] et de Porteglon [8] committitur patri abbati ut assument secum abbates de Grandi-sylva [9] et de Bellapertica[10] accedant ad loca illa et cum plenaria Capituli potestate tantum de mobilibus et de fundis earumdem abbatiarum vendi faciant quod debita [a] si possit fieri persolvantur. 37

Controversiae quae vertuntur inter abbates de Bellobeco[a] [11] et Fulcardimontis [12], et inter abbatem de Briostel[13] et de Bellobeco [a] abbatibus de Savigneio[b] [14] et de Balanciis [15] committuntur auctoritate Capituli generalis terminandae. 38

---

34 : *JP*¹. [a] puniant quos repererint culpabiles : *J*. [b] generale : *J*.
35 : *JP*¹. [a] ita : *J*. [b] quoque : *J*.
36 : *JP*¹. [a] fundari : *J*.
37 : *JP*¹. [a] ipsarum : *J*.
38 : *JP*¹. [a] Balbec : *P*¹. [b] Savigniaci : *J*.

---

[1] Seu Challizium, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
[2] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC*. 5.
[3] Jouy, in dioec. Meldensi. *OC*. 12.
[4] Vide dicta Janauschek (*OC*. 225) de isto loco.
[5] Longvilliers, in agro Boloniensi, dioec. Atrebatensi. *OC*. 102.
[6] Funtains, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 37.
[7] In Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 126.
[8] Portaglonium vocatum etiam Bouillas, in Languedocio, dioec. Auscensi. *OC*. 121.
[9] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[10] Belle-Perche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.
[11] Beaubec, in dioec. Rotomagensi in Normannia. *OC*. 96.
[12] Foucarmont, in dioec. Rotomagensi, in Normannia. *OC*. 97.
[13] Seu Alnetum, Lannoy, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 103.
[14] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.
[15] Seu Valanciis, i. e. Valloriae, Valloires, in Picardia, dioec. Ambianensi. *OC*. 52.

39 Querela abbatum de Sancto Andrea [1] et de Ripa alta [2] committitur abbatibus de Caravalle [3], de Columba [4] et de Coronato [5] infra [a] generale Capitulum terminanda, ita sane [b] ne ulterius ad audientiam generalis Capituli referatur. Abbas de Columba hoc procuret exequendum, ita [c] quod si tres interesse non potuerint, duo nihilominus exequantur.

40 De imaginibus Loci regii [6] penitus amovendis committitur abbati de Curia Dei [7], qui accedens ad locum diligenter provideat curiositates imaginum quas constat [a] fieri contra [b] statutum Ordinis amoveri penitus usque ad Natale Domini. Abbates de Pulliaco [c] [8] et de Sancto Portu [9] conveniant super hoc dominum Parisiensem [10], ad cuius instantiam hac [d] factae sunt imagines et picturae, ut hoc cum factum fuerit sustineat patienter quia hoc ipsum sustinere non potest in patientia Capitulum generale.

41 De prandio de malrepast [a] quod ab antiquo statutum est teneatur.

42 De personis minus idoneis quibus ad mandatum domini Papae supra modum domus Ordinis praegravantur, committitur abbati de Casamarii,[11] et nonno Nicholao, domini Papae capellano, qui procurent diligenter prout melius viderint expedire, ut dominus papa in huiusmodi parcat Ordini, vel si forte ei scribere placuerit ; sic mandatum eius temperetur, ut salva sit in omnibus recipiendis Ordinis disciplina nec executores dentur per quos personae inutiles recipi compellantur.

---

39 : *JP*¹. [a] sequens : *J*. [b] ut ne unquam ulterius : *J*. [c] tamen ut : *J*.
40 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] constiterit : *J*. [b] Ordinis statutum et eas provideat porsus amoveri : *J*. [c] Prulliaci : *J*. [d] eae : *J*.
41 : *JL*¹*P*¹. [a] malrepas : *L*¹.
42 : *JL*¹*P*¹.

---

[1] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.
[2] Ripalta, in Pedemontio, dioec. Derthonensi. *OC*. 180.
[3] Chiaravalle di Milano, in Lombardia, prope Mediolanum. *OC*. 39.
[4] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.
[5] Morimondo Coronato, prope Mediolanum. *OC*. 33.
[6] Loroy, in dioec. Bituricensi, in Gallia. *OC*. 15.
[7] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 6.
[8] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC*. 5.
[9] Seu Barbellum, Barbeaux, in dioecesi Meldensi. *OC*. 111.
[10] Odo de Soliaco (Sully), 1196-1208. *SE*. 596.
[11] Casamario, in Campania romana et dioec. Verularum. *OC*. 58.

CODEX TRECENSIS (XIII° s.)

e Claraevallensi abbatia

hodie in Trecensi bibliotheca, N° 1309 (T⁴)

CODEX TRECENSIS (XIII° s.)

e Clarævallensi abbatia

hodie in Trecensi bibliotheca, N° 1309 (T⁴)

Petitio domini Willermi de Brabox de abbatia construenda in Wallia, et de abbatia quae Portus apostolorum [1] dicitur in Boemia, committitur domino Cistercii, qui loca considerari faciat, si sufficiant et conveniant ad monasteria construenda, et ipse procuret conventum mittere usque ad [a] generale Capitulum, si tamen ipsum viderit expedire. 43

Petitio domini Olomocensi episcopi [2] de abbatia construenda, committitur abbatibus de Evra [3] et de Pomo [4] qui si viderint quod sufficienter constructae sint officinae et omnia iam parata ad conventum recipiendum, liceat abbati Placensi mittere conventum. 44

Petitio de abbatia facienda iuxta Venetiam iterum committitur abbatibus de Caravalle [5] et de Casa nova [6] qui quod inde sibi visum fuerit, diligenter studeant ad sequens generale Capitulum [a] nuntiare. 45

Petitio domini Traiectensis [a] [7] de incorporanda Ordini abbatia usque ad sequens generale Capitulum differtur. 46

Petitio de festo Sancti Saturnini faciendo non conceditur. 47

Abbatibus Ursicampi [8] et de Walcellis [9] et de Claustro [10], et de Alba ripa [11] conceditur ut liceat eis ad Curiam mittere pro magnis et gravibus negotiis domorum suarum. 48

Abbatia pro qua supplicavit Capitulo generali dominus Iohellus remaneat in loco quo iam fundata est, nec eam transferri 49

---

43 : *JP*[1]. [a] sequens : *J*.
44 : *JP*[1].
45 : *JP*[1]. [a] generale : *J*.
46 : *JP*[1]. [a] episcopi : *J*.
47 : *JL*[1]*MP*[1].
48 : *JP*[1].
49 : *JP*[1]

---

[1] Quae abbatia in cisterciensem ordinem non transiit.
[2] Robertus, anglus, antea abbas Nepomuci ord. cist. in Bohemia, 1201-1240. *SE*. 297 ; *HC*. I, 376.
[3] Seu Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC*. 13.
[4] i. e. Nepomuk, in dioec. Budvicensi, in Bohemia. *OC*. 83.
[5] Chiaravalle di Milano, in Lombardia, prope Mediolanum. *OC*. 39.
[6] Casa Nova, in Pedemontio, dioec. Taurinensi. *OC*. 120.
[7] Theodoricus de Nuenar, 1198-1212. *SE*. 255 ; *HC*. I, 490.
[8] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.
[9] Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC*. 24.
[10] i. e. Novum Claustrum, Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.
[11] Auberive, in Campania, dioec. Lingonensi. *OC*. 44.

liceat si translatam excedere contingat terminos quos ob pacis custodiam inter abbatias Ordo constituit, nec etiam in finibus abbatiae Savigniaci sine consensu ipsius et licentia collocetur.

50 De controversia quae vertitur inter abbates de Valle Salutis [1] et de Parcolude [2] dicitur ut qui tenet et plusquam quinquaginta [a] annis tenuit, teneat auctoritate Capituli generalis [3].

1205

1 De [a] iis qui castra [b] seu villas possident, commutent si possint [c]; quod si tam necessariae sunt [d] possessiones ut non [e] possent omnino sine damno [f] aut periculo domorum alienari, caveant [g] possessores ne ullo iudicio sanguinis [h] se intermisceant. Transgressor, si abbas fuerit, deponatur ; si monachus vel conversus a domo propria eliminetur, non reversurus nisi per generale Capitulum.

2 Prohibetur [a] ut nullus creditori alicui [b] seu mercatori in aliis [c] domibus nostri Ordinis pro reddenda sive [d] recipienda pecunia, audeat terminum assignare [e]. Transgressor tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

3 De mittendis personis Ordinis nostri in Graeciam [a], sicut sententia de mittendis ad Curiam ita de istis teneatur.

4 Sententia quae Capitulo [a] praeterito data fuit super [b] officialibus qui professi esse iubentur domorum [c] illarum in quibus sunt, omnimodis [d] teneatur.

5 Nulli omnino liceat emere aut acquirere [a] nisi forte quid [b]

---

50 : $JL^2MP^1P^1$. [a] quinque : *LM*.
1 : $C^1JL^1P^1$. [a] Preceptum est autem de hiis qui... : C^1. [b] castrum : *J*. [c] possunt : L^1P^1. [d] sint : *J*. [e] nequeant : *J*. [f] commutari et abqsue domorum alienari : *J*. [g] saltem : *J*. [h] per certamen aut bellum in illis castellis aut oppidis se... : *J*.
2 : C^1JP^1. [a] etiam : C^1. [b] alicui *deest* C^1. [c] alienis : C^1. [d] seu : C^1. [e] designare : C^1.
3 : JL^1P^1. [a] eadem sententia fertur quae facta est de mittendis ad curiam romanam : *J*.
4 : JL^1P^1. [a] praeterito Capitulo lata : *J*. [b] pretoribus domorum : *J*. [c] earumdem retineatur : *J*. [d] omnimodo : L^1.
5 : $C^1JL^1P^1$. [a] accipere : L^1. [b] quidpiam offertur : *J*.

---

[1] Seu Baltinglass, in dioec. Lagliniensi in Hibernia. *OC.* 114.
[2] Louth Park, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC.* 56.

detur in puram eleemosynam, vel tantum [c] de possessione minus utili quis vendiderit unde possit utilior sine additamente aliquo comparari nec sumptuose aedificare praesumat quis nisi de super abundanti vel de eleemosyna ad hoc data, aliter[d] nulli liceat nisi de consensu et de licentia Capituli generalis. Abbas transgressor huius sententiae sine [e] ulla retractatione, vel [f] personarum acceptione, deponatur. Et quicumque [g] suum praebuerit assensum vel consilium, a domo propria emittatur [h] non reversurus nisi per generale Capitulum. Nec [i] hoc anno recipiantur persona in Ordine, nisi quae repelli non possit sine gravi scandalo, et [j] si hoc fiat abbas de consilio patris abbatis faciat, vel vicinorum abbatum si pater abbas[k] defuerit, nihilominus in sequenti Capitulo veniam [l] petiturus. Nec [m] possessio quae haberi non potest nisi contra Ordinis instituta [n] sicut est de furnis et de molendinis et huiusmodi, recipiatur ulterius, sed et habita si convenienter et sine gravi damno possit fieri, commutetur vel vendatur, nec [o] recipiatur alicuius abbatis professio, nec deponatur [p] aliquis nisi in Capitulo [q] Ordinis nostri, nec aliquis [r] venientium ad generale Capitulum, qui priusquam iter arripuerint de cessione sua patri abbati mentionem non fecerint, sed accedant ad Capitulum ad arbitrium Capituli iudicandi.

Abbates [a] qui singulis annis non tenentur venire ad Capitulum, [b] si usque ad unam de quatuor primis abbatiis venerint, et ibi infirmi remanserint, vel [c] infra postquam meliorati fuerint, [d] Cistercio se repraesentent, et sic eis indulgetur de misericordia, ut [e] sequenti anno ad Capitulum venire minime teneantur. 6

Altaria grangiarum non consecrata destruantur, consecrata, remaneant ; ita [a] quod in nullis divina celebrentur, nisi a generali 7

---

[c] possessionem minus inutilem vendere pro utiliori comparanda modo ne superaddantur pecuniae pro comparatione. Neque quis presumptuose aedificare... : *J*. [d] alioquin nulli liceat contrarium exequi absque speciali : *J*.
[e] absque : *J*. [f] aut : *J*. [g] ad id : *J*. [h] emittantur non reversuri : C^1P^1. [i] Neque : *J*. ; Nec hoc... etc... petiturus : *desunt apud* C^1.
[j] et hoc si fiat : *J*. [k] abbas : *deest* JP^1. [l] de hoc : *J*. [m] Neque itidem : *J*. [n] nulla recipiatur ut sunt furni, molendini et huiusmodi extra monasterium constituta ; quod si huiusmodi extra domos habeantur ab antea si congruenter et sine gravi damno fieri queat vendantur aut commutentur : *J*. [o] Neque etiam : *J*. [p] iam factus nisi : *J*. [q] generali et accedant ad illud iudicandi cum voluerint cedere : *J*. [r] alicuius : C^1.
6 : C^1JP^1. [a] vero : C^1. [b] generale : *J*. [c] aut etiam propre : *J*. [d] et sanati : *J*. [e] tamen : *J*.
7 : JL^1P^1[C^1 *ann.* 1204]. [a] tamen ut nequidem in illis divina deinceps : *J*.

Capitulo fuerit indultum; et [b] deinceps nulla alia [c] construantur. Ubi autem hoc transgressum fuerit, abbas loci illius, prior et subprior et cellerarii [d] omni quarta et sexta [e] feria sint in pane et aqua; et qui ibi celebraverit non celebret [f] usque ad nutum Capituli generalis et ut istud cautius teneatur [g], omnia missis [h] necessaria ab illis grangiis amoveantur.

8 Abbas de Hyrdehuse [1] qui hoc anno numerum duodecim monachorum non apposuit in filia sua, cum hoc de mandato Capituli generalis facere debuisset, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua et usque [b] ad Natale Domini compleat quod hactenus non implevit; alioquin veniam petat in sequenti generali Capitulo, gravius super [c] hoc, si contempserit, puniendus. Hoc ipsum abbas Sancti-Sulpitii [2] faciat qui [d] culpa simili noscitur deliquisse.

9 Abbas de Porta [3] qui leprosum recepit contra mandatum generalis Capituli, usque [a] ad Natale Domini [b] sic receptum proiiciat, veniam super hoc [c] in sequenti Capitulo petiturus. Abbas de Walquerede [4] hoc ei denuntiet.

10 Abbas [a] de Pontiniaco qui contra formam Ordinis reginam Franciae [5] cum aliis eiusdem sexus non paucis numero in suum monasterium introduxit ad audiendum sermonem in Capitulo, ad processionem in claustro, ad reficiendum [b] etiam, et duabus noctibus pernoctandum in infirmitorio, sumpta occasione quod ex rescripto domini Papae, et de [c] permissione Domini Cisterciensis [d] eidem Reginae [e] patebat aditus illius monasterii cum eo usque procedendum, nec dominus Papa, nec abbas Cistercii [f] indulserint, sed nec [g] etiam tale quid cogitaverint, et quia tam

---

[b] in posterum: *J.* [c] in grangiis amplius: *J.* [d] cellerarius: *L*[1]. [e] et sexta: *deest J.* [f] quousque generale Capitulum indulgeat: *J.* [g] observetur: *J.* [h] missae sacrificio: *J.*

8: *JP*[1]. [a] primo: *J.* [b] intra: *J.* [c] de: *J.* [d] similiter deliquit: *J.*

9: *JP*[1]. [a] intra: *J.* [b] eum remittat: *J.* [c] excessu: *J.*

10: *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] *hoc decretum linea crassa subnotatur apud J.* [b] tum etiam: *J.* [c] Ex.: *J.* [d] permissione Cisterciensi: *P*[1] [e] Dominae: *JL*[2]*MP*[10]. [f] eousque procedendum: *J.* [g] neque: *J.*

---

[1] Seu Hardehausen, in Westphalia, dioec. Paderbornensi. *OC.* 60.
[2] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC.* 27.
[3] Porta, Pforte, in Thuringia. *OC.* 25.
[4] Seu Walkenried, in ducatu Brunsvicensi et antiqua dioec. Moguntina. *OC.* 15.
[5] Ingelburga, 1193, † 1236.

enorme factum [h] sustinuit in totius Ordinis Cisterciensis iniuriam, licet absque omni retractatione depositionem mereretur [i] in instanti, tamen ad[j] petitionem[k] domini Remensis [1] cui negare nec volumus nec debemus, et aliorum [l] episcoporum [m], ei parcitur in hac parte [n]. Verum ne [o] omnino impunita remaneat tanta praesumptio extra stallum abbatis maneat usque ad Pascha, et non [p] celebret nisis de necessitate sui officii, et sex diebus sint in levi culpa, tribus in Cistercio, tribus [q] in Pontiniaco, uno eorum in pane et aqua, hinc et inde. Et hoc ipsum provideat ut pavimentum suae ecclesiae quod et levitatem redolet et paupertatem sancti Cisterciensis Ordinis nutricem, superfluitate sua et curiosa varietate quodammodo detestatur, vel omnino amoveat, vel sic faciat emendari, ut neminem deinceps super hoc scandalizet.

Abbates de Alnis [a] [2], de Casai [b] [3] et de Valle-Sancti-Petri [4] qui **11**
hoc anno non venerunt ad Capitulum, latam in [c] Capitulo generali sententiam [d] sustineant. Patres abbates hoc eis denuntient.

Abbas de Borbona[5] qui contra mandatum Capituli generalis, **12**
leprosum praesumpsit recipere, quadraginta diebus extra stallum abbatis maneat, sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua et de leproso [a] committitur domino Cistercii qui quod in hoc viderit emendandum, corrigat et emendet, et quia cessio et institutio abbatis de Bonis fontibus [6] minus caute ad suggestionem [b] dicti abbatis de Borbona [c] facta est, totum committitur abbati Morimundi, qui secundum quod discretioni [d] eius visum fuerit, ordinet et disponat.

Abbas Altae ripae [a] qui terram suam, contra formam Ordinis, **13**

---

[h] facinus : P^{10}. [i] mereatur : *J*. [j] instantiam et : L^2MP^{10}. [k] et instantiam domini archiepiscopi : *J*. [l] etiam : *J*.; petitionum : L^1. [m] supplicationi : *J*. [n] vice : L^1. [o] ut...punita : *J*. [p] nec : *J*. [q] aliis : *J*.
11 : JP^1. [a] Alna : *J*. [b] Casa : *J*. [c] eodem : *J*. [d] subeant : *J*.
12 : JP^1. [a] vero : *J*. [b] eiusdem : *J*. [c] Bolbona : *J*. [d] suae : *J*.
13 : JL^1P^1. [a] Albaeripae : JL^1.

---

[1] Guido de Paré, antea Cistercii abbas, † 1206. *BB*. I, 2012.
[2] Aulne, in dioec. Tornacensi in Belgio. *OC*. 108.
[3] Casa nova (?) ; huius nominis duo erant monasteria cist. in Italia.
[4] Seu Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC*. 190.
[5] Seu Bolbona, Boulbonne, in comitatu Fuxensi et dioec. Tolosana. *OC*. 123.
[6] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.
[7] Legendum potius Albae Ripae, ut in JL^1 i. e. Auberive in dioec. Lingonensi. *OC*. 44.

ad modiationem [1] dare voluit, et monachus suos non corripuit, eo quod irreverenter loqui praesumpserunt domino Lingonensi [2] tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et monachi pro excessu suo similiter puniantur.

14 De converso de Net [3] qui coria quae vendiderat converso de Quinci [a] [4], contra [b] ius alii vendidit, ut plus reciperet, et correctus quod malefecerat, et quod hoc vindicandum esset a Capitulo [c] derisit correctorem, parvipendens [d] quod ei dixerat, usque ad Pentecosten pedes [e] Cistercio se praesentet, ad arbitrium domini Cistercii puniendus [f]. Abbas de Net provideat ut mittatur.

15 Abbas Vallis-Sanctae-Mariae [5] qui contra formam Ordinis et instituta Capituli generalis comitem in oratorio tumulare praesumpsit, sex diebus sit in levi culpa, duobus [a] eorum in pane et aqua, et [b] quadraginta diebus extra stallum abbatis maneat, et qui consilium dederunt, singuli tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et quicumque [c] tale quod praesumpserit, absque retractatione deponatur. Prior, subprior et cellerarius quorum consilio vel auctoritate id factum fuerit, emittantur ad domum aliam non nisi per Capitulum generale reversuri.

16 De hospitali de Sturceborne[a] [6] et capella in[b] hospitali statutum est, ut in [c] capella non celebretur ulterius, et introitus ad capellam a foris[d] obstruatur, nec ibidem ulterius pauperes hospitentur, sed in hospitio quod ad usus talium ab antiquo est institutum.

17 De abbate de Bergis [a] [7] de quo dicitur quod in grangiis eius

---

14 : *JP*¹. [a] Quintiaco : *J*. [b] postea : *J*. [c] generali [c] : *J*. [d] et contemnens quod ei dixisset, intra : *J*. [e] pedestre : *J*. [f] Ipsius abbas : *J*.
15 : *JL²MP¹P¹⁰W*. [a] uno : *L¹L²MP¹⁰*. [b] et quadraginta... etc... aqua ; *desunt in L²MP¹⁰W*. [c] deinceps : *J*.
16 : *JP¹*. [a] Stulceborne : *J*. [b] eodem : *J*. [c] ea ne celebretur : *J*. [d] de foris : *J*.
17 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*. [a] *L¹* add. : in Germania.

---

[1] Praestatio pro quolibet modio vini, seu annonae, etc. *DC*. V, 433.
[2] Robertus de Castillione, episc. Lingon. 1204-1208. *SE*. 558 ; *HC*. I, 307.
[3] Neath Abbey, in Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 98.
[4] Quinciacum, Quincy, in dioec. Lingonensi. *OC*. 27.
[5] Huius nominis tria monasteria fuerunt in Ord. Cist. : in dioec. Parisiensi (nunc Versaliensi) ; in ducatu Brunsvicensi ; in comitatu Straffordiae et dioec. Lincolniensi. *OC*. 42, 76, 176.
[6] Seu Stürzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 72.
[7] i. e. Altenberg, Vetus Mons, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.

carnes passim ministrantur mercenariis et hospitibus, committitur abbati Morimundi, qui accedens ad abbatiam consideret si ita sit sicut dicitur, et si ita invenerit, digne id faciat emendari. Hoc idem patres abbates in filiabus suis considerent, et digne similiter faciant emendari.

Abbas et conventus Maceriarum [1] qui in praeiudicium Cister- 18
ciensis monasterii virum [a] bonae memoriae [b] Alexandrum [c], cum esset filius ducis Burgundiae et fundatoris Cistercii, ad sepulturam praesumpsit recipere, et priore Cistercii et quibusdam suis fratribus contradicentibus, auctoritate Capituli generalis, praecipitur humatum [d] corpis in [e] praesenti restituere Cistercio et sepulturae [f] patrum suorum fundatorum. Quod si contigerit retineri, divina [g] ibidem minime celebrentur. Et ne tale quid praesumatur in posterum, statutum est et firmatum [h] a Capitulo ne fundatores seu haeredes fundatorum ad sepulturam [i] aliquam recipiantur ulterius, nisi [j] de consensu et licentia [k] eorum quorum eos esse constiterit fundatores.

Abbas Loci Dei [2] qui minus caute et minus ordinate cessit 19
in [a] Divione, restituitur ; restitutus [b] Cistercium veniat, Domino Cistercii super iis quae ei obiecta fuerint responsurus. Abbati autem de Fulcardimonte [c] [3] qui ei cessionem recepit [d] indebite, parcitur in praesenti.

Abbas de Coronato [4] qui sciens et prudens communicavit ex- 20
communicato, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua.

---

18 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] nobilem virum : *J*. [b] dominum : *J*. [c] filium ducis : *J*. [d] humanum : P^1. [e] statim : *J*. [f] primorum : L^1. [g] interim : *J*. ; interim ibi non celebrentur : L^1. [h] confirmatum : *JM*. [i] alterius monasterii : *J*. [j] absque : *J*. [k] ipsius coenobii cuius eos constiterit fuisse fundatores : *J*.

19 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] apud Divionem : *J*. [b] autem : *J*. [c] Fulcardimontis qui eius : *J*. [d] suscepit : L^1.

20 : JP^1. [a] primo : *J*.

---

[1] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.

[2] Tria monasteria huius nominis recensentur : Loc-Dieu-en-Rouergue, in dioec. Rutenensi ; Lügumkloster, in Jutia meridionali ; Lieu-Deiu in Picardia, dioec. Ambianensi. *OC*. 149, 168, 193. Agitur hic de Loco-Dei in Picardia, quae erat Fulcardi Montis filia.

[3] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.

[4] i. e. Morimondo Coronato, prope Medionalum. *OC*. 33.

21 Abbas de Fonte Ioannis [a] [1] qui molendinum contra Ordinis instituta fecit construi, et vinum prope abbatiam ad brocam vendi sustinuit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Et ut caveatur in posterum ne vinum vendatur ad brocam in morem [b] saecularium, diffinitum [c] est in Capitulo et sententia temperatur de vino vendendo ad brocam, ut tantum in villis, et nisi per saecularem personam vendatur.

22 Abbas de Miratorio [a] [2] qui in visitatione Sancti-Andreae [3] minus mature sicut dicitur, et sicut ipse ex[b] parte confessus est, et etiam [c] minus reverenter, immo et leviter, coram Domino Remensi et Definitoribus locutus est, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

23 De puerulo monacho de Bella Valle [a] [4], et de domo cuiusdam mulieris nimis [b] vicinae [c] Bellae Vallis, committitur abbati Morimundi qui ad locum accedat, et re diligenter inquisita [d], faciat super his quod digne iudicaverit faciendum.

24 Abbas de Ioiaco [a] [5] qui nimis simpliciter [b] professionem recepit abbatis de Persenia [c] [6], non consulto Domino Cistercii, viginti diebus maneat extra stallum abbatis, et tribus diebus sit in levi culpa, uno [d] eorum in pane et aqua.

25 Abbas Cariloci [a] [7] qui episcopos, archiepiscopos et abbates suscepit [b] in infirmitorio monachorum, et per cuius negligentiam leprosus in extremis sine unctione, [c] cum eam requisisset [d] decessit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua,

---

21 : *JL*¹*P*¹. [a] Fontis Iohannis : *J*. [b] more : *J*. [c] adeo est in Capitulo ut tantum in villis idque per seacularem vendatur : *J*.
22 : *JP*¹. [a] Miratorii : *J*. [b] ex parte : *deest J*. [c] etiam : *deest J*.
23 : *JP*¹. [a] Bellaevallis : *J*. [b] nimium : *J*. [c] monasterii : *J*. [d] exequatur quod digne viderit exequendum : *J*.
24 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Ioiaci : *J*. [b] temere : *J*. [c] Persenia : *J*. [d] primo : *J*.
25 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Caroliloci : *L*¹. excepit : *J*. [c] unctionis sacramento : *J*. [d] reliquisset : *L*²*MP*¹⁰.

---

[1] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 12.
[2] Le Miroir, in Burgundia, dioec. Aeduensi. *OC*. 20.
[3] St-André de Gouffern, in Normannia, dioec. Baiocensi. *OC*. 98.
[4] Bellevaux, in comitatu Burgundiae et dioec. Bisuntinensi. *OC*. 8.
[5] Ioyacum, Jouy, in dioec. Meldensi. *OC*. 12.
[6] Perseigne, in dioec. Cenomanensi in Gallia. *OC*. 84.
[7] Cherlieu, in dioec. Bisuntina, saepe confusum cum Caroliloco, Châlis, in Insula Franciae, dioec. Bellovacensi. *OC*. 19, 44.

et 40 diebus extra stallum [e] abbatis maneat, nec ultra [f] fiat in Ordine, ut in infirmitoriis hospitentur saeculares.

Abbatibus de Frisia [a] qui pueros infra annos quindecim [b] ad 26
discendum in claustris receperunt [c], licet de rigore Ordinis deponi mererentur [c], quia forte nondum ad eos pervenit diffinitio [e], parcitur in praesenti ; sed ne remaneat impunitum quod factum est sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et 40 diebus extra stallum abbatis maneant, et pueros si ita voluerint, faciant in villis vel oppidis erudiri. De cetero qui non observaverint quod diffinitum est, deponantur.

De abbate de Insula [a] [1] qui creditur puerulum infra [b] annos 27
recepisse [c], et fideiussisse pro saeculari, de quo [d] dicuntur et alia, committitur Domino Morimundi qui digne et [e] secundum Ordinis formam corrigat quod [f] invenerit corrigendum.

De abbate Fontis Willermi [a] [2] qui ad matrem vocatus a filia, 28
receptis iam quorumdam monachorum professionibus sine revocatione et sine electione reversus est ad filiam, et qui mulierem recepit ad conversionem, relicto marito, committitur abbatibus de Dalone [3] et de Grandi Silva[4], qui quod invenerint [b], sequenti Capitulo studeant nuntiare.

Abbas de Sala [5] qui ad praeceptum patris abbatis venire ad 29
Cistercium contempsit, cum per tres nuntios vocatus fuisset, usque [a] ad Natale Domini Cistercium veniat, ad arbitrium Domini Cistercii satisfacturus. Abbas de Staffarda [6] hoc ei denunciet, de ipsa quoque abbatia provideat abbas de Firmitate utrum stare possit nec ne, et iuxta Instituta Capituli generalis numerum 12 monachorum sustinere valeat et quod inventum fuerit, sequenti Capitulo nunciet.

---

[e] suum : *J*. [f] admittantur in Ordinis infirmitoris seculares : *J*.
26 : *JL¹P¹*. [a] Frisiae : *J* ; Prygia : *P¹*. [b] quindecim : *deest P¹*. [c] recipiunt : *J*. [d] tamen... non pervenit : *J*. [e] super hac re : *J*.
27 : *JL¹P¹*. [a] Insulae : *J*. [b] aetatis debitae : *J*. [c] in novitium, et etiam fideiussorem praestitisse : *J*. [d] de quo... alia : *deest J*. [e] ex forma : *J*. [f] est emendandum : *J*.
28 : *JP¹*. [a] Guillelmi : *J*. [b] repererint : *J*.
29 : *JP¹*. [a] intra : *J*.

---

[1] L'Isle-en-Barrois, in dioec. Nanceiensi. *OC*. 126.
[2] Fontguillem, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 109.
[3] Dalon, in dioec. Tutelensi. *OC*. 147.
[4] Grand-Selve. in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[5] In Tuscia et dioec. Senensi. *OC*. 191.
[6] Stafarda, in Pedemontio, dioec. Salutiensi, Salae abbatia mater. *OC*. 36.

30 Abbas de Charreria [a] [1] qui in filia sua per annum non sustinuit abbatem, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

31 Abbates S. Stephani de Bosco [2] et de Choratio [a] [3] quibus, anno praeterito, per abbatem Casemarii [4] [b] debuit nuntiari ut praesenti Capitulo sese praesentarent, cum in praecedenti Capitulo venire debuissent et non venerunt nec etiam in praesenti secundum datam tunc sententiam, deponantur in instanti. Abbas de Domo Dei [5] qui ad curiam profectus est, per abbatem Fossae Novae [6], hoc eis faciat nuntiari.

32 Prior, subprior et cellerarius de Ferraria [7], qui vocati venire contempserunt, usque [a] ad Purificationem B. M. Virginis Cistercium veniant pro contumacia puniendi. Si autem venire contempserint, de Ordine tanquam rebelles et contumaces expellantur.

33 Abbas Grandis Silvae [8] qui ante primam comedit, et postea iter arripiens obsequiis defuncti abbatis non interfuit, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua. Similiter patiantur qui apud Gardum [9] obsequiis defuncti conversi [b] defuerunt. Abbates etiam qui apud Quintiacum[10] ante sepulturam mortui recesserunt [c]: tres missas pro [d] ipso mortuo dicant.

34 Abbas de Pulliaco[a] [11] qui contra formam Ordinis et instituta concessit comitissae Campaniae [b] missam singulis diebus, 40 diebus extra stallum [c] sit et sex diebus in levi culpa, uno eorum

30 : *JP*¹. [a] Charreriae : *J*.
31 : *JP*¹. [a] Coratio : *J*. [b] Casemaris : *J*.
32 : *JP*¹. [a] Intra : *J*.
33 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] uno... aqua : *deest J*. [b] abbates defuerunt, et qui apud... *J*. [c] exierunt : *J*. [d] mortuis : *J*.
34 : *JL*¹*P*¹. [a] Pruliaci : *J*. [b] singulis diebus missam unam : *J*. [c] suum : *J*.

[1] Seu Quarraria, Quarr Abbey, in insula Vecta. *OC*. 99.
[2] S. Stefano di Bosco, in Calabria et dioec. Squillacensi. *OC*. 123.
[3] Curatium, Corazzo, in Calabria et dioec. Marturanensi. *OC*. 168.
[4] Casamario, in Campania romana et dioec. Verularum. *OC*. 58.
[5] Domus Dei super Charum, i. e. Niger Lacus, Noirlac, in dioec. Bituricensi in Gallia. *OC*. 43, vel Domus Dei de Trappa, in Normannia, dioec. Sagiensi. *OC*. 105.
[6] Fossa Nuova, in Campania romana et dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[7] Sive in Veteri-Castella, dioec. Calaguritana, sive in regno Neapolitano. *OC*. 163, 178.
[8] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[9] N.-D. du Gard, in Picardia, in dioec. Ambianensi. *OC*. 58.
[10] Quinciacum, Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.
[11] Prulliacum, Preuilly, in dioec. Senonensi. *OC*. 5.

in pane et aqua. Quam poenam patiatur [d] abbas de Saaleres [e] [1] qui simili culpa tenetur, et quod male promissum est irritum fiat.

Abbas de Falera [2] qui occasione spoliationis ad Capitulum non venit, usque [a] ad Natale Domini Cistercio se praesentet, et si non venerit, secundum latam super hoc sententiam extra stallum abbatis sit, et omni sexta feria sit in pane et aqua[b]. Abbas Sancti-Sulpicii [3] hoc ei [c] nuntiet. **35**

In ecclesia de Wades [a] a monachis divina non celebrentur, nec mortui per monachos sepulturae tradantur. Transgressor tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et in capitulo coram omnibus verberetur, quoties transgressus [b] fuerit. **36**

Monachus de Roseriis [4] qui sine [a] licentia perrexit ad Curiam, sicut sententia de talibus data est, a domo propria emittatur non [b] reversurus nisi per Capitulum generale. Abbas qui non [c] correxit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. **37**

Abbas et officiales [a] de Maceriis [5] quorum assensu carnes saecularibus, extra infirmitorium, ministratae sunt contra sententiam super hoc latam, uno die sint in pane et aqua. **38**

Conversus qui cum episcopo Claromontensi [a] [6], sine assensu et voluntate abbatis est [b], nisi ad iussionem sui abbatis domui suae se praesentaverit, ita ut ad arbitrium eius satisfaciat, pro excommunicato et fugitivo habeatur. **39**

Abbas de Sancto-Godardo [a] [7] qui conversos de Monasterio [b] in Argonia [8], qui contra voluntatem et assensum proprii abbatis **40**

---

[d] etiam : *J*. [e] Saleres : *J* ; Saulares : *L*¹.

35 : *JP*¹. [a] intra : *J*. [b] ieiunet : *J*. [c] denuntiet : *J*.

36 : *JP*¹. [a] Wacles : *J*. [b] quoties hoc fecerint : *J*.

37 : *JP*¹. [a] absque : *J*. [b] non nisi per C. g. reversurus : *J*. [c] impedivit neque correxit : *J*.

38 : *JL*¹*P*¹. [a] coenobii Maceriarum : *J*.

39 : *JP*¹. [a] Claramontano absque : *J*. [b] manet : *J*.

40 : *JP*¹. [a] Sancti-Gothardi : *J*. [b] Monasterii : *J*.

---

[1] Seu Sigilleriae, Les Sellières, in Campania, dioec. Trecensi. *OC*. 156.

[2] Falera, in Patrimonio S. Petri et dioec. Civitatis-Castelli. *OC*. 77.

[3] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.

[4] Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii. *OC*. 26.

[5] Mazières, in Burgundia, dioec. Divionensi. *OC*. 26.

[6] Robertus de Alvernia, 1195-1227. *SE*. 538.

[7] Sanctus-Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabariensi. *OC*. 183.

[8] Moutier-en-Argonne, in Campania, dioec. Catalaunensi. *OC*. 79.

retinuit, usque [c] ad Pascha eos remittat ad [d] propriam domum ; et si [e] non miserit, ab illa die non celebret, nihilominus super hoc in Capitulo [f] veniam petiturus.

41 Abbas Rigniaci [1] qui contra formam Ordinis et consuetudinem, episcopum Antissiodorensem [2] in infirmitorio [a] recepit, cum alibi quo [b] posset recipi convenienter haberet, sex diebus sit in levi culpa, tribus apud Cistercium, et tribus [c] apud Claramvallem.

42 Abbas Boni Montis [3] qui carnes episcopo proprio intra abbatiam ministravit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

43 Abbas de Sancto-Petro [a] Aquilarum [4] cuius cessio ab abbate Claraevallis contra formam Ordinis et absente patre abbate recepta est, restituitur ; quia tamen [b] de insufficientia et quibusdam aliis notatur, committitur Domino Cistercii. Abbas autem Claraevallis qui resignationem eiusdem abbatis contra formam Ordinis suscepit, et monachum de Gratia Dei [5] ad ianuam eiici fecit, tribus diebus sit in levi culpa, et 40 diebus extra stallum suum.

44 Macario militi decem carinae remittantur et supplicatur episcopis praesentibus ut aliqua ei uper hoc misericordia impendatur.

45 De commissionibus et litteris pro inutilibus personis suscipiendis Domino Nicholao scribatur.

46 Domino Cistercii committitur ut Domino Papae scribat super professionibus abbatum et privilegiis observandis.

47 Querela archidiaconi [a] Trevirensis contra abbatem Villarien-

---

[c] intra : *J*. [d] domum propriam eorum : *J*. [e] si eosdem non remiserit : *J*. [f] generali super hoc : *J*.

41 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] infirmitoriis : *J* ; infirmitorium : *L²P¹⁰*. [b] melius : *J*. [b] aliis *J*.

42 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*.

43 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Sancti-Petri : *J*. [b] tantum de sufficientia : *P¹*.

44 : *JP¹*.

45 : *JP¹*.

46 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*.

47 : *JP¹*. [a] archiducis : *P¹*.

---

[1] Rigny, in Burgundia, dioec. Senonensi. *OC*. 15.

[2] Hugo IV de Noyers, 1183-1206. *SE*. 502.

[3] Bonmont, in Helvetia, dioec. Genevensi. *OC*. 20.

[4] S. Petrus de Aquilis, S. Pedro das Aguias, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 159.

[5] Huius nominis erant quatuor monasteria, sed agitur hic forsan de Gratia Dei, Claraevallis filia, in Pictavi, dioec. Rupellensi. *OC*. 34.

sem [1] committitur abbatibus de Claustro [b] [2] et de Alta Silva [3], qui quod definitum super hoc fuerit Capitulo sequenti renuntient.

Petitio regis Ungariae [4] de abbatia construenda committitur 48
abbatibus de Sancta-Cruce [a] [5] et de Hegris [b] [6] qui quod invenerint, sequenti Capitulo renuntient.

Petitio Spirensis episcopi [7] de abbatia construenda, commit- 49
titur Domino Cistercii.

Petitio ducis Austriae de abbatia construenda committitur 50
abbatibus de Salem [8], et de Victoria [9], qui quod invenerint, sequenti Capitulo renuntient.

Petitio episcopi Patraporne [10] [a], de abbatia construenda com- 51
mittitur abbatibus de Irsendehuse [b] [11], et de Volrederode[12] qui ad locum accedentes diligenter inquirant si [c] Ordini aptus est [d], et in possessionibus sufficientiam habeat, et quod inventum fuerit sequenti Capitulo renuntient.

Petitio fratrum de Salva Terra [13] committitur abbati Mori- 52
mundi [a] ita tamen ut cum gratia et benedictione summi Pontificis [b] fiat.

Petitio Marchionis de construendis abbatiis, differtur usque 53
ad sequens Capitulum.

Querela abbatum de Margan[14] et de Neth[a] [15] committitur 54

---

[b] Himmerode : *J*.

48 : *JP*¹. [a] in Austria : *J*. [b] Egris : *J*.

49 : *JP*¹.

50 : *JP*¹.

51 : *JP*¹. [a] Patraponnensis : *J*. [b] Hirsedenhuse : *J*. [c] an : *J*. [d] sit et an : *J*.

52 : *JP*¹. [a] Morimundensi : *J*. [b] totum agendum : *J*.

53 : *JP*¹.

54 : *JP*¹. [a] Net : *J*.

---

[1] Villerium in Betnach, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC.* 26.

[2] i. e. Novum Claustrum, seu Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC.* 31.

[3] Haute-Seille, in Lotharingia, dioec. Nanceiensi. *OC.* 60.

[4] Emeric, 1196-1204.

[5] Heiligenkreuz, in Austria-inferiori et dioec. Vindobonensi. *OC.* 36.

[6] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC.* 177.

[7] Conradus de Scharfeneck, 1200-1224. *SE.* 314.

[8] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi. *OC.* 50.

[9] Seu Victring, in Carinthia, dioec. Gurcensi. *OC.* 68.

[10] Bernardus de Oesede, episc. Paderbornensis, 1203-1223. *SE.* 300. *HC.* I, 385.

[11] Leg. Hardehausen, in Westphalia, dioec. Paderbornensi. *OC.* 60.

[12] i. e. Volkenrode, in Thuringia et dioec. Moguntina. *OC.* 21.

[13] Seu Salvanesse, Salvanès, in dioec. Ruthenensi. *OC.* 39.

[14] Margan, in comitatu Glamorganensi et dioec. Landavensi. *OC.* 107.

[15] Neath Abbey, in Wallia, dioec. Landavensi. *OC.* 98.

abbatibus de Fontanis [1] et de Bilduars [b] [2] et de Fordens [c] [3] auctoritate Capituli terminanda. Quod si tres non consenserint, quidquid a duobus super hoc definitum fuerit teneatur. Eisdem committitur querela quae vertitur inter abbates de Neth [a] et de Strafluns [d] [4] et quod de utraque [e] factum fuerit Capitulo sequenti denuntient [f].

55 Petitio abbatis de Valburne [5] pro reducendo conventu ad locum de Medeham committitur abbatibus de Forda [6] et de Boxeleia [7] et de Bello Loco [8] qui ad locum accedentes diligenter inquirant [a] si locus ille Ordini sit idoneus et sufficientiam habeat in possessionibus, et quod invenerint sequenti Capitulo renuntient.

56 Petitio de abbatia construenda in Sardinia committitur abbati Claraevallis.

57 Querela abbatis de Chiminum [a] [9] et Trium-Fontium[10] committitur abbatibus Claraevallis et de Crista[11] auctoritate Capituli terminanda, et quod factum fuerit Capitulo sequenti nuntient [b].

58 De priore et cellerario Sancti-Anastasii[12] quibus imponitur quod eorum assensu quidam exoculatus [a] fuerit, committitur abbatibus Casamarii[13] et Fossa Nova[14], ut diligenter istud inquirant, et si verum [b] invenerint a domo propria eos emittant non reversuros nec celebraturos nisi per Capitulum generale.

---

[b] Bildwalz : *J*. [c] Forda : *J*. [d] Strafleur : *J*. [e] querimonia : *J*. [f] renuntient : *J*.

55 : *JP*[1]. [a] videant an : *J*.

56 : *JP*[1].

57 : *JP*[1]. [a] Cheminone et de Tribus-Fontibus : *J*. [b] renuncient : *J*.

58 : *JP*[1]. [a] exosculatus : *P*[1]. [b] hoc fuisse deprehenderint : *J*.

---

[1] Fountains, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 37.

[2] Bildewas, in dioec. Castriensi in Anglia. *OC*. 102.

[3] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi et comitatu Devoniae in Anglia. *OC*. 40.

[4] Strata-Florida, Stratfleur, in dioec. Menevensi Walliae meridionalis. *OC*. 151.

[5] Woburn, in comitatu Bedfordiae et dioec. Lincolniensi, cuius filia Mendham, in dioec. Wigorniensi extitit. *OC*. 83 ; 216.

[6] Ford Abbey, Cf. supra, nº 3.

[7] Boxley, in dioec. Cantuariensi in Anglia. *OC*. 91.

[8] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintoniensi in Anglia. *OC*. 210.

[9] Cheminon, in Campania, dioec. Catalaunensi. *OC*. 49.

[10] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.

[11] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC*. 10.

[12] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC*. 62.

[13] Casamario, in Campania romana. *OC*. 58.

[14] Fossa Nuova in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

De abbate de Karreia [1], in cuius domo comitissa quaedam cum aliis mulieribus continuis sex noctibus pernoctavit, committitur abbati de Saviniaco [a] [2] ut tantum et tam [b] periculosum excessum digne corrigat, et qualiter correctum fuerit, Capitulo sequenti renuntiet. 59

De conversis de Escharlis [a] [3] qui avenae paleam miscuerunt, committitur abbatibus de Fonteneto [4] et de Fonte Joannis [5] qui hoc districte iudicent, et qualiter correctum fuerit Capitulo sequenti renuntient. 60

Querela [a] super abbatiis de Bullione [6] et de Monte-Sanctae-Mariae [7] committitur abbati Claraevallis. 61

Petitio abbatum de Lombardia [a] et de Alemannia interim non exauditur [b]. Poterunt autem super hoc in futuro Capitulo misericordiam et veniam postulare. 62

Concessum est de nonno Nicholao quondam abbate de Stanlée [8] ut eum in domo alia, si ibi vocatus fuerit [a], liceat promovere. 63

Conceditur abbati Morimundi monachum quondam subpriorem ad domum propriam revocare. 64

Petitio Venetorum de abbatia construenda pro ipsorum devotione benigne audita est a Capitulo, sed [a] ad praesens minime est exaudita, donec conventi iterum [b] qui inter eos [c] devoti sunt, ad [d] Ordinem si forte vellent [e] addere ad ea quae [f] data sunt, in tantum ut possessio [g] illius abbatiae sufficeret ad minus ad numerum 24 personarum in monachis et conversis, addita etiam cum eis familia competenti. Abbas de Sana Valle [9] hoc eis 65

59 : *JL*¹*P*¹. [a] Savigniaci : *J* ; Savigni : *P*¹. [b] tamque : *J*.
60 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Acharleges : *J* ; Acharleres : *L*²*P*¹⁰ ; Acharleries : *P*¹.
61 : *JP*¹. [a] abbatiarum : *J*.
62 : *JP*¹. [a] Lombardiae et Alemaniae : *J*. [b] modo : *J*.
63 : *JP*¹. [a] et electus : *J*.
64 : *JP*¹.
65 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] quamvis : *J*. [b] interim : *P*¹. [c] ipsos : *J*. [d] erga : *J*. [e] velint : *J*. [f] iam : *J*. [g] possessiones nimirum quantum sufficiat illi abbatiae construendae quatenus in ea ad minus : *J*.

[1] i. e. Quarr Abbey, Quarraria, in insula Vecta. *OC.* 99.
[2] Savigny, in Normannia. *OC.* 95.
[3] Scarleiae, Escharlis, in dioec. Senonensi in Gallia. *OC.* 20.
[4] Fontenay, Scarleiarum mater, in Burgundia, dioec. Divionensi. *OC.* 8.
[5] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianensi. *OC.* 12.
[6] Bullio, Billon, in dioec. Bisuntinensi. *OC.* 110.
[7] Mont-Sainte-Marie, in dioec. Bisuntinensi. *OC.* 204.
[8] Seu Stanlegia, in comitatu Wiltoniensi et dioec. Sarensi. *OC.* 125.
[9] Sana-Vallis, Follina, in dioec. Cenetensi apud Venetos. *OC.* 86.

denuntiet, qui quod invenerit [h] sequenti Capitulo studeat nuntiare.

66 Episcopus Ordinis nostri qui minus ordinate se habuerit [a], admoneatur et rogetur per Dominum Cistercii, auctoritate Capituli generalis, ut [b] sic se [c] habeat in conversatione ne ipsius scandalum [d] Ordini nostro tribuatur.

67 Pecunia quam frater Artaudus monachus Claraevallis recepit a monacho quodam qui in Acharon [a] obiit, referatur ad Capitulum, et de ea fiat sicut a Capitulo fuerit iudicatum [b].

68 Querela abbatis de Crista [1] contra abbatem de Valle Bona [a] [2], pro abbatia de Mataplana [3], committitur Domino Cistercii et quatuor primis abbatibus [b] terminanda in Divione [b].

1206

1 Collecta de Spiritu Sancto non dicatur in missa de Trinitate.

2 Secunda die Capituli nominentur Definitores ante [a] tertiam.

3 Si festum [a] S. [b] Barnabae in sabbato [c] ante festum S. Trinitatis evenerit, nihil in secundis [d] vesperis [e] de eo fiat, nisi tantum [f] commemoratio post *Magnificat*.

4 Qui voluerint carceres facere, faciant, ad fugitivos suos et maleficos, qui talia meruerint, recludendos [a].

5 Sententia de pueris qui in claustris [a] erudiuntur, irretractabiliter sicut ab antiquo lata est, teneatur, et qui in claustris

[h] per se vel per alium : *J*.

66 : JL^1P^1. [a] gesserit : *J*. [b] quatenus : *J*. [c] ut sese : *J*. [d] scandalo Ordo gravetur : *J*.

67 : JP^1. [a] Accaron : *J*. [b] iudicatum : *J*.

68 : JL^1MP^1. [a] Vallisbonae : *J*. [b] apud Divionem : *J*.

1 : $C^1JL^1MP^1$.

2 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] anni III : L^2MP^{10}.

3 : $C^1D^3JL^1MP^1$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] festivitas : C^1D^3. [b] beati : JP^1. [c] sabbato Trinititatis : $D^3P^3T^3$. [d] sequentibus : $C^1D^3P^3T^3$. [e] sola commemoratio fiat de sancto : $D^3P^3T^3$. [f] tantum : *deest* : *J*.

4 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] *apud J totum decretum linea est subnotatum ; apud* $D^3P^3T^3$ *legitur formula brevior* : Carceres habeant qui volunt. (D^3 : voluerint).

5 : $C^1JL^1P^1$. [a] claustro : *J*.

[1] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC*. 10.

[2] Valbuena, in Veteri Castilla, dioec. Palentina. *OC*. 71.

[3] Seu Matallana, in provincia et dioec. Palentina in Hispania. *OC*. 170.

monialium hoc ipsum praesumpserit [b], quia hoc fit cum graviore scandalo, graviori [c] adnimadversione puniatur.

Abbates qui adduxerunt equos ultra numerum a Capitulo [a] 6
constitutum, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et qui plures adduxerint, non ministretur eis nisi iuxta numerum equorum, sicut dictum est, qui a Capitulo conceduntur [b].

Quicumque [a] manum violentam in monachum vel conversum 7
iniecerit, quia [b] ipso facto excommunicatus est, vitetur [c] ab omnibus, donec a proprio abbate absolvatur.

Nulli omnino liceat exercere iustitiam saecularem per monachos 8
vel conversos, quia ex hoc toti Ordini scandalum generatur.

Sententia de non [a] emendo [b] et non acquirendis possessio- 9
nibus [c] et redditibus, quod constat esse contra Ordinem, firmiter teneatur, nisi de consensu generalis Capituli, aut Domini Cistercii et quatuor primorum abbatum [d], vel ad minus duorum aut si urgentissima instet [e] necessitas, ut ematur quaecumque possessio, fiat [f] de consensu patris, abbatis vel vicinorum abbatum, ita sane quod in sequenti generali Capitulo causa [g] et necessitas quare hoc factum fuerit, nuntietur, salva tamen illa sententia quae legi in visitationibus consuevit.

Abbas visitator nihil in scriptum redigat quod [a] prius non 10
fuerit proclamatum in capitulo [b], vel quod prius non ostenderit visitato.

Abbates de Lombardia [a] et de Alemannia, sicut ab antiquo 11
consuetum est, veniant ad Capitulum, et patres abbates ita dispensent circa filios ut medietas veniat uno anno, et alia [b] in sequenti.

---

[b] praesumpserint... puniantur : C^1 [c] quoque : *J*.

6 : $C^1JL^1P^1$. [a] generali : *J*. [b] concessum : *J*.

7 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] Quisquam : $D^3P^3T^3$. [b] quare : T^3 [c] devitetur : C^1 ; evitetur : T^3.

8 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$.

9 : $C^1JL^1P^1$. [a] non : *deest* C^1. [b] emendis : L^1. [c] quatenus est ad Ordinis bonum, firmiter observetur, nisi forte emeretur quaecumque possessio de consensu domini Cistercii... : *J*. [d] vel ad... abbatum : *desunt* C^1 [e] urget : L^1 ; urgentissima autem premente necessitate : *J*. [f] saltem : *J*. [g] causa necessitatis super hoc oblata dicatur : *J*.

10 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$. [P^3T^3 *ann.* 1199] [a] unde : $C^1D^3P^1$; ubi : T^3. [b] monachorum seu pronuntiatum coram omnibus aut quod non prius fuerit ostensum visitato abbati et conventui : *J*.

11 : C^1JP^1. [a] Lombardiae et Alemaniae ut antiquitus : *J*. [b] vero : *J*.

12 Monachus de Oratorio [a] [1] qui exivit de [b] Ordine, et iterum intravit ad [c] monasterium, mentitus se fuisse nigrum monachum, ubi [d] et ordinatus est in diaconum [e], et presbyterum, poterit recipi in Ordine ; veruntamen diaconatus et sacerdotii officio [f] non utatur, nisi forte de licentia Capituli generalis.

13 Quaestio [a] de Bullion [2] et de Monte [b]-S.-Mariae [3] committitur abbati Claraevallis infra sequens Capitulum generale terminanda.

14 Abbas qui creatus est ad abbate Sanctae-Crucis in Austria [4] contra formam et instituta [a] Ordinis, secundum quod statutum est ab antiquo, deponitur in instanti, et si visum fuerit abbati Morimundi, conventus ibi [b] remaneat ob reverentiam fundatoris, abbate [c] ibidem regulariter ordinato. Abbas de Bocham [5] hoc ei denuntiet.

15 Abbas Fontis Willermi [a] [6] in cuius monasterium passim intrant mulieres et de quo multa dicuntur alia, infra [b] Natale Domini Cistercium [c] se praesentet, et stet [d] ad arbitrium Domini Cistercii ; alioquin sciat se esse depositum. Abbas de Foedia [7] hoc ei denuntiet.

16 Pecunia monachi [a] qui regressus est de monasterio [b] quod Claustrum[8] dicitur, quae in manu fratris Artaudi esse [c] dicitur, restituatur monasterio unde extorta est. Residuum si quod [d] inventum fuerit, abbatiae Belli Montis [9], ad quam mittebatur, plenarie [e] reddatur.

---

12 : *JP*[1]. [a] Oratorii : *J*. [b] ab : *J*. [c] ad : *deest J*. [d] etiam : *J*. [e] per suam fraudem et etiam in presbyteratus ordinem ibidem fraudulenter est promotus, poterit quidem... ordine nostro, attamen : *J*. [f] officiis : *J*.

13 : *JP*[1]. [a] monasteriorum Bullionis : *J*. [b] Montis : *J*.

14 : *JP*[1]. [a] antiqua Ordinis, deponitur repente et si visum : *J*. [b] noviter missus : *J*. [c] alio eo in loco : *J*.

15 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Guillelmi : *JL*[1]. [b] intra Natalem : *J*. [c] veniat : *J*. [d] stetque : *J*.

16 : *JP*[1]. [a] egressi : *J*. [b] Hemmenrodensi : *J*. [c] fertur : *J*. [d] quid : *P*[1] [e] plene : *J*.

---

[1] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC*. 10.

[2] Bullio, Billon, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 110.

[3] Mont-Sainte-Marie, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 204. cf. ann. 1205, nº 61.

[4] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonensi. *OC*. 36.

[5] i. e. abbatia de Curc in Bokan, seu Zircium, Zircz, in dioec. Vesprimiensi in Hungaria. *OC*. 181.

[6] Fontguillem, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 109.

[7] Seu potius Faisia, La Faise, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 109.

[8] i. e. Novum Claustrum, seu Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.

[9] Sive in Hispania, sive in Syria. *OC*. 213, 139.

Domus Albae Ripae [1] de [a] cetero prandium quod ministrare consueverat inter [b] Albam Ripam et Divionem non ministret. 17

De abbate de Sancto [a]-Spiritu [2] qui hoc anno venire debuit ad Capitulum et non venit, committitur Domino Cistercii. Abbati Sancti-Georgii [3] qui, patre abbate inconsulto sigillum suum remisit, iniungitur ut sex diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et qua, et de [c] reliquo stet ad arbitrium abbatis Morimundi. Abbas de Valcherode [d] [4] hoc ei denuntiet. 18

Conversus de Buxeria [5] [a] qui manum violentiam in duos abbates praesumpsit mittere, emittatur ad domum aliam conspiratorum sententia puniendus. 19

Abbas de Hersenduhuose [a] [6], qui passim in abbatia et grangiis carnes ministrat ad vescendum contra statuta [b] Ordinis, sex diebus sit in levi culpa, uno [c] eorum in pane et aqua, et de cetero [d] non praesumat. 20

Abbas [a] ultra Sylvas in Hungaria, filius abbatis de Egris [7], in sequenti generali Capitulo, omni occasione postposita, Cistercio se praesentet, veniam quare nunquam venerit petiturus. Abbas de Egris hoc ei denuntiet. 21

Abbares de Fiterio [8], de Cliva [9], de Mathaplana [a] [10], de Valle 22

---

17 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] deinceps : *J*. [b] monasterium et Divionensem urbem : *J*.

18 : *JP¹*. [a] Sancti-Spiritus : *J*. [b] duobus : *J*. [c] deinceps : *J*. [d] Walcheriedch : *P¹*.

19 : *JP¹*. [a] Buxeriae : *J*.

20 : *JL¹P¹*. [a] Hersehuse : *J* ; Hersuaitthusen : *L¹* [b] statutum : *J*. [c] duobus : *J*. [d] tale quid : *J*.

21 : *JP¹*. [a] loci ultra : *J*.

22 : *JP¹*. [a] Metaphana : *J*.

---

[1] Auberive, in Campania et dioec. Lingonensi. *OC*. 44.

[2] S. Spirito, in Sicilia, *OC*. 165.

[3] Seu Vallis S. Georgii, Georgenthal, in antiqua dioec. Moguntina. *OC*. 67.

[4] Sive Volkenrode (*J*) in dioec. Moguntina ; sive Walkenried (*P¹*) in eadem dioec, et sancti Georgii abbatia mater. *OC*. 21, 15.

[5] Sive La Bussière, in dioec. Divionensi, sive La Boissière, in dioec. Andegavensi. *OC*. 19, 98.

[6] Rectius Hardehausen, in dioec. Paderbornensi in Westphalia. *OC*. 60.

[7] Egresium, in Hungaria, dioec. Csanadiensi ; genuit duas filias quarum prima B. M. de Kerz sita erat in Transilvania ; de ea agitur in praesenti decreto. *OC*. 177, 208.

[8] Fitero in Navarra, dioec. Tirasonensi. *OC*. 65.

[9] Seu Vallis Florida, in dioec. Bathoniensi in Anglia. *OC*. 202.

[10] Seu Matallana, in dioec. Palentina Hispaniae. *OC*. 170.

ecclesiarum [1], de Nugariis [2], de Ursaria [3], de Armentaria [4], de Oia [b] [5], de Bure [6], Mascennaria [7], de Monte rameio [c] [8], de Flaranno [9], de Bonavale [10], de Ceta [11], de Calercio [12] et de Spina [13], qui venire debuerunt ad Capitulum nec venerunt, secundum quod est statutum a Capitulo generali, omni feria sexta sint in pane et aqua, et extra stallum abbatis maneant, donec Cistercio se praesentent. Abbas de Orta[14] abbati de Spina hoc denuntiet, et ille [d] aliis studeat nuntiare.

23 Conversi de Margan[15] qui, conspiratione facta, insurrexerunt in abbatem, et cellerarium de equo eiecerunt, et insequentes [a] armata manu abbatem usque ad XV milliaria, qui [b] etiam se in castellaverunt in dormitorio suo, et negato victu monachis [c], per omnia conspiratorum sententia [d] puniantur, ita quod qui magis culpabiles inventi fuerint, tam de emissis quam de emittendis, ad portam Claraevallis pedites veniant, inde [e] ad nutum abbatis Claraevallis per domos Ordinis dispergendi, hoc observato ne [f] ultra conversi [g] novitii in domo illa de Margan recipiantur, nisi de consensu Capituli generalis. Abbates de Fontanis[16] et de Fordis[17] et de Balduals[18] accedentes ad locum hoc ipsum diligentius exequantur.

---

[b] Oya : *J.*, *et add.* : de Libra. [c] Monte deromes : *P*[1]. [d] iste aliis sic istud... : *J.*

23 : *JP*[1]. [a] prosequentes : *J.* [b] postea : *J.* [c] rebelles fuerunt : *J.* [d] subdantur ita ut *J.* [e] exinde : *J.* [f] videlicet : *J.* [g] ulli : *J.*

---

[1] Valdeiglesias, in Castella Nova, dioec. Toletana. *OC.* 174.
[2] Sive Nogales, in Legione et dioec. Asturicensi ; sive La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanensi. *OC.* 153, 164.
[3] Ursaria, Osera, in Gallecia. dioec. Auriae. *OC.* 63.
[4] Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC.* 146.
[5] Oya, Hoya, in Gallecia. *OC.* 185.
[6] Seu Bureto, Bugedo, Buxetum, in Veteri Castella, dioec. Burgensi. *OC.* 167.
[7] Seu Macenaria, Maceiradam, in Lusitania, dioec. Visensi. *OC.* 187.
[8] i. e. Monte de ramo, in Gallecia, dioec. Auriae. *OC.* 134.
[9] Flaran, in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC.* 126.
[10] Bonaval, in Nova-Castella, dioec. Toletana. *OC.* 152.
[11] Ceiça (?) in Lusitania, dioec. Conimbriensi. *OC.* 199.
[12] Calers, in comitatu Fuxensi, dioec. Rivensi. *OC.* 115.
[13] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC.* 108.
[14] Horto, Huerta, in Veteri-Castella, dioec. Seguntina. *OC.* 80.
[15] in comitatu Glamorgamensi, dioec. Landavensi. *OC.* 107.
[16] Fountains, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC.* 371.
[17] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi. *OC.* 40.
[18] Bildewas, in dioec. Cestriensi, in Anglia. *OC.* 102.

Petitio abbatis de Bardona [1] de construenda abbatia similiter exauditur. 24

Abbas de Borbona [2] qui hoc anno neglexit [a] visitare filiam suam, sicut statutum est a Capitulo generali, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 25

Abbas Casemarii [a] [3] cui iniuncta fuit visitatio Casae Dei [4] et eam minime visitavit, si ei innotuerit sententia generalis Capituli, poenam statuam a generali Capitulo [b] patiatur. Abbas de Sambucina [c] [5] hoc ei denuntiet. 26

Petitio Venetorum de construenda abbatia, pro eorum devotione, exauditur. 27

Prior Cadunii [6] qui hoc anno filiam suam non visitavit, similem poenam [a] sortiatur, scilicet [b] tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 28

Sepultura dominae reginae minime revocatur, nec constat eam fuisse fundatricem monasterii Sacri [a] Portus [7]. 29

Abbas de Lapide-Sancti-Michaelis [8] qui monachum recepit [a] sine litteris, qui relicto Ordine huc illucque vagando, cucullatus incedit non sine scandalo, tribus diebus sit in levi culpa [b], uno eorum in pane et auqa, et fugitivus ille qui Ordinem scandalizet, apud [c] quemcumque inventus fuerit, equo et habitu spolietur. 30

---

24 : *JP¹*.
25 : *JP¹*. [a] filiam suam visitare : *J*.
26 : *JP¹*. [a] Casemaris : *J*. [b] eam : *J*. [c] Sambucinae : *J*.
27 : *JL²MP¹P¹⁰*.
28 : *JL¹P¹*. [a] a Capitulo generali super hoc statutam subeat. [b] scilicet... etc: *apud L¹ tantum.*
29 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] Sani : *JL²P¹P¹⁰*.
30 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*. [a] carentem epistola : *J*. [b] *nihil aliud apud W*. [c] quocumque : *J*.

---

[1] Berdouës in Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 48.

[2] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana ; eius unica filia fuit Ovila, seu Obila, in Castella-Nova. *OC*. 123, 173.

[3] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58

[4] Teste Janauschek, nullum cisterciense monasterium extitit huius nominis, sed duo vocabantur Casa-Nova, unum in dioec Taurinensi, alterum in Aprutio-Ulteriore, dioec. Pennensi. *OC*. 120, 199.

[5] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.

[6] Cadouin, in dioec. Petrocoricensi, in Gallia. *OC*. 7.

[7] Sacer Portus, seu Barbellum, Babeaux, in dioec. Meldensi. *OC*. 111.

[8] Seu Michelstein, in antiqua dioec. Halberstadensi et ducatu Brunsvicensi. *OC*. 89.

31 Querela quae vertitur inter abbates de Basinwiere [a] [1] et de Pola [2], committitur abbatibus de Dora [3] et de Coquedenne [4], usque [b] ad generale Capitulum terminanda [c]. Abbas de Margan [5] hoc eis denuntiet.

32 Monachus de Salvaterre [a] [6] quia excommunicatus scienter celebravit, de [b] cetero non celebret, et usque ad [c] nutum Capituli.

33 Querela abbatum de Bolbec [a] [7], et de Fulcardimonte [8] committitur abbatibus de Ursi campo [9] et de Caroliloco[10] et de Walacia [b] [11], infra sequens generale Capitulum terminanda.

34 Abbas de Insula Dei[12] qui commutavit nummos de deposito quod illibatum et fideliter penes se servare debuit [a], tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

35 De converso Cistercii qui apud [a] Campum[13] quo missus fuerat, minime est receptus contra Ordinis charitatem, committitur abbati Morimundi qui tantae praesumptionis iniuriam digne corrigat et emendet.

36 Abbates qui monachos vel conversos ad cohabitandum personis saecularibus concesserunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et caveant sibi ne deinceps hoc concedant.

---

31 : *JP*¹. [a] Basinwerc : *J*. [b] intra sequens : *J*. [c] finienda : *J*.
32 : *JP*¹. [a] Salvaterrae : *J*. [b] deinceps : *J*. [c] permissionem capituli generalis : *J*.
33 : *JP*¹. [a] Belbec, Baubec : *J*. [b] Valacia, intra : *J*.
34 : *JP*¹. [a] debuerat : *J*.
35 : *JL*¹*P*¹. [a] monasterium de Campo : *J*.
36 : *JL*¹*P*¹.

---

1 Basingwerk, in Wallia, dioec. Assanensi. *OC*. 99.
2 Nomen loci ubi sita erat abbatia Strat Margel, in Wallia, dioec. Asaphensi. *OC*. 159.
3 Dore, in comitatu et dioec. Herefordiensi in Anglia. *OC*. 92.
4 Vallis S. M. de Crokesden, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC*. 176.
5 In comitatu Glamorgamensi et dioec. Landavensi, in Wallia. *OC*. 107.
6 Seu Salvanesse, Silvanès, in dioec. Ruthenensi in Gallia. *OC*. 39.
7 Bellus-Beccus, Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.
8 Foucarmont, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.
9 Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.
10 Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
11 Valassia, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 140.
12 Sive l'Isle-Dieu, in dioec. Lucionensi in Gallia, sive Holm, in Dania, dioec. Ottoniensi. *OC*. 166.
13 Vetus-Camp, in dioec. Coloniensi. *OC*. 11.

De abbate de Scarlies [a] [1] qui in capitulo suo interfuit excom- 37
minicationi factae ab archiepiscopo Senonensi [2], et de priore eius qui potionem dicitur accepisse cum domino Antisiodorensi [3], committitur abbati de Fonteneto [b] [4], qui accedat ad locum et sicut digne viderit corrigendum, corrigat et emendet, et in sequenti [c] Capitulo quid super hoc fuerit actum, nuntietur.

De abbate Benedictionis Dei [5], et de comite Forensi, commit- 38
titur domino Cistercii.

De domo Sancti-Martini [6], praecipitur abbati Sancti-Sulpitii [7] 39
ut infra sequens Capitulum, abbatem ibi constituat et conventum, et quia hactenus facere distulit sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

De monachis de Ferraria [8] qui debuerint venire ad Capitulum [a], 40
et per contumaciam non venerunt, praecipitur ut officia sua non exequantur, et nisi infra Pascha Cistercio se praesentent arbitrio domini Cisterciensis parituri, ab Ordine eiiciantur. Interim vero, omni sexta sint in pane et aqua. Abbas de Orta [b] [9] hoc eis denuntiet, et a vicinis abbatibus quid inde factum [c] fuerit, generali Capitulo faciat nuntiari.

Abbates de Bordelec[a] [10] et de Beldoas[b] [11] qui noluerunt exequi 41
mandatum Capituli generalis, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Interim vero eis [c] committitur eadem causa usque [d] ad Pascha terminanda ; et si neglexerint

37 : *JL¹P¹*. [a] Cassia : *J* ; Scassies : *P¹*. [b] Fonteneti : *J*. [c] generali : *J*.
38 : *JLMP¹*.
39 : *JP¹*.
40 : *JP¹*. [a] generale, nec : *J*. [b] Horta : *J*. [c] actum : *J*.
41 : *JP¹*. [a] Bordelia : *J*. [b] Bildwals : *J*. [c] eisdem : *J*. [d] intra : *J*.

[1] Scarleiae, Escharlis, in dioecesi Senonensi in Gallia. *OC.* 20.
[2] Petrus de Corbeil, archiep. Senon. 1200-1222. *SE.* 629 ; *HC.* I, 447.
[3] Hugo IV de Noyers, episc. Antiss. 1183-1206. *SE.* 502.
[4] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC.* 8.
[5] La Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi in Gallia. *OC.* 53.
[6] S. Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri. *OC.* 124.
[7] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi, abbatiae S. Martini mater. *OC.* 27.
[8] Ferraria, seu Herrera, in Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC.* 163.
[9] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC.* 80.
[10] Bordesleya, in dioec. Wigorniensi in Anglia. *OC.* 53.
[11] Bildewas, in dioec. Cestriensi in Anglia. *OC.* 102.

ex tunc omni sexta feria sint in pane et aqua, donec Capitulo se praesentent. Abbas de Wavaerle [c] [1] hoc eis denuntiet.

42 De priore Alcubatiae [a] [2] qui recepit monachum sine assensu abbatis sui [b] et litteris commendatitiis, et cum litteris absolutoriis remisit ad Dominum [c] Cistercii committitur abbati Claraevallis.

43 Petitio abbatis de Bildwalz [a] [3] de transferenda abbatia sua [b] in insulam quae dicitur Aio, exauditur.

44 De abbate Sancti-Godardi [a] [4] qui recepit conversos Trium fontium [5] contra Ordinis instituta, praecipitur ut sex diebus sit in levi culpa, tribus in domo Trium Fontium, uno eorum in pane et aqua, et in domo propria tribus similiter et quadraginta diebus maneat extra stallum [b] abbatis.

45 De domo Ecclesiae Sancti-Thomae in Monte Celio [6], abbates de Sancto [a]-Anastasio [7] et de Fossa nova [8] qui ituri sunt ad Curiam, loquantur cum domino Tusculano [b] [9], ad cuius consilium tractent de negotio, et quod inde factum fuerit, sequenti Capitulo studeant nuntiare.

46 Abbas de Gundoni[a] [10] qui hoc anno non venit ad Capitulum, cum venire deberet nec misit [b], a die qua ei [c] sententia innotuerit, extra stallum abbatis maneat, et omni sexta feria sit in pane

---

[c] Waverliae : *J*.

42 : *JL¹P¹*. [a] Excubatiae : *L¹*; Escubatiae : *P¹*. [b] illius : *J*. [c] domum : *P¹*.

43 : *JP¹*. [a] Bildwalz : *deest apud P¹*. [b] de Bilduers ad : *J*.

44 : *JP¹*. [a] Gothardi : *J*. [b] suum : *J*.

45 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] Sancti-Anastasii et Fossae-novae ituri ad curiam : *J*. [b] cardinali : *J*.

46 : *JP¹*. [a] de Gondonio : *J*. [b] ad illud *J*. [c] haec : *J*.

---

[1] Waverley, in dioec. Wintoniensi in Anglia. *OC*. 16.

[2] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Uliponensi ; Claraevallis filia. *OC*. 110.

[3] Bildewas, in dioec. Cestriensi, in Anglia. *OC*. 102.

[4] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec. Sabariensi. *OC*. 183.

[5] Trois-Fontaines, in dioec. Catalaunensi, abbatiae S. Gotthardi mater. *OC*. 6.

[6] Recensetur a Janauschek inter coenobia vel pro monachis Cisterciensibus condi coepta vel iisdem ut reformarentur commissa, sed neque absoluta neque reformata. *OC*. LXVI.

[7] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC*. 62.

[8] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

[9] Nicolaus card. epis. 1205-1219. *SE*. XIX. *HC*. I, 38.

[10] Gondonium, Gondon, in dioec. Aginnensi in Gallia. *OC*. 11.

et aqua, donec Cistercio se praesentet. Abbas de Grandisylva [1] hoc ei denuntiet.

De abbate Fontis vivi[2] committitur abbati de Caravalle[a] [3], qui accedat ad monasterium eius, et si viderit eum insufficientem ad executionem officii sui, sententiam Capituli super hoc latam prosequatur, et auctoritate Capituli ipsum absolvere non omittat. **47**

Querela quae vertitur inter abbatem Sancti-Sulpitii [4] et abbatem Altae cumbae [5] de pascuis, committitur abbatibus de Bonavalle [a] [6] et de Benedictione Dei [7], compositione vel iudicio terminanda [b]. **48**

Querela abbatum de Biaubec [a] [8] et de Bono portu [9] de vicinitate grangiarum committitur abbatibus de Fucardi monte[b] [10] et de Prato [11]. **49**

Abbas de Busset[12] qui manus violentas temere iniicit in conversum, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et quadraginta diebus maneat extra stallum abbatis. Conversus vero qui provocatus manus violentas iniecit in abbatem, emittatur ad domum aliam, et sit ultimus per annum, et sententiae conspiratorum subiacebit [a]. **50**

Hyberniensibus conceditur [a] ut fiat festum sancti Brandani in terra [b] ipsorum, ita [c] solemniter ut [d] festum sancti Benedicti, excepto sermone. **51**

---

47 : *JP*¹. [a] Caraevallis : *J*.
48 : *JP*¹. [a] Bonaevallis et Benedictionis-Dei : *J*. [b] finienda : *J*.
49 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Beaubec : *JL*²*M*. [b] Fulcardimontis : *J*.
50 : *JP*¹. [a] subiaceat : *J*.
51 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] facere : *J*. [b] sua : *J*. [c] tam solemniter quam : *J*. [d] sicut : *P*¹.

---

[1] Grand-Selve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[2] Fontevivo, in dioec. et ducatu Parmensi. *OC*. 68.
[3] Chiaravalle di Milano, prope Mediolanum. *OC*. 39.
[4] Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[5] Hautecombe, ad lacum Burgeti in dioec. Camberiensi. *OC*. 34.
[6] Bonnevaux, in dioec. Viennensi in Gallia. *OC*. 7.
[7] La Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi. *OC*. 53.
[8] Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.
[9] Bonport, in Normannia, dioec. Ebroicensi. *OC*. 193.
[10] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.
[11] Seu Bellum-Pratrum, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 38.
[12] Sive Busceto, i.e. Buzaio, Buzay, in dioec. Nannetensi ; sive Buzeto seu Bugedo, in Veteri Castella, *OC*. 35, 167.

52 Abbas Aquilarum [1] qui se fecit monachum in mensa, et monachum abbatem [a], dans [b] ei loquendi officium, et sibi subtrahens, sex diebus sit in levi culpa uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus maneat extra stallum abbatis ; monachus vero sit in levi culpa, tribus diebus, uno eorum in pane et aqua.

53 Abbas de Bella Landa [2] qui prebendam magistri Columbi tenet ad [a] firmam tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Contractus vero penitus dirimatur ; firmissime vero praecipitur ne tale aliquid ab aliis de cetero praesumatur.

54 Abbas Altae Cumbae [3] qui scienter transgressus est sententiam de non emendo, ad Claramvallem se transferat, arbitrio abbatis [b] Claraevallis pariturus.

55 Monachus de Oliveto [a] [4] qui excommunicatus Ordines suscepit, abstineat ab executione ordinum, et ultimus sit per annum et omni sexta feria sit in pane et aqua, nisi gravis infirmitas exegerit dispensationem.

56 Abbatibus de Hybernia [a] inhibetur ne eant ad Curiam, sed datur eis in mandatis ut revertantur ad iustitiarium Angliae cum abbatibus [b] qui pro eis fide iusserunt, et eos quos obligaverunt absolvi faciant ; quo expleto, conceditur eis [e] ire ad Curiam, firmissime [f] tamen praecipitur [g] ne talis obligatio possessionum generaliter amplius fiat.

57 Abbati de Sprenkebahe [a] [5] qui petit participium beneficiorum Ordinis, conceditur, quod petit, et communio societatis nostrae.

58 Abbas de Buzei [a] [6] qui contra formam Ordinis fideiussit pro

---

52 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] exhibuit : *J*. [b] dum sibi loquendi officium subtrahens ei dedit : *J*.
53 : JP^1. [a] modiatam : *J*. [b] quid ab aliis deinceps committatur : *J*.
54 : JL^1P^1. [a] puniendus : L^1.
55 : JP^1. [a] Oliveti : *J*.
56 : JP^1. [a] Hyberniae inhibetur ire ad curiam, quin potius precipitur ut repetant iustitiam Angliae : *J*. [b] ipsorum fideiissoribus, eosque quos obligaverunt absolvi curent : *J*. [c] tunc : *J*. [d] firmiter : *J*. [e] iubetur : *J*.
57 : JL^1P^1. [a] Kreurebahe : L^1.
58 : JL^1P^1. [a] Buzeio : *J*.

---

[1] S. M. de Aquilis, S. M. de Aguiar, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 153.
[2] Byland, in comitatu et dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 104.
[3] Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberiensi. *OC*. 34.
[4] Olivet, in dioec. Bituricensi in Gallia. *OC*. 81.
[5] Sprinsgiersbach, abbatia Ord. August. in dioec. Trevirensi. *GC*. XIII, 620.
[6] Buzay, in dioec. Nannetensi. *OC*. 35.

saeculari, et in quibusdam aliis [b] invenitur excessisse, eat [c] ad domum Claraevallis et stet ad arbitrium abbatis Claraevallis.

59 Conversus Uterinae Vallis [1] qui in domo illa pro magno cellerario habetur et transeuntibus abbatibus noluit avenam ministrare cum abundaret, a domo [a] illa ad aliam emittatur non reversurus, nisi ad nutum Capituli generalis, et ultimus sit per annum, et omni sexta feria sit in pane et aqua.

60 Abbas de Valle Veteri [a] [2] qui scienter excommunicato communicavit [b] in salutatione, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

61 Abbas S.-Anastasii [3] qui contra formam Ordinis abbatem de Fossa nova [4] traxit ad iudicium saeculare, sex [a] diebus sit in levi culpa, duobus [b] eorum in pane et aqua; usque ad Pascha maneat extra stallum abbatis, et quicumque [c] de fratribus super hoc dederint consilium, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

62 Querela abbatum S.-Leonardi [5], Gratiae Dei [6] et Sanctae-Mariae [7] committitur abbatibus de Trizei [8] et de Marcilla [a] [9] compositione vel iudicio infra sequens Capitulum terminanda.

63 Petitio Abbatis Novae Villae [10], de translatione [a] abbatiae, committitur abbati Claraevallis.

64 Abbas Casae novae [11] in cuius monasterium intraverunt mu-

---

[b] excessit : *J*. [c] Claramvallem ad arbitrium abbatis Claraevallis satisfacturus : *J*.

59 : *JP*¹. [a] propria : *J*.

60 : *JP*¹. [a] Vallisveteris [c] *J*. [b] salutando eum : *J*.

61 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] tribus : *P*¹. [b] uno : *P*¹. [c] vero fratres ipsi consulerant hoc : *J*.

62 : *JP*¹. [a] Marsilia : *J*.

63 : *JL*¹*P*¹. [a] suae : *J*.

64 : *JL*¹*P*¹.

---

[1] Eusserthal, in Bavaria-Rhenana. *OC*. 114.

[2] Seu Vetus-Villa, S. M. de la Vieu-Ville, in dioec. Redonensi in Britannia, *OC*. 105.

[3] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC*. 62.

[4] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

[5] Saint-Léonard-des-Chaumes, in dioec. Rupellensi in Gallia. *OC*. 156.

[6] La Grâce-Dieu, in dioec. Rupellensi. *OC*. 34.

[7] N. D. de Charon, in dioec. Rupellensi. *OC*. 194.

[8] Trisagium, Trisay, in dioec. Lucionensi. *OC*. 85.

[9] Leg. Moroliis, Moureilles, in dioec. Rupellensi. *OC*. 132.

[10] Seu Nova Vallis, Nydala, in Suecia; Claraevallis filia. *OC*. 74.

[11] Sive Casa-Nova dioec. Pennensis; sive Caja Nova dioec. Taurinensis. *OC*. 120, 199.

lieres, licet de rigore Ordinis mereretur [a] deponi, propter [b] novitatem suam [c] parcitur [d] in praesenti; tamen sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis. Conventus vero uno die sit pane et aqua.

65 Petitio abbatis de Marmussuil [a] [1] de transferrenda abbatia, committitur abbatibus Casemarii [b] [2] et Fossa novae [3].

66 De abbate de Charitate [a] [4] qui dicitur procurasse matrimonium inter comitem Stephanum qui habebat uxorem et sororem regis Arragonnensis [b] et qui commodavit conversum praedicto [c] comiti, committitur Domino Cistercii et abbati Morimundi.

67 De eo quod episcopi frequenter [a] declinant ad grangias Ordinis, scribatur Domino Papae. Abbati de Porta [5] conceditur ut eat vel mittat ad Curiam.

68 Querela Bergensium [6] contra abbates Angliae de venditione lanarum, committitur abbatibus de Clairmareis [a] [7] et de Balantia [8], qui eam auctoritate Capituli vel terminent, vel faciant terminari.

69 De abbatia quam petit dominus Robertus, vir nobilis, fundari in Calabria, committitur abbatibus Casamarii [a] [9] et S.-Stephani de Bosco [10], et quod invenerint, sequenti Capitulo denuntient.

70 Abbas Bellae Vallis [11] qui in causa mulieris procurator extitit prorupit in vocem appellationis sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

---

[a] mereatur : *J*. [b] ob : *J*. [c] hac vice : *J*. [d] sic tamen ut sex : *J*.
65 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] Marmusuil : *J*; Marmusul : *L²MP¹⁰*. [b] Casamaris : *J*.
66 : *JP¹*. [a] Charitatis : *J*. [b] Arragoniae : *J*. [c] praefato : *J*.
67 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] crebro : *J*.
68 : *JP¹*. [a] Claromaresco : *J*.
69 : *JP¹*. [a] Casamaris : *J*.
70 : *JP¹*.

---

[1] i. e. Marmosolium, Marmosoglio, in patrimonio S. Petri, in dioec. Veliternensi. *OC*. 156.
[2] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.
[3] Fossa Nuova, in Campania romana dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[4] La Charité, in dioec. Bisuntinensi, in Burgundia. *OC*. 30.
[5] Porta, Pforte, in Thuringia. *OC*. 25.
[6] Incolae Bergensis urbis in littore Galliae septentrionali.
[7] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 59.
[8] Seu Valloriae, in Picardia, dioec. Ambianensi. *OC*. 52.
[9] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.
[10] S. Stefano di Bosco, in Calabria. *OC*. 123.
[11] Bellevaux, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 8.

De monacho de Palatio [a] [1] qui sponsorem se fecit pro quodam qui tenebatur in vinculis, committitur abbati Pontiniaci [b]. 71

De abbate de Paris [2] qui recepit novitium ter in die comedentem, et pavones habet in [a] claustro, et camera [b] utitur pro infirmitorio et hospitio, committitur abbati Morimundi, qui inquirat diligenter et corrigat, et qualiter correctum [c] fuerit sequenti Capitulo denuntiet [d]. 72

Abbas de Lucella [a] [3], pater eius, qui [b] de pavonibus non correxit eum, cum sciret excessum, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 73

De abbate de Albis Petris [a] [4] in cuius domo vinum, sicut [b] dicitur, ad brocam vendebatur, committitur abbatibus de Domo Dei [5] et de Pratea [6]. 74

Querela nigrorum monachorum de Sancto-Georgio [a] [7] et de Galomonte [8] et abbatissae de monasterio [b] Villari [9] contra abbatem de Vallac [c] [10], committitur abbatibus de Furcadi Monte [d] [11], et de Belbech [12] et de Richerii Valle [13]. 75

De pecunia quam dedit dominus Rex Portugarum [a] abbatibus venientibus ad Capitulum, per fidelissimos nuntios, iterum requiratur voluntas ipsius et quod ipse inde statuerit, teneatur. 76

---

71 : *JP*[1]. [a] Palatii : *J*. [b] Pontigniaci : *J*.
72 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] suo : *J*. [b] camera : *deest L*[2]*M*. [c] correxit : *J*. [d] nuntiet : *L*[1].
73 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]*W*. [a] Lucellae : *J*. [b] pavones non correxit [!] : *MW*.
74 : *JL*[1]*P*[1]. [a] reprehenditur eo quod vinum ad brocam venderetur in domo eius : *L*[1]. [b] ut fertur : *J*.
75 : *JP*[1]. [a] Sancti-Georgii : *J*. [b] monasterii Vilaria nominata : *J*. [c] Valacia : *J*. [d] Fulcardimontis, de Beaubec et de Ricavalle : *J*.
76 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Portugalliae : *JL*[1] ; Portugalliarum : *M*.

---

[1] Palatium B. Mariae, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 150.
[2] Pairis, in dioec. Argentinensi in Alsatia. *OC*. 56.
[3] Lützel, in Alsatia Superiori. *OC*. 12.
[4] Aubepierre, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[5] Domus Dei super Carum, i. e. Niger-Lacus, Nerlac, in dioec. Bituricensi. *OC*. 43.
[6] La Prée, in dioec. Bituricensi. *OC*. 86.
[7] S. Georgius de Balcheri-Villa, O. S. B. *TB*. II, 2700.
[8] Leg. Calvomonte, O. S. B. in dioec. Rotomagensi. *GC*. XI, 131.
[9] Villers-Canivet, parthenon cist. in dioec Sagiensi. *TB*. II, 3309.
[10] Valassia, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 140.
[11] Foucarmont, in Noramannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.
[12] Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.
[13] Val-Richer, in Normannia, dioec. Baiocensi *OC*. 94.

Abbates de Horta [b] [1] et de Superadda[2] diligenter hoc studeant procurare.

77 Colliguntur in collecta *Praesta, Domine, quaesumus*, quae dicitur in anniversario Lodovici regis francorum, regina uxor eius duces et ducissae Burgundiae.

1207

1 Commemoratio [a] S. Catharinae cum missa fiat sicut Priscae virginis, VII° calendas decembris.

2 Capitulo Trevirensi conceditur ut in Commemoratione familiarium nostrorum aggregentur [a].

3 Quicumque lanam vendiderit [a] ultra quod statutum est in [b] generali Capitulo, si abbas fuerit, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Prior [c], cellerarius, mercator [d] qui [e] hoc praesumpserint, ab officiis suis amoveantur [f], poena quam praemisimus nihilominus puniendi.

4 Quicumque abbas vel cellerarius praesumpserit [a] conversos [b] in expeditionem mittere cum vecturis, omni sexta feria sit in pane et aqua [c]; conversi similiter donec ad propria [d] fuerint revocati [e].

5 Abbates quibus [a] aliquid committitur [b] auctoritate generalis Capituli exequendum [c], sequenti [d] anno [e] vel per se vel per alios quid actum sit non negligant nuntiare, alioquin sint tribus diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua; quibus [f] vero

[b] orta : L^2P^{10}. [c] Superado : L^1; *deest in M.*

77 : C^1.

1 : JL^1P^1. [a] de sancta Catharina fiat cum missa : *J.*

2 : JL^1P^1. [a] aggregetur : L^1.

3 : $C^1D^3JP^1$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] vendidit : T^3. [b] a : T^3. [c] vero : *J.* [d] venditor : *J.* [e] si : $D^3P^3T^3$. [f] et poena praedicta puniantur : $D^3P^3T^3$.

4 : $C^1D^3JP^1P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] ad expeditionem : T^3. [b] conversum : P^4T^4. [d] revertatur : P^4T^4; redierint : $D^3P^3T^3$. [e] *Codex* P^1 *statuta* 4 *et* 5 *confundit* : *post verba* pane et aqua *statuti* 4 *statim ad eadem verba statuti* 5 *transit dicens* : quibus vero aliqua poenitentia...

5 : $C^1D^3JL^1P^1$ P^4T^4. [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] quidpiam : *J.* [b] a generali Capitulo : P^4T^4. [c] exequendum : *apud J tantum.* [d] Capitulo : P^4T^4. [e] renuntient, alioquin : P^4T^4. [f] autem : P^4T^4.

[1] Horta, Huerta, in Veteri-Castella, dioec. Seguntina. *OC.* 79.

[2] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostelana. *OC.* 67.

aliqua [g] poenitentia iniungitur [h], si non renuntiaverint, similiter [i] puniantur [j].

Si aliquis [a] defunctus pro intolerabili foetore sustineri in ecclesia non potest [b] usque dum missam habeat [c], sepeliatur ipsa [d] die et in crastino missa [e] cantetur pro eo ad hebdomadario, nisi proprietas vel solemnitas hoc impedierit, et a singulis sacerdotibus quatuor missas [f] habeat [g] ac si eodem die traditus fuerit sepulturae. 6

Casulae simplices sint et unius coloris sine aurifrigio et additamentis [a] quibusdam appositis ad ornatum, ne diversitas in [b] Ordine habeatur. 7

Quando aliqua commissio fit [a] tribus abbatibus, si tertius [b] praesentiam suam exhibere non potuerit, duo [c] quod commissum est nihilominus exequantur, tertio se semper per litteras [d] excusante [e]. 8

In regionibus in quibus oportet habere equites [a] garciones, inhibetur a Capitulo generali ne pedites [b] habeantur, alioquin conversi [c] qui [d] eos duxerint, omni sexta feria sint in pane et aqua, quamdiu [e] eos praesumpserint retinere [f]. 9

Monacho Salvae Terrae [1] a Capitulo indulgetur ut celebret. 10

---

[g] poena : $D^3P^3T^3$. [h] a Capitulo : P^4T^4. [i] agant : C^1 ; plectantur : *J*. [k] patiantur : T^4.

6 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}$. [$P^3T^3$ *ann.* 1199]. [a] quis : $D^3P^3T^3$. [b] possit : $D^3JP^3T^3$. [c] usque ad suam missam : *J* ; habuerit : $D^3P^3T^3$. [d] ipso : JP^1P^4. [e] missae : L^1L^2. [f] missae dicantur : $D^3P^3T^3$. [g] ac si... : *deest apud J*.

7 : $C^1JL^1MP^1P^{10}$. [a] ullis ad ornatum : *J*. [b] ab : *J*.

8 : $C^1JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] datur : *J*. [b] suam exhibere praesentiam non valuerit : *J*. [c] duo ceteri : *J*. [d] legitime : *J*. [e] *longius aqud* P^4T^4 : Quando commissio fit a Capitulo generali tribus abbatibus, donec pace firmentur querelae, non expiret [iurisdictio] eorum quibus commissum est negotium, sed semper de ipsa querela ad quos recurratur qui authoritate Capituli iniungant quae statuerint firmiter observari, digne eos qui rebelles fuerint puniendo, poenam tamen depositionis eorumdem reservent Capitulo generali ; et si tertius non poterit praesentiam exhibere, duo... *etc. ut supra. Post* excusante, P^3T^4 *add*.: qui autem super delegatione sua negligentes fuerint, illi et qui eis obedire contemnant sex diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

9 : $C^1JL^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] homines servos : *J*. [b] peditem habeant : P^4T^4. [c] conversus... duxerit... sit... praesumpserit : P^4T^4. [d] duxerint pedites secum : *J*. [e] donec : P^4T^4. [f] secum : *J*.

10 : JP^1.

---

[1] Salvanès, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 39.

11 Abbas de Nugariis [1] qui pro intolerabili paupertate dicitur remansisse, sequenti anno veniat inde veniam petiturus. Abbas de Spina[2] hoc ei nuntiet [a].

12 Abbas de Cethe [a] [3] cui iniunctum fuit anno praeterito [b] ut veniat ad Capitulum, et venire [c] contempsit, omni sexta feria sit in pane et aqua, et [d] non celebret nisi in praecipuis solemnitatibus [e], et pro praesenti defuncto, et extra stallum abbatis maneat, donec Cistercio [f] se praesentet, alioquin cedat. Abbas de Ursaria [4] hoc ei denuntiet.

13 Abbas de Rusanni [a] [5] qui non venit ad Capitulum, cum venire potuisset sicut [b] dicitur, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et sequenti Capitulo Cistercio se praesentet, et numerum 12 monachorum provideat statuere. Pater abbas de Joiaco [c] [6] usque ad Pascha, si non statuerit, omni sexta feria sit in pane et aqua, donec dictus numerus compleatur.

14 Abbas de Juncaria [7] in Galetia [a] qui hoc anno venire ad Capitulum debuit et non [b] venit, sententiam Capituli sustineat, donec Cistercio [c] se praesentet. Abbas de Spina [8] hoc ei denuntiet.

15 Abbates de Portelon [9] et de Benedictione-Dei in Gasconia [10], qui hoc anno non venerunt ad Capitulum cum venire debuissent, simili poena puniantur. Abbas de Scala Dei[11] hoc eis denuntiet.

---

11 : *JP*¹. [a] denuntiet : *J*.
12 : *JP*¹. [a] Setim : *J*. [b] venire : *J*. [c] venire : *deest J*. [d] sequenti Capitulo Cistercio se praesentet, alioquin cedat, nec celebret nisi... : *J*. [e] festis : *J*. [f] Cistercium venerit, stans extra stallum suum : *J*.
13 : *JP*¹. [a] Risu anni : *J*. [b] ut fertur : *J*. [c] si non provideat illum numerum : *J*.
14 : *JP*¹. [a] Galicia : *J*. [b] nec : *J*. [c] Cistercium veniat : *J*.
15 : *JP*¹.

---

[1] S. M. de Nucalibus, Nogalès, in Legione et dioec. Asturicensi. *OC*. 152.
[2] Espina, in Legione et dioec. Palentina. *OC*. 108.
[3] Ceica [?] in Lusitania, dioec. Conimbriensi. *OC*. 199. Cf. ann. 1206, nº 22.
[4] Osera, in Gallecia et dioec. Auriae. *OC*. 63.
[5] Seu Risnangi, al. Bonus-Locus, in dioec. Burdigalensi, Joyaci filia, *OC*. 64. Cf. ann. 1208, nº 24.
[6] Joyacum, Jouy, in dioec. Senonensi. *OC*. 12.
[7] Juncaria, Junquera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 159.
[8] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[9] Seu Portaglonium, i. e. Bouillas, in Languedocio, dioec. Auscensi. *OC*. 121.
[10] Bénissons-Dieu, in Vasconia, dioec. Convenensi. *OC*. 184.
[11] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tarbiensi. *OC*. 47.

Abbas de Charitate [a] [1] qui litteras matrimoniales detulit ad Regem Arragonensem contra statutum Capituli, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 16

Abbas S.-Justi [2] qui de ingressu mulierum in monasterium suum, nullam egit poenitentiam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et conventus qui hoc sustinuit, uno tantum die pane et aqua puniatur. 17

Abbas de Sobrade [3] qui propter indignationem quam habebat ad [a] filios, non visitavit filias, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua ; et de [b] cetero domos suas tanquam pater visitet et [c] diligenter corrigat, si quid invenerit corrigendum. 18

De abbate filio abbatis de Sobrade [a] [4] qui novitium ante tempus probationis benedixisse dicitur [b], et monachos quos pater abbas eiecerat, sine consensu patris abbatis revocasse et ad locum abbatiae, sine licentia Capituli generalis, et inconsulto patre proprio commutasse, committitur abbati de Claravalle [c] qui re diligenter inquisita [d] vel per se vel per alium sic faciat emendari, auctoritate Capituli, ut Ordini cedat ad honorem et ille qui sic praesumpserit condigne puniatur, et ad sequens Capitulum generale qualiter actum [e] fuerit nuntietur. 19

Abbas Albae Ripae [5] qui denegavit prandium abbati per portam suam transitum [a] facienti, uno die sit in pane et aqua, et de [b] cetero tale omnimodis caveatur. 20

Abbas de Scala Dei [a] [6] qui tempore quo filias suas visitavit, ab uno filiorum suorum contra formam Ordinis praesumpsit accipere circiter LII bisantios et equitaturam, et decem ab alio, 21

---

16 : *JP*¹. [a] Charitatis : *J*.
17 : *JL*¹*P*¹.
18 : *JP*¹. [a] erga : *J*. [b] deinceps : *J*. [c] ac : *J*.
19 : *JP*¹. [a] Superada : *J*. [b] fertur : *J*. [c] Claraevallis : *J*. [d] investigata : *J*. [e] res acta : *J*.
20 : *JP*¹. [a] transeunti : *J*. [b] deinceps tale quid omnimode : *J*.
21 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Scalae-Dei : *J*.

---

[1] La Charité, in dioec. Bisuntina et comitatu Burgundiae. *OC*. 30.
[2] S. Giusto, in patrimonio S. Petri et dioec. Tuscanensi. *OC*. 88.
[3] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[4] Tres habuit abbatias filias Superatum : Vallis-Viridis in Castella, dioec. Palentina ; Vallis-Dei in Asturia, dioec. Ovetensi ; Mons-Ferus in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 158, 202, 207.
[5] Auberive, in dioec. Lingonensi. *OC*. 44.
[6] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tarbiensi. *OC*. 47.

usque ad Pascha extra stallum abbatis maneat, et omni sexta feria sit in pane et aqua, et infra [b] Capitulum generale sequens dictam pecuniam abbatibus filiis ad [c] plenum restituat; alioquin sequenti Capitulo super hoc veniam petat pro contemptu gravius puniendus, et de iuramento non abbatizandi quod praestitisse dicitur, committitur abbati Morimundi, qui si factum [d] invenerit, digne corrigat quod certissime contat, si factum est, graviter puniendus.

22 Abbas de Egris [1] qui contra formam Ordinis passus est mulieres ingredi monasterium suum, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et XXX diebus extra stallum abbatis maneat. Monachus autem qui tunc prior erat, qui [a] pitantias mulieris per manum pueri in refectorio recepit, in [b] instanti Pontiniacum veniat, ad arbitrium Pontiniaci abbatis satisfacturus.

23 Abbates S. Urbani [2], Altae Cristae [3], et de Vrinisperch [a] [4] qui in abbatiis carnes cementariis ministrari permiserunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et de cetero quotiescumque [b] fecerint, scriptam super hoc poenitentiam agant, scilicet, ut qua die, sive abbas, sive alius, dederit, eadem die sit in pane et aqua.

24 Abbates qui tempore visitationis dederunt abbati Scalae Dei [5] nummos aureos [a] equitaturas sellas, et alia, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

25 Petitio abbatis de Boutelen [a] [6] qui petit mutari in alium locum, committitur abbatibus de Morerole [7] et Saltus novalis [8] qui sequenti Capitulo quod factum [b] fuerit denuntiabunt [c].

---

[b] infra sequens: *J*. [c] integre: *J*. [d] praestitum: *J*.
22: *JL*[1]*P*[1]. [a] quique: *J*. [b] statim: *J*.
23: *JL*[1]*P*[1]. [a] Vrinersch: *J*. [b] hoc permiserint: *J*.
24: *JL*[1]*P*[1]. [a] aurum: *L*[1]; aureos: *P*[1].
25: *JP*[1]. [a] Bouetel ey: *J*. [b] dictum: *P*[1]. [c] nuntiabunt: *J*.

---

[1] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.
[2] In pago Lucernensi apud Helvetios. *OC*. 200.
[3] Hautcrêt, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 71.
[4] Seu Friznisberg, Aurora, in Helvetia, antiqua dioec. Constantiensi. *OC*. 51.
[5] L'Escale-Dieu, cf. supra, n° 2.
[6] Buxetum, Bugedo [?] in Veteri Castella, dioec. Burgensi. *OC*. 167.
[7] Moreruela, Morerola, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.
[8] Sandoval, in dioec. Legionis. *OC*. 161.

Petitio archiepiscopi Bisuntini [a] [1], de festo duorum martyrum 26
agendo, exauditur, ita [b] ut cum duodecim lectionibus et una missa, in [c] abbatiis illius provinciae celebrentur.

Petitio praepositi Sancti-Michaelis de Chamaro super domo 27
quadam [a] Ordini incorporanda, committitur abbatibus de Columba [2] et de Locedio [b] [3], qui ad locum accedentes diligenter inquirant de situ loci, de [c] possessionibus, si [d] Ordini sit idoneus, si [e] cum pace dioecesani et fundatoris possit in [f] abbatia construi, et quod inventum [g] fuerit, Capitulo sequenti renuntient [h].

Item petitio abbatis Casemarii [4] de loco in Calabria sibi pro 28
abbatia creanda collato, committitur abbatibus Fossae novae [5] et de Sambucina [a] [6] et de eis quae Ordini necessaria sunt, diligenter inquirant, et quod invenerint [b] Capitulo sequenti renuntient. Abbas Sancti-Iusti [7] hoc ei denuntiet.

De abbate Vallis Sanctae-Mariae [8] restituendo ad petitionem 29
ducis Austriae committitur abbati Morimundi.

Abbati de Pomerio [9] conceditur ut ad Curiam mittat [a], vel 30
proficiscatur.

Petitio abbatis de Superada[10] de translatione abbatiae Vallis 31
Dei [11] in meliorem locum, exauditur.

---

26 : $JL^{1}P^{1}$. [a] Bisuntinensis : *J.* [b] tamen : *J.* [c] illius provinicae abbatiis : *J.*

27 : $JL^{2}MP^{1}P^{10}$, [a] quondam : *M.* [b] Landis : *M.* [c] et : *J.* [d] an : *J.* [e] an : *J.* [f] ibi abbatiam construi : *J.* [g] invenerint : *J.* [h] nuntient : *J.*

28 : JP^{1}. [a] Sambucinae, ut de iis necessariis Ordini exacte inquirant, et : *J.* [b] inventum fuerit : *J.*

29 : JP^{1}.

30 : JP^{1}. [a] aut per se proficisci : *J.*

31 : JP^{1}.

---

[1] Amadeus de Dramelay, 1197-1220. *SE.* 515.

[2] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC.* 45.

[3] In dioec. Vercellensi. *OC.* 11.

[4] Casamario, in Campania romana. *OC.* 58.

[5] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC.* 37.

[6] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC.* 143.

[7] S. Giusto, in patrimonio S. Petri et dioec. Tuscanensi. *OC.* 88.

[8] Seu Marienthal, in ducatu Brunsvicensi. *OC.* 76.

[9] Pomarium, Baumgarten, Verger, in dioec. Argentina, in Alsatia-Inferiori. *OC.* 112.

[10] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana ; Vallis-Dei abbatia mater. *OC.* 67.

[11] Vallis-Dei, Val de Dios, in Asturia, dioec. Ovetensi. *OC.* 202.

32 Petitio abbatis de Berola [1], de abbatia construenda, committitur abbati Morimundi qui locum consideret, et quod invenerit sequenti Capitulo renuntiet.

33 De grangia de Tela [2] quae invadiata est, committitur abbati Bellae vallis [3] qui in hoc domui suae provideat sicut viderit expedire.

34 De monachis de Tela qui dicuntur ostiatim et per ecclesias mendicare, committitur abbati Bellae vallis qui taliter istud corrigat, et sic eis provideat [a], quod ad hoc de cetero non cogantur, vel si non potuerint, monachi revocentur.

35 Iniungitur abbati Morimundi ut compellat abbatem de Valcellis [a] [4] et filios suos solvere [b] pecuniam ad subventionem [c] terrae hierosolymitanae.

36 De abbate de Borbona [5] qui dicitur esse insufficiens, et novitium infra annos recepisse, et conversum qui in abbatem manum violenter iniecit, et rebus suis spoliavit, recepisse : committitur abbatibus Grandis silvae [6], Bellae perticae [7] et de Walmanis [a] [8] qui ad locum accedentes, ista diligenter inquirant, et auctoritate Capituli digne corrigant. Abbas de Walmannis [a] hoc aliis denuntiet.

37 Prohibetur abbati Carrazeti [9] ne circam abbatiam suam nundinas patiatur [a] ulterius convenire.

38 De quodam interfecto quem tulerunt clandestine fratres de

32 : *JP*¹.
33 : *JP*¹
34 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] ut deinceps sic facere non cogantur, aut certe, si non...: *J*.
35 : *JL*¹*P*¹. [a] Valcesa : *L*¹ ; Walcele : *P*¹. [b] pecuniam solvere : *J*. [c] sanctae : *J*.
36 : *JP*¹. [a] Valmana : *J*.
37 : *JL*¹*P*¹. [a] pati : *J*.
38 : *JP*¹.

[1] Seu Verola, Veruela, in Aragonia, dioec. Tirasonensi. *OC*. 91.
[2] Thela, Montheron, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 34.
[3] Bellevaux, in dioec. Bisuntina. *OC*. 8.
[4] Valcellae, in dioec. Cameracensi. *OC*. 24.
[5] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.
[6] Grand-Selve, in dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[7] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.
[8] Seu potius Vallismagnae, in Languedocio, dioec. Montis-Pessulana. *OC*. 138.
[9] Carracetum, Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

Bipsella [a] [1], committitur abbatibus de Fontanis [2] et de Rievalle [3], qui hoc diligenter inquirant et corrigant et qualiter factum [b] fuerit, sequenti Capitulo renuntient.

39 De domo eremitica [a] quae offertur abbatis Saltus novalis [4] a rege Legionensi [5], committitur abbatibus de Spina [6], et de Moreolia [b] [7] qui diligenter [c] inquirant de loco si [d] sit ordini idoneus, si sufficientam habeat in possessionibus, et quod invenerint Capitulo sequenti renuntient.

40 De affinitate grangiarum inter domos Sancti-Andreae [8] et Ripae altae [9], committitur abbatibus de Columba [10] et de Caravalle [11], qui inter eos componant sicut [a] viderint Ordini et domibus expedire, et quod actum fuerit, sequenti Capitulo renuntinet. Abbas de Locedio [b] [12] hoc eis denuntiet.

41 Querela abbatum Pontiniaci [a] et Rigniaci [b] [13] committitur abbatibus de Fonte Ioannis [14] et de Longo vado, [15] auctoritate Capituli terminanda.

42 Querela [a] de Balbec [16] et de Fulcardi monte [b] [17], committitur

---

[a] Bipoella : *J*. [b] egerint : *J*.

39 : *JP*[1]. [a] heremitica : *J*. [b] Morerole : *J*. [c] exacte : *J*. [e] an sit Ordini aptus et sufficienter dotatus et inventa sequenti Cauitulo nuntient : *J*.

40 : *JP*[1]. [a] prout : *J*. [b] Locedii : *J*.

41 : *JL*[2]*P*[1]*P*[10]. [a] Pontigniaci : *J*. [b] Regniaci : *JL*[2].

42 : *JP*[1]. [a] monasteriorum de Beaubec : *J*. [b] Fulcardimontis : *J*.

---

[1] Leg. Pipewella, Pipewell, in Anglia, dioec. Lincolniensi. *OC*. 76.

[2] Fountains, in dioec. Eboracensi, *OC*. 37.

[3] Rievaulx-Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 22.

[4] Sandoval, in dioec. Legionis in Hispania. *OC*. 161.

[5] Alphonsus IX, 1188-1230.

[6] Espina, in Legione, dioec. Palentina, *OC*. 108.

[7] Moreruela, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.

[8] S.-Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.

[9] Quatuor monasteria Ripae Altae nomine vocata exstiterunt in Italia. cf. *OC*. 180.

[10] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.

[11] Chiaravalle di Milano, prope Mediolanum. *OC*. 39.

[12] In dioec. Vercellensi, in Pedemontio. *OC*. 11.

[13] Rigny, in Burgundia, dioec. Senonensi. *OC*. 15.

[14] Fontaine-Jean, in dioec. Senonensi. *OC*. 12.

[15] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.

[16] Bellus-Beccus, Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.

[17] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.

abbatibus Savigniaci [1], Ursi campi [2] et Caroliloci[3] qui quod factum [c] fuerit Capitulo sequenti renuntient.

43 De abbatibus de Sancto [a]-Anasthasio [4] et de Fossa nova [b] [5] qui de loco in monte Celio Ordini conferendo debuerunt inquirere, et Capitulo nuntiare, et negligentes super [c] hoc extiterunt [6], praecipitur ut omni occasione postposita hoc exequantur, et Capitulo sequenti renuntient. Abbas Sancti-Iusti [7] hoc eis denuntiet.

44 Super querela quae vertebatur inter domos Gratiae Dei [8], Gratiae Sanctae-Mariae [9] et Sancti-Leonardi [10], carta quondam facta, auctoritate iudicum a Capitulo delegatorum, omnimodis [a] observetur.

45 De exactionibus quae fiunt [a] domibus nostris ab archiepiscopo Bisuntino[b] [11] et aliis episcopis sive baronibus, et de iis [c] qui carnes comedunt, committitur domino Cistercii, ut super hoc domino Papae scribat.

46 De translatione domus Baronae[12] in locum Iesu Christi, committitur abbati de Firmitate, ut agat super hoc sicut viderit expedire, ita ut ei nomen [a] aliud imponatur.

47 Abbates de transmarinis [a] partibus qui nunc praesentes sunt, de quibus Bergenses de Sancto-Audomaro[13] pro venditione la-

---

[c] fecerint *J*.

43 : *JP*¹. [a] Sancti-Anastasii : *J*. [b] Fossaenovae : *J*. [c] circa : *J*.

44 : *JP*¹. [a] omnimode : *J*.

45 : *JL*¹*P*¹. [a] inferuntur : *J*. [b] Bisuntinensi : *J*. [c] hiis : *J*.

46 : *JP*¹. [a] ut nomen ei : *P*¹.

47 : *JP*¹. [a] transmarinarum partium : *J*.

---

[1] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.

[2] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.

[3] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.

[4] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, in suburbio romano. *OC*. 62.

[5] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

[6] Cf. ann. 1206, nº 45.

[7] S. Giusto, in patrimonio S. Petri et dioec. Tuscanensi. *OC*. 89.

[8] In dioec. Rupellensi. *OC*. 34.

[9] Seu N. D. de Charon, in dioec. Rupellensi. *OC*. 194.

[10] S. Léonard des Chaumes, in dioec. Rupellensi. *OC*. 156.

[11] Amadeus de Dramelay, 1198-1220. *SE*. 515.

[12] Barona, Firmitatis filia, in Lombardia, dioec. Papiensi ; cuius initium ad annum 1210 referri videbatur, sed perperam iuxta praesens decretum. *OC*. 216.

[13] Saint-Omer, in septentrionali parte Galliae.

narum conqueruntur apud Teruanam [1] conveniant, et antequam mare transeant, coram abbatibus de Dunis [2], de Longo villari [3] et de Claro maresco [4] ita ut cum eis componant, ut [b] cum eis de cetero querela super hoc ad Capitulum minime veniat. Abbas Claraevallis talem personam mittere [c] studeat, quae querelas [d] illas compescat.

Quaerela abbatis Sancti-Maxentii [5] adversus abbates de Crizai [6], de Gratia Dei [7], et de Bona valle [8], committitur abbatibus de Pinu [9], de Castellariis [10], de Morulis [11], auctoritate Capituli terminanda. **48**

Abbati Novae villae [12] conceditur commutatio loci sui. **49**

De loco Danderel, committitur abbati Pontiniaci [a], ut de eo vel per se vel per alium disponat secundum statutum Capituli generalis. **50**

De loco quem petit [a] abbas de Porta[13] commutari, committitur abbatibus Lubensi [14], de [b] Silio[15] qui accedentes ad locum, considerent si [c] locus ille idoneus est ad abbatiam construendam, et quid de eo visum fuerit, ad sequens generale Capitulum referatur. **51**

Abbates de Prulliaco [a] [16], et de Sancto Portu [17], dominum re- **52**

[b] ut de cetero cium es : *J*. [c] mittat : *J*. [d] istud negotium : *J*.
48 : *JP*¹.
49 : *JL*¹*P*¹.
50 : *JP*¹. [a] Pontigniaci : *J*.
51 : *JP*¹. [a] petit commutari abbas : *J*. [b] et Silienci : *J*. [c] an sit idoneus : *J*.
52 : *JP*¹. [a] Prulliaci : *J*. [b] Cadonii : *J*. [c] Sancti-Andreae : *J*.

[1] Episcopalis antiqua sedes. Cf. Thérouanne. *TB*. II, 3093.
[2] Les Dunes, in dioec. Brugensi in Belgio. *OC*. 51.
[3] Longvilliers, in antiqua dioec. Teruanensi, hod. Atrebatensi. *OC*. 102.
[4] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 59.
[5] Saint-Maixent, O. S. B. in dioec Pictaviensi. *TB*. II, 2725.
[6] Leg. Trisay, Trisagium, in dioec. Lucionensi. *OC*. 85.
[7] In dioec. Rupellensi. *OC*. 34.
[8] Bonnevaux, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 13.
[9] Le Pin, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 65.
[10] N. D. des Châtelliers, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 150.
[11] B. M. de Moroliis, Moureilles, *OC*. 132.
[12] Nova Villa non recensetur inter abbatias cistercienses, sed tantum Nova Vallis, seu Nydala, Claraevallis filia, in Suecia. *OC*. 74.
[13] Porta, Pforte, in Thuringia. OC. 25.
[14] Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislaviensi. *OC*. 171.
[15] Seu Sulejovia, in Polonia, dioec. Gnesnensi. *OC*. 175.
[16] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC*. 5.
[17] i. e. Barbellum, Barbeaux, in dioec. Meldensi. *OC*. 111.

gem [1] adeant, super negotio abbatum de Obezina [2] et de Cadonio [b] [3] et de Sancto-Andrea [c] [4].

53 Querela de abbatia [a] Rivi sicci [5] quae translata est sine assensu Capituli generalis, committitur abbati Morimundi, qui diligenter consideret utrumque locum, et quem utiliorem iudicaverit, faciat habitari.

54 De querelis [a] quae vertuntur inter Cisterciensem et Praemonstracensem Ordinem [a], committitur abbatibus Ursicampi [6], de Gardo [7] et de Belantiis [8] qui Praemonstratum venientes, tempore generalis Capituli, audiant [b] diligenter quid propositum fuerit contra Ordinem nostrum, et respondeant quod utilius viderint respondendum.

55 Querela quae vertitur inter abbates Altaecumbae [9], et Sancti-Sulpitii [10], committitur abbatibus Bonae vallis [11] et de Benedictione Dei [12], infra sequens generale Capitulum, sine omni excusatione terminanda [a].

56 Querela abbatis Morimundensis contra abbatem de Petra [13], de construenda abbatia, committitur abbatibus Claraevallis et Morimundi [14].

57 Abbati de Begardo [15] qui de [a] novo incorporatus est Ordini, conceditur ire Romam pro praevilegiis, quibus omnino caret, impetrandis.

---

53 : *JP*¹. [a] abbatiae Rivi sicci translatae... : *J*.
54 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Ordines : *J*. [b] rem, quid : *J*.
55 : *JP*¹. [a] finienda : *J*.
56 : *JP*¹.
57 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] noviter : *J*.

---

1 Philippus-Augustus, 1180-1223.
2 Obasine in dioec. Tutelensi. OC. 106.
3 Caduinum, Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC*. 7.
4 S. André de Gouffern, in Normannia, dioec. Baiocensi. *OC*. 98.
5 Rio-Seco, in Vetere-Castella, dioec. Burgensi. *OC*. 111.
6 Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.
7 N. D. du Gard, in Picardia, dioec. Ambianensi. *OC*. 58.
8 Seu Valanciae, Valloriae, Valloires, in dioec. Ambianensi. *OC*. 52.
9 Hautecombe ad lacum Burgeti, in dioec. Camberiacensi. *OC*. 34.
10 Saint-Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
11 Bonnevaux, in dioec. Viennensi in Gallia. *OC*. 7.
12 La Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi. *OC*. 53.
13 N. D. de Piedra, in Aragonia dioec. Tirasonensi. *PC*. 198.
14 Aliquis error in hoc decreto est irrepsit, secus Morimundensis abbas iudex constitutus esset in propria causa.
15 Non agitur hic de Begardo dioecesis Briocensis in Britannia-Minori [*OC*. 18], iam fundato ann. 1130, sed de Welehrado in Moravia, dioec. Olmucensi. *OC*. 211.

Abbas de Crista [1] restituat ad[a] plenum pecuniam suam abbati Vallis bonae [2] usque ad sequens Capitulum generale, alioquin ab illa die imponitur ei perpetuum silentium reclamandi. 58

Querela abbatis de Quarrezeto [a] [3] super abbatia de Monte ramorum [4] et de Montfer [5], committitur abbatibus de Orta [b] [6], de Spina [7], de Valle bona [8], qui de iuramento et aliis circumstantiis diligenter inquirant et rei veritatem generali Capitulo renuntient. 59

Ex mandato domini Papae et auctoritate generalis Capituli, abbas Sancti-Sulpitii [9] resignavit ecclesiam Sancti-Martini domui [a] Pontigniaci, quia ei non poterat sufficienter providere. 60

De conversis de Petris[10] qui manu armata occurrerunt abbatibus venientibus ad Capitulum, committitur, proprio abbati, qui tantum excessum digne corrigat, et ad sequens generale Capitulum, qualiter correctum [a] fuerit, renuntiet. 61

Querela Guillelmi Bergensis [a] de Area contra abbatem de Fornais [11], committitur abbati Savigniaci. 62

Querela quae vertitur inter domos Caricampi [12] et de Gardo [13], abbatibus de Claromaresco[14] et de Longovillari[15] et de Balantiis[16] authoritate Capituli determinanda. 63

---

58 : *JP*¹. [a] plene : *J*.
59 : *JP*¹. [a] Carrezeto : *J*. [b] Horta : *J*.
60 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] ecclesiae : *J*.
61 : *JL*¹*P*¹. [a] correxit : *J*.
62 : *JP*¹. [a] Burgensis : *J*.
63 : *J*, *n*. 50.

---

[1] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC*. 10.
[2] Vallis-Bona (si vere sic est legendum, et non potius Bona-Vallis) est abbatia in Vetere Castilla sita. *OC*. 71.
[3] Carracetum, Carracedo, in Legione et dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[4] In Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.
[5] Monfero, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 207.
[6] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[7] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[8] Valbuena, in Veteri-Castilla, dioec. Palentina. *OC*. 71.
[9] Saint-Sulpice en Beugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[10] N. D. des Pierres, in dioec. Bituricensi in Gallia. *OC*. 116.
[11] Furnesium, Furness Abbey, in dioec. Eboracensi in Anglia. *OC*. 97.
[12] Cercamp, in dioec. Atrebatensi. *OC*. 66.
[13] Le Gard in dioec. Ambianensi. *OC*. 58.
[14] Clairmarais, in dioec. Atrebatensi. *OC*. 59.
[15] Longvilliers, in dioec. Atrebatensi. *OC*. 102.
[16] Seu Valloriis, Valloires, in dioec. Ambianenci. *OC*. 52.

1208

1 Qui de via redierint ieiuni post nonam, usque ad coenam in conventu non comedant [a].

2 De illis [a] qui secreta [b] saecularibus vel alterius Ordinis personis revelant [c], sententia [d] super hoc scripta observetur, videlicet, ut sententiae conspiratorum subiaceant. Abbas [e] super [f] hoc comprobatus, vel ultro [g] confessus, deponatur.

3 Monachi vel conversi in via directi [a], vasa vinaria non portent, nec vinum bibant in grangiis, nisi praesente abbate [b], in illis [c] provinciis [d] in quibus [e] conversi vinum bibere a Capitulo [f] prohibentur.

4 Abbates delegati a Capitulo qui super [a] delegatione sua negligentes fuerunt,[b] illi [c] etiam qui eis obedire contempserunt [d], sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

5 De terris qui minus utiles fuerint aut [a] sic [b] remotae quod [c] utiliter excoli non [d] possint [e], sic dispensat Capitulum generale, ut liceat iis [f] qui tales habuerint [g] dare ad medietatem vel aliter prout poterunt [h] competenter [i].

6 Sententia de procuratione venientium ad Capitulum et redeun-

---

1 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [$P^3T^3$ *ann.* 1199]. [a] $D^3P^3T^3$: Quicumque de via venerint et ante nonam non comederint, post nonam non comedant usque ad coenam si in conventu fuerint. $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$: Qui de via venientes ante nonam prandere non possunt (nequeunt : *J*), post nonam in abbatiis nisi semel comedant in conventu.

2 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] Quicumque : $D^3P^3P^4T^4$. [b] Ordinis : P^4T^4. [c] revelaverit : $D^3P^3P^4T^3T^4$. [d] sententia... ut : *deest* $D^3P^3P^4T^3$. [e] vero : *J*. [f] si convictus fuerit : P^4T^4. [g] ultro : *deest J*.

3 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$.[$P^3T^3$ *ann.* 1199]. [a] uteres vel vasa : $D^3P^3T^3$. [b] maxime : $D^3P^3T^3$. [c] iis : *J*. [d] provinciis : *deest* T^3. [e] vinum in grangiis prohibetur : D^3. [f] a Capitulo : *deest J*.

4 : $C^1D^3JL^1P^1$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] in : *J*. [b] sunt : $D^3P^3T^3$; se gesserunt : *J*. [c] tum etiam ii qui ipsis obedire renuerint : *J*. [d] contemnunt : L^1.

5 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [$P^3T^3$ *ann.* 1199]. [a] vel : D^3 [b] sint : T^3. [c] ut : $D^3P^3T^3$. [d] nequeant : *J*. [e] possent : D^3. [f] hiis : C^1 ; eis : D^3. [g] possessiones eas dare : *J*. [h] potuerint : $D^3P^3T^3$. [i] competentius : *J*. *apud* P^4T^4 : Terrae quae sunt remotiores vel minus utiles possunt excoli ad medietatem vel aliter prout dari poterunt melius competenter. *Apud* L^1 : Terrae minus utiles vel nimis remotae ab abbatiis possunt per generale Capitulum dari ad medietatem vel alio quolibet modo locari.

6 : $C^1JL^1P^1$.

tium [a] sicut a Capitulo generali lata est, teneatur et abbas, in cuius domo vel grangia negligenter recepti fuerint, in Capitulo proclametur, ad arbitrium Capituli puniendus. Monachus vero [b] per cuius neglectum res evenerit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; conversus, tribus diebus in pane et aqua.

Sententia lata de [a] garcionibus firmiter teneatur [b]. 7

Si monachus vel conversus aliqua occasione exierit de Capitulo, 8
et soluto [a] Capitulo compunctus antequam [b] ad portam exierit, redire voluerit, in aliqua domo [c] extra terminos teneatur in [d] habitu regulari [e], in sequenti Capitulo [f] recipiendus in ultimo gradu.

Quando aliqua commissio fit [a] abbatibus [b], donec finiantur 9
querelae non expiret eorum inrisdictio [c] quibus commissum est negotium [d], sed semper de ipsa querela ad ipsos recurratur.

Abbas de Spina [a] [1] qui debuit nuntiare abbati de Iuncaria [b] [2] 10
ut veniret ad Capitulum et [c] non renuntiavit Capitulo, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Mathaplana [d] [3] hoc ei denuntiet.

Abbas Sancti-Justi [4] qui debuit Capitulo nuntiare utrum [a] 11
poenitentiam egerit [b] de ingressu mulierum in abbatiam [c], et minime nuntiavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et eamdem, si non egit, poenitentiam agat et quid actum fuerit sequenti Capitulo renuntiet. Abbas de Columba [d] [5] per se vel per nuntium [e] faciat nuntiare.

---

[a] ab eo : *J*. [b] cuius negligentia res sic : *J*. [c] conventus : *JP*¹ ; vero : *J*.

7 : *C*¹*JP*¹. [a] servis aut pueris abbatum : *J*. [b] retineatur : *J*.

8 : *C*¹*D*³*JL*¹*P*¹*P*⁴*T*⁴. [*P*³*T*³ *ann.* 1199]. [a] finito : *D*³*P*⁴*T*³*T*⁴. [b] priusquam : *T*⁴. [c] sit : *D*³. [d] cum : *C*¹*JL*¹*P*¹*P*⁴. [e] teneatur : *C*¹*JP*⁴. [f] ultimus et sub disciplina recipiatur : *D*³*P*³*P*⁴*T*³*T*⁴.

9 : *C*¹*D*³*JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰ [*P*³*T*³ *ann.* 1199] cf. ann. 1207, n. 8. [a] iniungitur : *J*. [b] aliquibus abbatibus ex parte Capituli generalis, non expiret eorum iurisdictio donec querelae finiantur, sed semper ad ipsos de ipsis querelis recurratur : *D*³*P*³*T*³. [c] iurisdictio : *deest* *JP*¹. [d] donec finiatur querela... : *J*.

10 : *JP*¹. [a] Spinae : *J*. [b] Iuncariae : *J*. [c] nec : *J*. [d] Metaplana : *J*.

11 : *JP*¹. [a] an : *J*. [b] egisset : *J*. [c] ipsius, nec : *J*. [d] Columbae : *J*. [e] alium : *J*.

---

[1] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[2] Junquera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 159.
[3] Seu Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.
[4] S. Giusto, in patrimonio S. Petri, dioec. Tuscanensi. *OC*. 88.
[5] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.

12 Abbas de Scala [a] Dei [1] qui ad praeceptum Capituli plenarie non reddidit abbatibus ea quae tempore visitationis accepit [b], sex diebus sit in levi culpa, duobus [c] eorum in pane et aqua. Residuum autem pecuniae usque ad Pascha integre solvat, et si non solverit, omni quarta et sexta feria et praefato [d] termino sit in pane et aqua ; nihil [e] ei super solutione pecuniae a filiis abbatibus relaxetur.

13 Abbas de Alcrest [2] qui permisit [a] ut sacerdos saecularis novam in conventu missam celebraret, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Conventus, [b] si non reclamavit, uno die sit in pane et aqua.

14 De abbatibus Sancti-Anastasii [3] et de Fossa [a] Nova [4] qui debuerunt videre locum in monte Coelio Ordini dando et nihil inde Capitulo nuntiaverunt, [b] praecipitur ut tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Iterum autem videant, et quod invenerint omni occasione postposita Capitulo sequenti denuntient. Abbas [c] Sancti-Sulpicii [5] hoc eis denuntiet.

15 Abbas Sconaugiae [6], qui abbati Claraevallis equitaturam ad tempus non ministravit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

16 Monachus Bergensis [a] [7] de quo turpia quaedam et inaudita nec relatu digna dicuntur, ad domum aliam extra provinciam mittatur, in qua ultimus omnium sit et omni sexta feria sit in pane et aqua, usque ad nutum generalis Capituli, nisi pro aliqua solemnitate vel gravi [b] infirmitate circa eum in aliquo dispensetur.

---

12 : *JL¹P¹*. [a] Schala : *L¹*. [b] acceperat : *J*. [c] uno : *L¹*. [d] praefixo : *J*. [e] nihilque : *J*.
13 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] sacerdotem saecularem... celebrare : *J*. [b] vero : *J*.
14 : *JP¹*. [a] Fossaenovae : *J*. [b] renuntiaverunt : *J*. [e] Abbas... etc.: *deest in J*.
15 : *JP¹*.
16 : *JPL²MP¹P¹⁰.W*. [a] Burgensis : *J*. [b] grandi : *JL²MP¹⁰*.

---

[1] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana, *OC*. 47.
[2] Hautcrêt, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 71.
[3] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, prope Romam. *OC*. 62.
[4] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[5] S.-Sulpicius, in Sabaudia, dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[6] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.
[7] Bergensis abbatia, seu Altenberg, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.

Abbas de Juncheria [1] qui anno praeterito ad Capitulum non venit [a], et cui praeceptum fuit [b] ut hoc anno [c] veniret et [d] venire contempsit, sententiam super hoc datam observet, et nisi se usque [e] ad Pascha Cistercio praesentaverit, sciat se esse depositum. Abbas de Melon [2] hoc ei denuntiet. 17

Abbas de Septem-Fontibus [a] [3] qui iuvenem saecularem in grangia sua incidi permisit et consensit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et de [b] cetero tam ipse quam alii super casu simili [c] caveant [d]. 18

Monachus de Bono-Portu [a] [4] qui in duabus domibus professionem fecit, et bis in monachum benedictus est, et in diaconum promotus, in neutra domo remaneat, sed ad aliam remittatur, in qua ultimus sit usque ad nutum Capituli generalis. 19

Monachus de Barola [5] qui conversum de Orta [a] [6] indecenter verberari fecit, Morimundum veniat satisfacturus; qui autem detinuerunt eum ne in Orta [a] satisfaceret, sicut abbas Morimundensis praeceperat, uno die sint in pane et aqua. Abbas de Sancto-Prudentio [b] [7] hoc ei denuntiet. 20

Abbas Transylvanus [8] qui per decem annos ad Capitulum non venit, cum anno praeterito praeceptum ei fuerat [a] a Capitulo ut veniret, usque [b] ad Pascha Cistercium veniat; alioquin sciat se esse depositum. Abbates autem de Cicador [9] et de Monte S. Mariae [10], qui hoc anno non venerunt, scriptam super hoc sen- 21

---

17 : *JP*¹. [a] cui tamen : *J.* [b] erat : *J.* [c] hoc anno : *deest I.* [d] et venire contempsit : *deest J.* [e] intra : *J.*

18 : *JP*¹*P*⁴. [a] Fontium : *J.* [b] deinceps : *J.* [c] sibi : *J.* [d] *Lex generalis tantum apud P*⁴ : Nullus saecularis in locis nostris incidi permittatur.

19 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Boni-Portus : *J.*

20 : *JP*¹. [a] Horta : *J.* [d] Sancti-Prudentii : *J.*

21 : *JP*¹. [a] fuisset : *J.* [b] intra : *J.* [c] Valegt : *P*¹.

---

[1] Junquera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC.* 159.

[2] In Gallecia, dioec. Tudensi. *OC.* 69.

[3] In dioec. Molinensi, in Gallia. *OC.* 25.

[4] Bonport, in Normannia, dioec. Ebroicensi. *OC.* 193.

[5] Seu Berdona, Berdouës, in Vasconia, Morimundi filia, et Hortae mater. *OC.* 48.

[6] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC.* 79.

[7] S. Prudendio, in Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC.* 145.

[8] B. M. V. de Kerz ultra silvas, i. e. in Transsilvania. *OC.* 208.

[9] B. M. de Czikador, in Hungaria, dioec. Quinque ecclesiensi. *OC.* 71.

[10] Seu Bors-Monostra, in Hungaria, dioec. Jaurinensi. *OC.* 200.

tentiam observent. Abbas de Aceio [1] faciat hoc eis nuntiari. Similiter abbates de Alburna [2], de Wallegia [c] [3], de Sieti [d] [4] et abbas Aquilarum [5] qui hoc anno debuerunt venire ad Capitulum nec venerunt, scriptae super hoc sententiae subiaceant. Abbatibus de Alburna, de Vallegia [c], abbas de Gradix [6] denuntiet; abbati de Sieti [b], abbas de Alsterbarc [7], abbati [e] Aquilarum, abbas de Finales [8] denuntiet; Abbati [d] Campi-Liliorum [9] propter novitatem suam parcitur.

22 Abbas de Begar[a] [10] qui scienter communicavit excommunicato, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

23 Abbas de Turre [a] Aquilarum[11] qui hoc anno ad Capitulum venire debuit et [b] non venit, scriptam super hoc poenam sustineat [c]. Abbas de Sancto-Prudentio [d] [12] hoc ei denuntiet.

24 Abbas de Ioiaco[a] [13] qui in domo sua de Risu Agni[14] numerum XII monachorum apposuisse debuerat nec apposuit, licet super hoc poenitentiam a Capitulo iniunctam fecerit, iterum [b] infra Pascha districte praecipitur ut [c] numerus praedictus ibidem statuatur, vel in grangiam redigat abbatiam et sequenti generali Capitulo quid actum fuerit nuntietur.

25 De abbate Gundoni[12] qui non venit ad Capitulum [a] cuius

---

[d] Sicci: *J*. [e] vero: *J*.
22: *JL¹P¹*. [a] Begarii: *J*.
23: *JP¹*. [a] Turris: *J*. [b] nec: *J*. [c] patiatur: *J*. [d] Sancti-Prudentii: *J*.
24: %*P¹* [a] Ioiaci: *J*. [d] districte: *J*. [c] infra Pascha: *J*.
25: *JP¹*. [a] cum venire deberet: *J*.

---

[1] Aceyum, in dioec. S. Claudii, in Burgundia; cuius filia Pilisium erat in Hungaria. *OC*. 40.
[2] Halsburn, i. e. Heilsbronn, Fons-salutis, in Bavaria, dioec. Eystettensi. *OC*. 28.
[3] Seu Wellegrat, i. e. Welehrad, in Moravia et dioec. Olomucensi. *OC*. 211.
[4] Sitticum, Sittich, in Carniola inferiori, dioec. Labacensi. *OC*. 42.
[5] S. M. de Aquilis, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 153.
[6] Gradicium, Hradist, in Bohemia, dioec. Litomericiensi. *OC*. 175.
[7] Alderspach, in Bavaria Inferiori, dioec. Patavina. *OC*. 87.
[8] i. e. de Fenalibus, in Lusitania dioec. Bracarensi. *OC*. 130.
[9] Lilienfeld, in Austria Inferiori, dioec. olim. Pataviensi. *OC*. 212.
[10] In dioec. Briocensi, in Britannia minori. *OC*. 18.
[11] Seu S. M. de Aquilis, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 153.
[12] In Veteri-Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145
[13] Jouy, in dioec. Meldensi. *OC*. 12.
[14] Seu Bonus Locus, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 64. Cf. ann. 1207, nº 12.
[15] Gondonium, Gondon, in Guiennia, dioec. Agennensi. *OC*. 11.

excusatio ignoratur, committitur patri abbati qui diligenter cognoscat si [b] venire potuit, et si culpabilis invenitur sententiam Capituli teneat [c], et sequenti Capitulo se praesentet super excessu suo [d] veniam petiturus.

Abbas de Harnsneborc [1] qui non venit ad Capitulum cum 26
venire deberet, sententiam Capituli [a] teneat. Abbas de Eurebac [b] [2] hoc ei denuntiet.

Abbas Valliscarae [a] [3] in Hibernia qui venire debuit ad Capitu- 27
lum et [b] non venit, poenam sustineat iniunctam [c] a Capitulo generali. Abbas de Kyrie eleyson [4] hoc ei denuntiet [b].

Abbates de Anglia qui contra immunitates Ordinis interdicti 28
sententiam servaverunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, exceptis abbatibus de Margan [5] et de Melsa [6], et de Bello loco [7], qui, quoniam steterunt pro libertate Ordinis, praedictam [a] poenam non [b] sustineant, sed [c] penitus absolvuntur.

Querela abbatis [a] Pontigniaci et Rigniaci [8] iterum committitur 29
abbatibus [b] de Fonte-Ioannis [9] et de Longovado [10] infra Natale Domini terminanda.

Querela abbatis [a] Pontiniaci et abbatis Vallislucentis [b] [11], com- 30
mittitur abbatibus de [c] Pulliaco [12], de Fonte Ioannis, de Ripa-

---

[b] an venire potuerit : *J.* [c] subeat : *J.* [d] suo : *deest J.*

26 : *JP*[1]. [a] super huiusmodi culpam latam : *J.* [b] Everbach : *J.*

27 : *JP*[1]. [a] Vallischarae : *J.* [b] nec : *J.* [c] talibus : *J.* [d] significet : *J.*

28 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] praefatam : *J.* [b] minime : *J.* [c] quin potius : *J.*

29 : *JP*[1]. [a] abbatum : *J.* [b] Pruliaci, Fontis-Iohannis et Longivadi, intra : *J.*

30 : *JP*[1]. [a] abbatum : *J.* [b] Vallis lucis : *J.* [c] Fontis-Iohannis et Ripatorii : *J.*

---

[1] Castrum Aquilae, Arnsburg, in dioec. Moguntina. *OC.* 169.

[2] Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC.* 20.

[3] Seu potius Vallis Caritatis, Vale of Charity, Glangragh, in Hibernia, dioec. Cloynensi. *OC.* 204.

[4] Seu Odorney, in Hibernia, dioec. Ardfertensi. *OC.* 137.

[5] In Wallia, dioec. Landavensi. *OC.* 107.

[6] In dioec. Eboracensi. *OC.* 124.

[7] Bellus Locus Regis, Beaulieu Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC.* 210.

[8] Rigny, in Burgundia, dioec. Senonensi. *OC.* 15.

[9] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianensi. *OC.* 12.

[10] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC.* 118.

[11] Vauluisant, in dioec. Senonensi. *OC.* 16.

[12] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC.* 5.

torio [1] usque [c] ad Pascha, auctoritate Capituli generalis terminanda.

31 Querela [a] de Margan [2] et de Neth [b] [3], committitur abbatibus de Fontanis [4], de Gardone [5], de Boxeleia [6] quibus antea commissa fuit [c], ut assumptis secum aliquibus de [d] vicinis abbatibus, eam usque [e] ad Pascha terminent, et super [f] ambiguitate scripta certificent utramque partem transactionis, et quod actum fuerit, Capitulo sequenti renuntient. Abbas de Rival[g] [7] hoc eis denuntiet.

32 Querela abbatis [a] de Nugariis [b] [8] de abbate Mateplanae [c] [9] super quibusdam possessionibus, committitur abbatibus de Ursaria [d] [10] et de Subrade [11], auctoritate Capituli terminanda.

33 De monachis vel conversis Alcubatiae[a] [12] qui promotionem abbatis sui per regem Portugalensem aliquamdiu impedisse dicuntur, committitur abbatibus Ursariae [13], Armentariae[14] et de Melone [b] [15], ut istud diligenter inquirant, et auctoritate Capituli digne corrigant. Eisdem committitur de abbate de Burio [c] [16], qui ad eamdem, ut dicitur, abbatiam adspirans, eiusdem abbatis electionem dicitur impedisse.

34 Questio [a] de Bullione[b] [17] et de Monte-Sanctae-Mariae [18], com-

---

[d] intra : *J*.

31 : *JP*[1]. [a] abbatiarum : *J*. [b] Net : *J*. [c] fuerat : *J*. [d] de : *deest J*. [e] intra : *J*. [f] de : *J*. [g] Rievallis : *J*.

32 : *JP*[1]. [a] abbatum : *J*. [b] Migatiis : *P*[1]. [c] Metaplanae : *J*. [d] Ursariae et Subradae : *J*.

33 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Alcobatiae : *J*. [b] Melonis : *J*. [c] Burii : *J*.

34 : *JP*[1]. [a] monasteriorum : *J*. [b] Bullionis et Montis-Sanctae-Mar ae : *J*.

---

[1] L'Arrivour, in dioec. Trecensi Campaniae. *OC*. 59.
[2] In Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 107.
[3] Neath abbey, in Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 98.
[4] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[5] Garendon, Geroldonia, in dioec. Conventrensi in Anglia. *OC*. 30.
[6] Boxleya, in dioec. Cantuariensi. *OC*. 91.
[7] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 22.
[8] S. M. de Nucalibus, Nogalès, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 152.
[9] Seu Matallana, in dioec. Palentina, in Castella. *OC*. 170.
[10] Seu Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.
[11] Sobrado, Superatum, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[12] Alcobatia, in Lusitania, dioec. Ulisiponensi. *OC*. 110.
[13] Cf. supra, n° 10.
[14] Armentera, in dioec. Compostellana, in Gallecia. *OC*. 146.
[15] In Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 69.
[16] Burium, Bouro, in Lusitania, dioec. Bracarensi. *OC*. 158.
[17] Bullio, Billon, in Burgundia, dioec. Bisuntinensi. *OC*. 110.
[18] In dioec. Bisuntinensi. *OC*. 204.

mittitur domino Cistercii et super iis [c] disponat sicut viderit, Ordini et domibus [d] expedire.

Querela abbatis Quintiaci [1] contra [a] abbatem de Fontineto [b] [2], committitur abbatibus de Fonte [c] Ioannis [3], de Moris [4], de Callovio [d] [5], digne corrigant quod invenerint corrigendum. 35

Querela quae vertitur inter abbates Grandissylvae [6] et Gimundi [7] super quibusdam pasturis, committitur abbatibus Bonifontis [8] et Bellaeperticae [9] qui [a] diligenter inspectis [b] eorum [c] instrumentis, faciant compositionem quae prius inter eos facta fuisse dicitur, firmiter observari, et quod fecerint, renuntietur in sequenti Capitulo. 36

Querela abbatum de Carrazeto [a] [10] et de Monte [b] Ramorum [11], committitur abbatibus Sancti-Andreae [12], Vallisbonae [13] et de Mathaplena [c] [14], qui diligenter inspectis [d] instrumentis terminent negotium [e] si potest fieri ; alioquin quod minus actum fuerit, ad generale Capitulum referant, ad [f] arbitrium Capituli terminandum, et abbates ad Capitulum veniant, omni occasione postposita, super [g] hoc responsuri. Abbas de Mathaplena [h] aliis denuntiet. 37

Querelae quae vertuntur inter abbates Fontis Mauriniaci [15], 38

---

[c] hiis : *J*. [d] istis : *J*.

35 : *JP*[1]. [a] adversus : *J*. [b] Fontineti : *J*. [c] Fontis : *J*. [d] Callovii : *J*.

36 : *JP*[1]. [a] ut : *J*. [b] in scriptis : *P*[1] [c] eorumdem : *J*.

37 : *JP*[1]. [a] Carrazeti : *J*. [b] Montis : *J*. [c] Metaplanae : *J*. [d] in scriptis : *P*[1]. [e] quoad fieri valeret : *J*. [f] ipsius : *J*. [g] de : *J*. [h] Metaplanae hoc eis : *J*.

38 : *JP*[1].

---

[1] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.
[2] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.
[3] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 12.
[4] Mores, in dioec. Trecensi Campaniae. *OC*. 135.
[5] Callovium. Chalivoix, in dioec. Bituricensi. *OC*. 52.
[6] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[7] In Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 78.
[8] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.
[9] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.
[10] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[11] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.
[12] S. Andreas de Valle-Benigna, antiquum nomen S. M. de Palatiolis, Palazuelos, in Castella, dioec. Palentina, *OC*. 158.
[13] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.
[14] Seu Matallana, in dioec. Palentina. *OC*. 170.
[15] Fontmorigny, in dioec. Bituricensi. *OC*. 115.

et de Challoc [a] [1], committuntur abbatibus de Curia [b] Dei [2] et de Loco [c] regio [3], auctoritate Capituli usque [d] ad Pascha fine debito terminanda, et hoc ipsum quod fecerint, ad sequens generale Capitulum referant [e].

39 Querela abbatis de Sarnai [a] [4] differtur [b] usque ad reditum fratris Artaudi, cellerarii Claraevallis.

40 Petitio praepositi Sancti-Michaelis [5], de abbatia construenda, committitur iterum abbatibus de Columba [a] [6] et de Locedio [b] [7] qui, quod invenerint, Capitulo generali renuntient.

41 De abbate Belli loci in Anglia [8] de quo multa dicuntur, committitur domino Cistercii, ut ista diligenter inquirat et corrigat.

42 Praecipitur abbati Carrezeti [9], auctoritate Capituli, ut LX obolos quos ei commendaverunt [a] dominus Praenestinus[10] et abbas Quintiaci [11], qui testatores erant magistri Willermi [b] de Britania, deferat [c] ad Capitulum [d], ut ibi reddantur abbatibus de Britannia [e], quibus dictus Willermus eos miserat [f]. Abbas de Mathaplana [12] [g] hoc ei denuntiet.

43 Conquestus [a] abbatis Gratiae Dei [13] de recompensatione non facta sibi a quibusdam abbatibus [b] quae fieri debuit ex praecepto

---

[a] Chalosae : *J*. [b] Curiae : *J*. [c] Loci regii : *J*. [d] intra : J. [e] referatur : *J*.

39 : *JP*¹ [a] Cernaij : *J*. [b] differtur : *omitt. in P*¹.

40 : *JP*¹. [a] Columbae : *J*. [b] Locedii : *J*.

41 : *JP*¹.

42 : *JL*¹*P*¹. [a] commodaverant : *P*¹. [b] Guillelmi : *J*. [c] differat : *P*¹. [d] generale : *J*. [e] Britanniae : *J*. [f] legaverat : *J*. [g] Metaplanae : *J*.

43 : *JP*¹. [a] Conquestio : *J*. [b] abbatis : *P*¹.

---

[1] Callovium, Chalivois, in dioec. Bituricensi. *OC*. 52.
[2] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 6.
[3] Loroy, in dioec. Bituricensi. *OC*. 15.
[4] Vaux de Cernay, dioec. Versaliensi. *OC*. 96.
[5] Cf. ann. 1207, nº 27.
[6] In Italia, dioec. Placentina. *OC*. 45.
[7] In Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC*. 11.
[8] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.
[9] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[10] Guido de Paré, antea abbas Cistercii, card. episc. Praenestin. † 1206. *SE*. p. XVI ; *HC*. I, 37.
[11] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.
[12] Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.
[13] Voc. etiam N-D. de Charon, in dioec. Rupellensi. *OC*. 194.

delegatorum a Capitulo, committitur abbatibus de Morellis [1] et de Castellariis [c] [2], ut quod iustum fuerit, restitui faciant.

De abbate de Tela [a] [3] committitur domino Morimundi qui 44 diligenter inquirat de negligentia patris abbatis, et digne corrigat quod fuerit corrigendum, et sequenti Capitulo quid actum fuerit nuntietur ; et de abbatiae providentia sic ordinet, ne abbatia pro [b] defectu consilii destruatur.

De vicinitate grangiarum Sancti-Andreae [4] et Ripae altae [5] 45 iterum committitur abbatibus de Columba [a] [6] et de Caravalle [b] [7] qui non negligant sicut prius, sed [c] diligenter exequantur, et quod invenerint [d], sequenti Capitulo generali non negligant nuntiare.

Abbati Belli loci [8] qui pretium equi ab abbate Vallis regiae [9] 46 sibi venditi, nondum reddidit iam reddat [a] quod debet, ne praedictus abbas ulterius pro hac re conqueri compellatur. Abbas de Margan [10] hoc ei denuntiet.

De abbate de Caesarea [a] [11] qui non stet [b] verbo quo se cessurum 47 promiserat coram patre abbate et quibusdam aliis, committitur abbati Morimundi qui cognoscat de persona, si [c] sufficiat ad regimen domus suae, et si insuffieientem advenerit [d], faciat de eo quod viderit expedire.

De abbate Mathaplanae [12] de quo multa dicta sunt, committi- 48 tur patri abbati, Vallis bonae [13] et abbatibus de Bardonis [14] et de

---

[c] Casteler : *P*[1].

44 : *JP*[1]. [a] Telae : *J*. [b] ex : *J*.

45 : *JP*[1]. [a] Columbae : *J*. [b] Caraevallis : *J*. [c] modo : *J*. [d] fecerint : *J*.

46 : *JP*[1]. [a] iam reddat : *deest* *P*[1].

47 : *JP*[1]. [a] Caesareae : *J*. [b] stetit : *J*. [c] an : *J*. [d] invenerit : *J*.

48 : *JP*[1].

---

[1] B. M. de Moroliis, Moureilles, in dioec. Rupellensi. *OC*. 132.

[2] B. M. de Castellariis, des Châtelliers, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 150.

[3] Thela, seu Montheron, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 34.

[4] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.

[5] Ripalta, in Pedemontio, dioec. Derthonensi. *OC*. 180.

[6] S. M. della Colomba, in Italia, dioec. Placentina. *OC*. 45.

[7] Chiaravalle, in Lombardia, prope Mediolanum. *OC*. 39.

[8] Beaulieu Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.

[9] Valroi, in dioec. Remensi. *OC*. 117.

[10] In Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 107.

[11] Seu Kaisersheim, in dioec. Augustana in Bavaria. *OC*. 32.

[12] Seu Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.

[13] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.

[14] Bardona, seu Bolbona, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.

Orta [a] [1] qui accedentes ad locum diligenter inquirant de excessibus et statu domus, et quod invenerint [b] corrigendum, tam in capite quam in membris digne corrigant, et quod minus potuerint emendare, ad sequens Capitulum referant, ad [c] arbitrium Capituli corrigendum.

49 Petitio domini Ioelis de sepultura sua in abbatia Fontis Danielis [2] quam fundavit, sibi concessa differtur usque ad sequens Capitulum generale, et abbas de Saviniaco [a] [3] instrumenta quibus obtinere vult dicti domini sepulturam exhibeat, vel a Capitulo quod iustum fuerit iudicetur.

50 De abbate Sancti-Thomae in Venetia [4] de quo quaedam dicuntur correctione digna, committitur abbatibus de Maceriis [a] [5] et de Aceio [b] [6], qui re diligenter inquisita, auctoritate Capituli, de consensu patris abbatis digne corrigant quod in eo invenerint corrigendum, et sequenti Capitulo quid [c] actum fuerit, nuntietur.

51 De Petro de Wediac converso de Claromaresco [a] [7], committitur abbati Claraevallis, qui accedens ad domum, vel per alium, sic emendet quod invenerit emendandum, sicut Ordini et domui viderit expedire.

52 De abbate Vallis regis [8] qui conqueritur de abbate Vallis clarae [9], qui nemus quoddam emit, in quo dicit habere se usum fructum, committitur abbatibus Ursicampi [10] et Longipontis [11], qui diligenter istud inquirant et faciant quod viderint expedire.

---

[a] Horta : *J*. [b] repererint : *J*. [c] ipsius arbitrio emendandum : *J*.
49 : *JP*[1]. [a] Savigniaci : *J*.
50 : *JP*[1]. [a] Maceriarum : *J*. [b] Acei : *J*. [c] quod fecerint renuncient : *J*.
51 : *JP*[1]. [a] Claromaresci : *J*.
52 : *JP*[1].

---

[1] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[2] Fontaine-Daniel, in Gallia, dioec. Vallis-Guidonis. *OC*. 210.
[3] Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
[4] In dioec. Torcellana, cuius fundatio ad annum 1206 refertur. *OC*. 213.
[5] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.
[6] Acey, in Burgundia, dioec. S. Claudii. *OC*. 40.
[7] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 59.
[8] Valroi, in dioec. Remensi. *OC*. 117.
[9] Vauclair, in dioec. Suessionensi. *OC*. 32.
[10] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 17.
[11] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionensi. *OC*. 22.

1209

Abbates delegati a Capitulo iniungant, auctoritate Capituli, 1
quod statuerint firmiter observari, condigne qui rebelles fuerint puniendo ; poenam tamen depositionis eorumdem [a] reservent [b] Capitulo generali.

Praeceptum Regulae [1] [a] de esu [b] carnium districtius teneatur, 2
nec nisi omnino debilibus et aegrotis, [c] tam abbatibus quam ceteris ministrentur, et hoc [d] semel in die, nisi circa graviter [e] infirmantes dispensetur. Prior, subprior, vel [f] qui conventum tenet, si hoc transgressus fuerit, tribus [g] sextis feriis sint in pane et aqua [h].

Nulli omnino [a] liceat depositum alterius alteri commodare, 3
vel etiam in usus proprios expendere, sine [b] licentia depositoris [c], nec a quoquam mutuetur [d] pecunia, ut alteri [e] commodetur. Nullus [f] omnino nostri Ordinis commodet pecuniam alicui [g] qui non sit de Ordine nostro. Quod [h] si hoc aliquando sine gravi scandalo vitari [i] non potest, provideat omnino [j] qui hoc fecerit, ut ita caveatur indemnitati domus [k] ; nec ex hoc [l] damnum [m] aliquod incurratur. Qui hoc transgressus fuerit, extra stallum abbatis maneat, si abbas fuerit, et omni sexta feria sit in pane et aqua, usque ad sequens Capitulum generale, pro [n] hoc excessu veniam petiturus. Prior [o], subprior, cellearius, in [p] quorum consilio factum fuerit, omni sexta feria sint in pane et aqua, usque ad sequens Capitulum generale.

Monachus vel conversus qui pro culpa sua vel inquietatione [a] 4

---

1 : $C^1D^3JL^1P^1$. [a] eidem : D^3. [b] Capitulo generali reservent : *J*.
2 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] Regula de esu : T^3. [b] de non edendis carnibus : *J*. [c] *J add.* : plurimum. [d] idque : *J*. [e] gravissime infirmatos laxius : *J*. [f] aut quivis alius conventum tenens seu presidens qui hoc : *J*. [g] tribus diebus : L^1. [h] *brevius* P^4T^4 : Semel in die dentur carnes infirmis nisi circa graviter aegrotantes oporteat dispensari.
3 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [$P^3T^3$ *ann.* 1199]. [a] omnino : *deest* $D^3P^3T^3$. [b] absque : *J*. [c] *nihil amplius apud* P^4T^4. [d] in alterius commodum : *J*. [e] alii : D^3 ; aliis : T^3. [f] etiam : *J*. [g] non existenti de Ordine commodet : *J*. [h] attamen si : *J*. [i] omitti : *J*. [j] omnino : *deest* D^3. [k] suae : D^3J. [l] extra damnum : C^1P^1. [m] interdum : *J*. [n] ex : T^3. [o] Si vero alius ut prior... : [p] in quorum... etc : *deest* *J*.
4 : $C^1D^3JL^2MP^1P^4P^{10}T^3$ [P^3T^4 *ann.* 1199]. [a] inquietudine : C^1P^4.

[1] *Regula S. Benedicti*, cap. XXXIX.

emittitur ad domum aliam, eundo [b] et redeundo pedes vadat [c]. Qui vero ab abbate pro quolibet [d] negotio missus fuerit equitaturam [e] ei provideat [f], si tamen equitando debet ire.

5 Sententiae [a] eorum qui vadunt [b] videre parentes suos, additur ut pedites eant [c].

6 Monachus de Berola [a] [1] qui de praecepto Capituli, Morimundo [b] se praesentare debuit et non praesentavit, usque ad Nativitatem Domini Morimundum pedes veniat [c], et si venire contempserit, de Ordine expellatur.

7 Abbatiis quae « Spiritus Sanctus » et « Kyrie eleison » nominantur [2], patres [a] abbates alia nomina imponant.

8 Abbas de Karazeto [a] [3] qui de mandato Capituli 60 obolos ad Capitulum deferre debuit et non fecit [b], si sententia ei innotuit, pro contemptu mandati, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et eosdem obolos sequenti Capitulo reddat. Abbas [c] de Spina [4] hoc ei denuntiet [d].

9 Abbates Vallis bonae [5] et de Bardona [6] qui Capitulo nuntiare debuerunt quid actum esset de abbate deMathaplena [a] [7] et minime

---

[b] eundo et redeundo : *deest* D^3T^3. [c] eat *J* ; tam eundo et redeundo, et hoc in litteris suis viaticis conscribatur : P^4T^4. [d] aliquo : *J*. [e] habeat si sit longum iter : *J*. [f] usque in domum propriam revertatur, si tamen eques ire debet : $D^3P^3T^3$; usque dum completo negotio pro quo mittitur, revertatur, si tamen eques ire debeat : P^4T^4.

5 : $C^1D^3JL^2MP^1P^{10}$. [a] euntium videre parentes additur ut pedites eant : *J*. [b] visitant : D^3. [c] vadant : C^1.

6 : JP^1. [a] Berolae : *J*. [b] Morimundum ire debuit, nec ivit, intra NatalemDomini : *J*. [c] eat ; si contempserit, ab Ordine expellatur : J.

7 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] patres : *deest J*.

8 : JL^1P^1. [a] Karrazeti : *J*. [b] attulit, si mandatum audierit pro contemptu ipsius tribus...: *J*. [c] Abbas... etc. : *deest J*. [d] *paulo aliter apud* L^1 : Plectitur abbas de... etc.

9 : JP^1. [a] Metaplana : *J*.

---

[1] Seu Berdona, Berdouës, in Vasconia, Morimundi filia. *OC*. 48. cf. ann. 1208, nº 20.

[2] Revera « Kyrie eleison » vocatum fuit Odorney, in Hibernia. *OC*. 137 ; sed « Spiritus Sanctus » in Sicilia, si de eo agitur *(OC*. 165), nomen mutasse non videtur, immo eiusdem nominis tria extiterunt monasteria quorum fundatio ad annos 1215, 1244, 1248 refertur. *OC*. 221, 245, 248.

[3] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[4] In Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.

[5] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.

[6] Seu Bolbona, in dioec. Tolosana. *OC*. 123. cf. ann. 1208, nº 48.

[7] Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.

nuntiaverunt, scriptam super hoc poenitentiam agant, videlicet ut tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbas de Hozhet [a] [1] usque [b] ad Pascha reddat ex integro [c] 10
domino Tusculano [2] quod mutuo ab ipso accepit, et quia sicut debuit non persolvit, in Capitulo veniam petat. Abbas de Blacen [3] hoc ei denuntiet.

Conversus de Insula [4], Nerpaudus nomine, qui multa dicitur 11
agere contra Ordinis puritatem, usque ad festum Omnium Sanctorum Cistercio se praesentet, et si inobediens fuerit, de Ordine expellatur, non reversurus nisi per generale Capitulum. Abbas Sancti-Benedicti [5] hoc ei denuntiet.

Abbati Savigniaci [6] districte praecipitur ne in abbatiis monia- 12
lium usque [a] annum aliquam recipiat. Quod si transgressus fuerit, omni quarta et sexta feria sit in pane et aqua.

Subprior Altae cumbae [7] qui [a] noluit sotulares dare servienti 13
Ordinis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

De abbate de Vaulrebarch [a] [8] qui in conversum minus dis- 14
crete manus dicitur iniecisse, committitur patri abbati, qui, si ita invenerit, digne [b] corrigat.

Inhibetur abbati de Roseriis [9] novam abbatiam construere 15
iuxta [a] Mascon [10].

Conversus stabularius Boni radii[11] qui abbates et cursores 16

---

10 : JP^1. [a] Hosset : *J*. [b] intra : *J*. [c] integre : *J*.
11 : P^1.
12 : JP^1. [a] spacio unius anni nullam recipiat : *J*.
13 : JL^1P^1. [a] sotulares noluit dare servo : *J*.
14 : JP^1. [a] Vobrebach : *J*. [b] illud : *J*.
15 : JP^1. [a] civitatem Masticonensem : *J*.
16 : JP^1.

---

[1] Ozeth [?] i. e. Ossegg, in Bohemia, dioec. Litomericensi. *OC*. 197
[2] Nicolaus de Romanis, card. episc. Tuscul. 1205-1219. *SE*. XIX ; *HC*. I, 38.
[3] Placense monasterium [?], Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragensi. *OC*. 82.
[4] Insula-Barrensis, L'Isle-en-Barrois, dioec. Nanceyensi. *OC*. 126.
[5] St-Benoit-en-Voivre, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 24.
[6] Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
[7] Hautecombe, ad lacum Burgeti, dioec. Camberiensi. *OC*. 34.
[8] Walderbach, in Bavaria, dioec. Ratisbonensi. *OC*. 78.
[9] Rozières, in Burgundia, dioec. S. Claudii. *OC*. 26.
[10] Matisco, Mâcon.
[11] Bouras, in dioec. Senonensi. *OC*. 7.

eorum a saecularibus captos duci fecit, et 20 sol. [a] redimi, Cistercium veniat, cum quantitate pecuniae, satisfacturus et [b] non reversurus nisi per generale Capitulum.

17 Abbas de Mercaria [a] [1] in Portugallia de quo anno praeterito [b] dictum est quod si infra Pascha Cistercium non veniret, sciret se esse depositum [c] et non venit, cum [d] ei innotuerit mandatum Capituli [e], pro deposito habeatur. Abbas de Spina [2] hoc ei denuntiet.

18 Abbas Vallis Dei [3] in Hispania qui hoc anno filiam suam non visitavit, sententia Capituli puniatur [a], et tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

19 Conversi de Valle-Sanctae-Mariae [4] qui in scandalum Ordinis et monasteriorum totius [a] viciniae, bibunt vinum in grangiis, ulterius bibere non praesumant, alioquin conspiratorum sententia feriantur.

20 De monacho de Bexelea [5] de quo dicitur quod contra regnum Franciae aliquid attentaverit, abbati Claraevallis committitur, qui secundum latam sententiam, si reus inventus fuerit, eum puniat. Et de Oliverio priore Sanctae-Mariae [6] idem faciat [a], si inventus fuerit [b] deliquisse.

21 Abbas de Malros [7] qui hoc anno non venit ad Capitulum, sententiae Capituli subiaceat, donec Cistercio se praesentet. Abbas de Valle-Dei [a] [8] hoc ei faciat munitari.

---

[a] solidis : *J*. [b] nec : *J*.
17 : *JP*[1]. [a] Iuncariae : *J*. [b] transacto : *J*. [c] sciret, nec : *J*. [d] tamen : *J*. [e] iam : *J*.
18 : *JP*[1]. [a] hoc est : *J*.
19 : *JL*[1]*P*[1]. [a] totius : *deest* *P*[1].
20 : *JL*[1]*P*[1]. [a] praestet : *J*. [b] *J add.* : similiter.
21 : *JP*[1]. [a] Vallis-Dei : *J*.

---

[1] Seu Nucaria in Galicia, i. e. Junquera in dioec. Auriensi. *OC*. 159. Cf. ann. 1208, nº 17.
[2] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[3] Val de Dios, in Asturia, dioec. Ovetensi. *OC*. 202.
[4] Huius nominis tria fuerunt monasteria virorum : Marienthal, in dioec. Halberstadiensi ; N.-D. du Val, in dioec. Versaliensi ; Vallis S. M. de Crokesden, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 76, 42, 176.
[5] Boxleya, in dioec. Cantuariensi in Anglia. *OC*. 91.
[6] Vallis S. M. de Crokesden [?] in dioec. Lincolniensi. *OC*. 176.
[7] Melrosa, in Scotia, dioec. Glascuensi. *OC*. 39.
[8] Seu Vaudey, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 94.

Abbates Vallis bonae [1] et Sancti-Andreae [2] in Hispaniis et de Warven [3] in Suetia et de Lugna [4] in Polonia, et de Scala-Dei [5], de Berdonis [6] et de Benedictione Dei [7], de Bono fonte [8], de Follans [a] [9], et de Flora [10], qui hoc anno non venerunt ad Capitulum, cum venire deberent [b], sententia Capituli generalis puniantur, donec Cistercio se praesentent. Abbas de Sacramenia [c] [11], Hispanis; abbas de Gimont [d] [12], Gasconibus [e], abbas de Scoprovinica [f] [13], Poloniis; abbas de Spina [g] [14], Vallis bonae et Sancti-Andreae, abbatibus hoc denuntient. **22**

Abbas de Longo-Villari[15] qui in dedicatione basilicae suae ingressum mulieribus sustinuit [a] ultra quam indultum est a Capitulo, sex diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua. Conventus [c], si non reclamavit, uno die sit in pane et aqua. **23**

Abbati [a] de Bonaude[16] districte praecipitur ut infra festum Omnium Sanctorum sic componat cum Burgensibus [b] Sancti-Aegidi [17] qui de eo plurimum conqueruntur, ne clamor eorum super hac de re ulterius audiatur; alioquin omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis maneat donec ad plenum condigna fiat restitutio Burgensibus [c] praefatis. Prior et cellerarius similiter puniantur. **24**

---

22 : *JP*[1]. [a] Fullientio : *J*. [b] debuissent : *J*. [c] Sacrameniae : *J*. [d] Gimondi : *J*. [e] Vasconibus : *J*. [f] de quo provinice : *P*[1]. [g] Spinae : *J*.
23 : *JL*[1]*P*[1]. [a] toleravit : *J*. [b] duobus : *J*. [c] vero : *J*.
24 : *JP*[1]. [a] Abbas : *P*[1]. [b] Bergensis : *P*[1]. [c] Bergensis saepe dictis : *P*[1].

---

[1] Valbuena, in Veteri-Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.
[2] Huius nominis non videtur extitisse in Hispania monasterium virorum; prope Hispaniam videmus abbatiam S. André du Jau, in dioec. Perpinianensi. *OC*. 147.
[3] Varnhem, in Suecia, dioec. Scarensi. *OC*. 120.
[4] Forma passim usitata pro monasterio Wongrowitz, in Polonia, dioec. Gnesnensi. *OC*. 72.
[5] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 47.
[6] Seu Bolbona, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.
[7] Bénissons-Dieu, in Vasconia, dioec. Convenensi. *OC*. 184.
[8] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.
[9] Feuillant, in Languedocio, dioec. Rivensi. *OC*. 157.
[10] Seu Flaran, in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 126.
[11] In Veteri-Castella, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.
[12] In Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 78.
[13] Koprzywnica (Clara-Provincia), in Polonia, dioec. Cracoviensi. *OC*. 184.
[14] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[15] Longvilliers, in dioec. Atrebatensi. OC. 102.
[16] Seu Bona-Vallis, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 144.
[17] Saint-Gilles (les Boucheries), in regione Gard.

25 Abbates de Roseriis [1] et de Balerna [a] [2] qui post completorium cum monachis et conversis fregerunt silentium contra statutum Regulae, uno die sint in pane et aqua, et tam ipsi quam ceteri, praecepta Regulae de facili [b] non omittant.

26 Querela de Rege Portugalliae [3] qui [a] in multis affligit Ordinem, committitur domino Cistercii qui procuret [b] ut personae authenticae ex parte ipsius regem conveniant et inducant ad amorem Ordinis et reverentiam ampliorem; sed [c] et Domino Papae [4] ut sic dicto regi dignetur scribere ut [5] a vexationibus iam dictis se compescat.

27 Querela abbatum de Claustro [a] [6] et Sconaugiae [b] [7], committitur abbati de Eurebac[c] [8], qui sic componat inter eos, ut et charitas Ordinis conservetur, et domus quam misericorditer aliis de [d] charitate providet supra modum non gravetur.

28 Querela Arnuphi Canis [a] de monachis de Querchetele [b] [9] qui lanam suam praevendiderunt, committitur abbati de Fontanis[10] qui pactione quam habet filia eius [c] quam praediximus cum praedicto Bergense faciat, auctoritate Capituli generalis, firmiter observari, et quia [d] praesumpsit, sequenti anno veniat ad Capitulum, super hoc veniam petiturus. Abbas de Valle-Dei [e] [2] hoc ei denuntiet.

---

25 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Balernae : *J*. [b] facile : *J.*; *deest apud L²MP¹⁰*.

26 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] dicitur... affligere : *J*. [b] personas authenticas ex parte ordinis... convenire... inducere : *J*. [c] quin etiam... suggerat : *J*. [d] quatenus ab exactionibus se compescat : *J*.

27 : *JP¹*. [a] Claustri : *J*. [b] Scanaisgra : *P¹*. [c] Esterbacensi : *J*. [d] ex : *J*.

28 : *JP¹*. [a] burgensis : *J qui linea crassa supprimit verbum* « Canis ». [b] Kerquetele : *J*. [c] sua cum praefato viro faciat...: *J*. [d] contra : *J*. [e] Vallis-Dei : *J*.

---

[1] Rozières, in dioec. Sancti-Claudii. *OC*. 26.
[2] Balerne, in dioec. Sancti-Claudii. *OC*. 41.
[3] Sanctius I, 1185-1212.
[4] Innocentius III, 1198-1216.
[5] Claustrum Novum, i. e. Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.
[6] i. e. Sconaugia, Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.
[7] Eberbach, Schonaugiae mater, in dioec. Moguntina. *OC*. 20.
[8] Prob. Kirksted, Fontium filia, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 55.
[9] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[10] Vaudey, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 94.

Querela abbatis de Mera [1] contra abbatem de Karrazeto, [a] [2] committitur abbatibus de Spina [b] [3] et de Morerola [c] [4] auctoritate Capituli terminanda. 29

Querela [a] de Bello-becco [b] [5] et Fulcardi montis, [6] committitur abbatibus Savigniaci [7] et Ursi-campi, [8] auctoritate Capituli terminanda. 30

Querela abbatum Vallis clarae [9] et de Valle regis[10] iterum committitur abbatibus Ursi campi[11] et Longi pontis,[12] ut inspectis diligenter instrumentis utriusque partis, querelam ipsam ita compescant, ne [a] propter hoc ad Capitulum ulterius recurratur. 31

Quaerela abbatum Novi castri[13] et de Sonebone,[a] [14] committitur abbatibus de Alta sylva[b] [15] et de Parix,[16] et de Uterina valle,[c] [17] auctoritate Capituli terminanda. 32

Quaerela de Becco[18] et de Cliva,[19] committitur abbatibus de Varvelee,[a] [20] et de Karreria[b] [21] ut compositione inter easdem domos primitus factam, auctoritate Capituli faciant firmiter observari. 33

---

29 : *JP*¹. [a] Karrazeti : *J*. [b] Spinae : *J*. [c] Morelole : *P*¹.
30 : *JP*¹. [a] abbatiarum : *J*. [b] Beaubec : *J*.
31 : *JP*¹. [a] ut non ulterius ad Capitulum : *J*.
32 : *JP*¹. [a] Scorcebonae : *J* [b] Altaesylvae : *J*. [c] Uterinae vallis : *J*.
33 : *JP*¹. [a] Varveleae : *J*. [b] Carreriae : *J*.

---

[1] Seu Meyra, in Gallecia, dioec. Lucensi. *OC*. 73.
[2] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[3] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[4] Moreruela, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.
[5] Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.
[6] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.
[7] Savigny, in Normannia. dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
[8] Ourscamp, in dioec. Bellovacensi *OC*. 17.
[9] Vauclair, in Insula-Franciae, dioec. Suessionensi. *OC*. 32.
[10] Valroi, in dioec. Remensi. *OC*. 117.
[11] Cf. nº 8.
[12] Longpont, in Picardia, dioec. Sessionensi. *OC*. 22.
[13] Neuburg, in dioec. Argentinensi. *OC*. 18.
[14] Stürzelbronn (?) in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 72.
[15] Haute-Seille, in Lotharingia, dioec. Nanceyensi. *OC*. 60.
[16] Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinensi. *OC*. 56.
[17] Eusserthal, in Bavaria Rhenana, dioec. Spirensi. *OC*. 114.
[18] Bello Becco (?) Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.
[19] Clive, seu Vallis-Florida, in dioec. Bathoniensi in Anglia. *OC*. 202.
[20] Waverley, in dioec. Wintoniensi in Anglia. *OC*. 16.
[21] Quarraria, Quarr Abbey, in Vecta insula (Wight). *OC*. 99.

34 Querela Petri[a] civis Londonensis et quorumdam Bergensium[b] contra abbatem de Straflur[c] [1], committitur abbatibus de Neth[2], de Kingesud[d] [3], de Combrimer[e] [4] et de Bilduaus[f] [5] qui querelas ipsas ita compescant, sicut viderint expedire.

35 Committitur abbati Fossae novae[6] ut suggerat Domino Papae[7] de abbate de Luena[a] [8] qui, occasione litterarum Domini Papae, praedicationi et vagationi intendit et domus suae providentiam omittit. Item scribat de episcopo Liflandren[b] [9] qui dicit se tali auctoritate Domini Papae fungi, quia[c] monachos vel conversos nostros sibi liceat sine licentia abbatum assumere et secum adducere.

36 Querela abbatum de Commaloen[10] contra abbatem de Begar[a] [11], committitur abbatibus Savigniaci[12] et de Buzeio[b] [13], et de Veteri villa[c] [14], auctoritate Capituli terminanda.

37 De abbate de Albeniaco[a] [15] qui dicitur habere garciones[b] in refectorio et in coquina et in multis[c] aliis accusatur, committitur abbati patri[16] et abbati de Buliis[d] [17] qui rem diligenter inqui-

---

34 : *JP*[1]. [a] Petri : *deest* *P*[1]. [b] burgensium : *J*. [c] Strafleur : *J*. [d] Kinseduce : *J*. [e] Combremar : *J*. [f] Bilduvalz : *J*.

35 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Licena : *P*[1]. [b] Lisflandrensi : *J*. ; Luslandensi : *L*[1]. [c] quod : *L*[1].

36 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Begarii : *J*. [b] Busaii : *J* ; Buzaio : *L*[1]. [c] Veteris villae : *J*.

37 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Albeniaci : *J*. [b] pueros in refectorio servientes, tum etiam in : *J*. [c] quoque : *J*. [d] Bullionis : *J*.

---

[1] Strata-Florida, Stratfleur, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 151.
[2] Neath abbey, in Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 98.
[3] Kingswood, in dioec. Glocestriensi. *OC*. 58.
[4] Cumbermere, in dioec. Conventrensi. *OC*. 100.
[5] Bildwas, in dioec. Cestriensi. *OC*. 102.
[6] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[7] Innocentius III, 1198-1216.
[8] Luema, Luenkloster, seu Locus Dei, in Iutia-meridionali, dioec. Ripensi. *OC*. 168.
[9] Lismorensis (?) in Hibernia, cuius episc. Malachias de Ord. cist. erat assumptus. *HC*. I, 308.
[10] i. e. B. M. de Silva-Mellonis, in Britannia Minori, dioec. Corisopitensi. *OC*. 69.
[11] In dioec. Briocensi. *OC*. 18.
[12] Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
[13] Buzay, in dioec. Nannetensi. *OC*. 35.
[14] S. M. de la Vieu-Ville, in dioec. Redonensi. *OC*. 105.
[15] Aubignac, in dioec. Bituricensi. *OC*. 149.
[16] i. e. abbati de Dalona, in dioec. Tutelensi. *OC*. 147.
[17] Bulium, Le Beuil, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 148.

rant, et tam in capite quam in membris, auctoritate Capituli, quae corrigenda cognoverint, digne corrigant.

Querela abbatis Sancti-Sulpitii [1] contra abbatem de Casania [a] [2] filium suum committitur abbati Pontiniaci auctoritate Capituli terminanda. 38

Querela inter domum [a] de Firmitate et de Fontineto, [3] committitur domino Cistercii et abbati Claraevallis, auctoritate Capituli terminanda. 39

De cellerario et converso Sancti-Anasthasii [4] qui minus sufficientem annonam ministraverunt abbati Fontis Danielis [5] et converso abbatis [a] minas et convitia irrogaverunt, committitur abbati Fossae novae [6] qui rem diligenter inquirat, et si ita invenerit, auctoritate Capituli corrigat. 40

Querela abbatum de Quintiaco [a] [7] et de Fonteneto [b] [8] committitur domino Cistercii et abbati Claraevallis, qui compositionem prius factam temperent sicut [c] viderint expedire. 41

De cellerario Fonteneti qui, ut dicitur, segetem in campo de Firmitate [a] subverti fecit, et aliquid superseminari, et de grangia quae aedificatur iuxta grangiam de Maceriis [b] [9] committitur abbatibus Bellae vallis[10] [c], Albae ripae[11] et de Tulleio[12], qui rem diligenter inquirentes corrigant et ordinent sicut [c] viderint expedire. Eisdem committitur querela Burgensium Belnensium contra domum Fontineti. 42

---

38 : *JP*[1]. [a] Cassaniae : *J*.
39 : *JL*[1]*P*[1]. [a] domos Firmitatis et Fontineti : *J*.
40 : *JP*[1]. [a] ipsius : *J*.
41 : *JP*[1]. [a] Quintiaci : *J*. [b] Fontineti : *J*. [c] ut : *J*.
42 : *JP*[1]. [a] Firmitatis : *J*. [b] Maceriarum : *J*. [c] prout : *J*.
[d] Burgensis de Bayne : *P*[1].

---

[1] S[t]-Sulpice, in Sabaudia, dioec. Bellicensi. *OC*. 27.
[2] N. D. de la Chassagne, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 147.
[3] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.
[4] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, prope Romam. *OC*. 62.
[5] Fontaine-Daniel, in dioec. Vallis-Guidonis. *OC*. 210.
[6] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[7] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.
[8] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.
[9] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.
[10] Bellevaux, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 8.
[11] Auberive, in dioec. Lingonensi. *OC*. 44.
[12] Tulley, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 19.

43 Querela abbatum de Petrosa [1], Cadunii [2] et de Buscanio [a] [3], committitur abbatibus de Bonoloco [b] [4], de Albis petris [5] et de Columba [6], auctoritate Capituli terminanda.

44 Abbatibus de Pinu [7] et de Gratia Dei [8] committitur de monacho de Castellariis [9] qui dicitur vinum diu vendidisse in domo infamis mulieris ; qui diligenter inquirant, et si tantum excessum invenerint, corrigant et emendent.

45 Abbati Morimundi committitur ut domui Francarum[10] super debitis ita provideat ne super hoc querimonia ulterius ad Capitulum deferatur.

46 Petitio abbatis Sanctae Crucis[11] de abbatia transferenda committitur abbati Morimundi, qui de hoc ordinet, disponat, sicut viderit expedire.

47 Petitio [a] fratrum [b] de Calatraven[c] [12], committitur domino Cistercii et abbati Morimundi qui ordinent sicut viderint expedire ; in praesenti tamen conceditur eis ut [d] in domibus Ordinis nostri stent [e] in retro choro vel in praesbyterio [f] In infirmitoriis aut in loco separato eis honeste serviatur ita tamen ut quamdiu in abbatiis sunt [g], cappas habeant, et haec sententia inter definitiones scribatur.

---

43 : *JP*[1]. [a] Buscanii : *J*. [b] Boniloci : *J*.
44 : *JP*[1].
45 : *JP*[1]. [*M ann.* 1210].
46 : *JP*[1].
47 : *D*[3]*JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10] [*P*[3]*T*[3] *ann.* 1199]. [a] Fratribus de Calatrava conceditur ut in domibus... : *D*[3]*P*[3]*T*[3]. [b] abbatum : *perp. P*[1]. [c] militiae Calatravensis : *J*. [d] ne : *P*[1]. [e] stare retrochorum vel presbyterium : *J*. [f] in cappis tamen sint quamdiu in abbatiis nostris fuerint : *D*[3]*P*[3]*T*[3]. [g] erunt : *JP*[1].

---

[1] La Peyrouse, in dioec. Petragoricensi. *OC*. 134.
[2] Cadouin, in dioec. Petragoricensi. *OC*. 7.
[3] Boscum Cavum, Bouchaud, in dioec. Petracoricensi. *OC*. 150.
[4] Bonlieu, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 148.
[5] Aubepierres, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[6] In dioec. Lemovicensi. *OC*. 88.
[7] Le Pin, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 65.
[8] In dioec. Rupellensi, in Pictavia. *OC*. 34.
[9] N. D. des Châtelliers, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 150.
[10] Francae-Valles, Franquevaux, Morimundi filia, in dioec. Nemausensi. *OC*. 73.
[11] Heiligenkreuz, Morimundi filia, in Austria, dioec. Vindobonensi. *OC*. 36.
[12] Calatravae militia, de Ordine cisterciensi orta.

Abbatibus de Rivals [a] [1], de Gardone [2] et de Varvelia [b] [3] committitur ut 25 marchas et 8 sol. et 4 stellingos [c] qui pro interdicto Angliae expensi sunt per abbatias Angliae colligant, et infra Pascha Claramvallem reportentur [d], Cistercio unde sumpti sunt usque [e] ad sequens Capitulum generale persolvendi. 48

Querela quae vertitur inter abbates Grandisylvae [4] et Gimundi [5] super quibusdam pasturis, abbatibus Boni fontis [6] et Bellaeperticae [7] quibus anno praeterito commissa fuerta, iterum committitur, auctoritate Capituli terminanda. 49

Petitio abbatum Walliae [a] qui petunt ut singulis annis veniat aliquis eorum [b] ad Capitulum, et [c] non veniant simul, committitur abbati Claraevallis qui disponat et ordinet sicut viderit expedire. 50

Abbati de Sancto-Prudentio [a] [8] conceditur ut pro privilegio obtinendo ad Curiam [b] pergat vel mittat. Hoc ipsum conceditur abbatibus de Sanzeda [9] et Aquilarum [10]. 51

Abbati de Pinu[11] conceditur [a] ut anniversarium Regis Richardi in domo sua fiat, sedendo tamen. 52

Conceditur abbati S. Thomae[12] ut festum [a] XII lectionum fiat pro B[ta]. Margareta in domo sua. 53

Abbati Caroliloci[13] conceditur ut in domo sua dies anniversarius [a] Domini Bituricensis[14] agatur. 54

---

48 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Rievallis : *J*. [b] Waurelec : *L¹P¹* ; Waverlée : *L²P¹⁰*. [c] sterlingas : *M*. [d] reportent : *J*. [e] intra : *J*.

49 : *JP¹*.

50 : *JL¹P¹*. [a] Valliae petentium : *J*. [b] tantum : *J*. [c] non autem simul omnes : *J*.

51 : *JMP¹*. [a] Sancti-Prudentii : *J*. [b] curias : *M*.

52 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] conceditur anniversarium... facere : *J*.

53 : *JL¹P¹*. [a] festum facere... de beata Margareta... : *J*.

54 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] anniversarium... facere : *J*.

---

[1] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*.22.

[2] Garendon, in dioec. Conventrensi. *OC*. 30.

[3] Waverley, Geroldoniae (Garendon) mater, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.

[4] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana *OC*. 81.

[5] In Vasconia, dioec. Auscensi. *OC*. 78.

[6] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.

[7] In Vasconia dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.

[8] In Veteri-Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.

[9] Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 143.

[10] S. Petrus de Aquilis, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 159.

[11] Le Pin, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 65.

[12] In ditione Venetorum, dioec. Torcellana. *OC*. 213.

[13] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.

[14] Guillelmus de Donjeon, 1200-1209, antea Caroliloci abbas, canoniz. ann. 1218. *SE*. 523; *HC*. I, 138.

55 Vigilia S[tae] Crucis, abbates convenientes ad Capitulum intrent [a] Cistercium semel, [b] sicut in die S[tae]. Crucis [c] commessuri post Nonam, nec eo die liceat intrare alicui qui non sit de Ordine nostro. Quod si dies dominicus fuerit, circa Nonam veniant, coenaturi post Vesperas, in [d] crastino mane post missam Capitulum intraturi [e].

56 Inter Pentecosten et Capitulum conveniat Dominus Cisterciensis[a] cum quatuor primis abbatibus[b] et aliis quos duxerint evocandos ad tractandum de negotiis Ordinis. Porro dies et locus quo debeant [c] convenire, in visitatione Cistercii definietur.

57 Abbates ad Capitulum venientes vel inde redeuntes in grangia de Estormir recipiantur ; et si ad aliam de Aringinx diverterint in die qua solebant in ea recipi, nihil eis ministrabitur.

58 Querela [a] de Nugariis [1] et de Mathaplana [b] [2] iterum committitur abbatibus de Subraude [b] [3] et de Ursaria [4] auctoritate Capituli terminanda. Abbas de Ursaria qui renuntiare debuit quid actum esset et [d] non renuntiavit, statutam super hoc poenam sustineat, scilicet [e] tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Mera [5] hoc ei denuntiet.

1210

1 Quod de Chartusiensibus [a] definitum fuit [b] firmiter observetur,

---

55 : *C¹D³JL¹L²MP¹P¹⁰*.[*P³T³ ann.* 1199]. [a] Cistercium intrent simul : *C¹* [b] Commessuri semel : *J.* [c] Post Nonam, nec eo die liceat : *J.* [d] mane vero crastini : *J.* [e] *apud D³P³T³* : Abbates venientes ad Capitulum, in vigilia Sanctae Crucis intrent Cistercium sicut in die Sanctae Crucis intrare solebant post Nonam comesturi ; quod si dies dominica fuerit, circa Nonam intrent post Vesperam cenaturi ; nec illo die intrabunt aliqui saeculares vel qui non sunt de Ordine nostro.

56 : *C¹JL¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] Cistercii : *L¹L²MP¹P¹⁰*. [b] tractare de negotiis Ordinis : *P⁴T⁴*, *nec quidquam amplius.* [c] debebunt : *J.*

57 : *JL²MP¹*.

58 : *JP¹*. [a] abbatiarum : *J.* [b] Metaplana : *J.* [c] Subraudae et Ursariae : *J.* [d] nec retulit : *J.* [e] videlicet : *J.*

1 : *C¹JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Cartusiensibus : *C¹J.*

---

[1] Nogalès, in Legione dioec. Asturicensi. *OC.* 152.

[2] Seu Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC.* 170.

[3] Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC.* 67.

[4] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC.* 63.

[5] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucensi. *OC.* 73.

videlicet ut nullum de eorum Ordine sine ipsorum [c] licentia recipiamus, sed [d] et ipsi de [e] nostris [f] sine assensu nostro nullum [g] recipiant [h].

Abbates venientes ad Capitulum vigilia Sanctae Crucis intrent 2
Cistercium sicut in die Sanctae Crucis [a] consueverant moderate tamen, ut ante Sextam Cistercio se praesentent. Capitulum, cum opportunum fuerit, intraturi [b].

Hospitibus et peregrinis intrantibus in crastino [a] et in die 3
Sanctae Crucis, et eadem die fiat sermo [b] et in Capitulo et ante Sextam eius [c] diei Definitores nominentur.

Quando Missa alicuius sancti intitulata in Gradali [a] impeditur 4
pro [b] praesenti defuncto vel ieiunio, eadem [c] die alicui [d] a cantore privatim iniungatur.

In elevatione Corporis Dominici omnes petant veniam et tam- 5
diu sic maneant donec post consecrationem sanguinis sacerdos elevet manus suas [a].

Tam [a] abbates quam monachi ubique [b] ieiunium quod serva- 6
tur [c] in Ordine [d] et indictum est in regula, a XVIII° kalendas octobris usque ad [e] caput Quadragesimae, illibatum teneant [f], ut uniformitas in Ordine teneatur [g].

---

[b] est alias : *J* ; fuerit C^1. [c] licentia ipsorum : C^1. [d] nec : *J*. [e] Ordine nostro : *J*. [f] quempiam : *J*. [g] nullum : *deest* L^1. [h] absque assensu nostro : *J*.

2 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}T^4$. [a] antea : *J*. [b] ingressuri : *J*.

3 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}T^4$. [a] id est die Sanctae Crucis, et eadem die fiat : C^1 ; Capituli, nempe die ipso Sanctae Crucis et eadem die... : *J*. [b] Reliqua pars huius Capituli continetur distinct. 5, cap. 10 : T^4. [c] eiusdem : C^1.

4 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] Graduali : JT^3 [b] a : *J*. [c] eadem missa alicui : T^3. [d] alicui *deest* C^1.

5 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] Ut in missa quando sacerdos usque ad *Qui pridie quam pateretur* pervenerit et hostiam elevaverit, omni tempore omnes petant veniam, exceptis illis qui in dormitorio fuerint, tamdiu sic manentes donec post consecrationem sanguinis sacerdos elevet manus suas : $D^3P^3T^3$. Minor campana pulsetur uno ictu in elevatione hostiae in missis de conventu et omnes petant veniam sicut soliti sunt post *Agnus Dei*, et tamdiu sic maneant orationem quam Deus inspiraverit facientes donec post consecrationem sanguinis sacerdos manus elevare incipiat ; omnes qui audierint flectant genua praeter illos qui in dormitorio fuerint : P^4T^4.

6 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [$P^3T^3$ *ann.* 1199]. [a] Ab idibus septembris usque ad caput quadragesimae, tam abbates... P^4T^4. [b] ubique : *deest* $D^3P^3T^3$. [c] servatum : T^3. [d] a kalendis : T^3. [e] in : C^1. [f] custodiant : $D^3P^3T^3$. [g] remaneat : *J* ; conservetur : P^4. *Add. in* $D^3P^3T^3$: nec ab aliquo frangatur alicuius episcopi precibus vel favore. *apud* P^4T^4 : presentibus etiam episcopis vel hospitibus.

7 Abbas de Karrezeto[a][1] qui de[b] mandato Capituli, 60 obolos ad[c] Capitulum deferre debuit et reddere abbati de Begar[d][2] et non fecit, usque ad Pascha reddat. Quod si neglexerit, ab illa die omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis sit[e] quousque compleat. Abbas de Spina[3] qui[f] nuntiare debuit et[g] minime nuntiavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Orta[h][4] hoc eis denuntiet.

8 Abbates de Subraude[a][5] et de Ursaria[6] qui nuntiare debuerunt Capitulo quid actum esset[b] de querela[c] de Nugariis[7] et de Mathaplena[d][8], et minime nuntiaverunt tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Mathaplana[e] hoc eis nuntiet.

9 Abbas de Charreto[a][9] qui indumenta sacerdotalia benedixit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et nullus abbas hoc deinceps[b] praesumat[c].

10 Abbates de Macennaria[a][10] et de Ponte Alto[b][11], de Aquilis[c][12] et de Ribeto[d][14], qui hoc anno venire debuerunt ad Capitulum et[e] non venerunt, scriptam super hoc poenam sustineant[f], videlicet ut omni sexta feria sint in pane et aqua[g], extra stallum abbatis,

---

7 : *JP^{1}*. [a] Carreseti : *J*. [b] ex : *J*. [c] ad ipsum : *J*. [d] Begarii nec obedivit, intra : *J*. [e] sedeat quousque adimpleat : *J*. [f] hoc ei antea : *J*. [g] nec : *J*. [h] Horta : *J*.

8 : *JP^{1}*. [a] Superadae et Ursariae : *J*. [b] extiterit : *J*. [c] monasteriorum : *J*. [d] Metaplanae, nec : *J*. [e] Metaplanae : *J*.

9 : *$C^{1}JL^{1}MP^{1}P^{4}P^{10}T^{4}$*. [a] Charreti : *J*. [b] de cetero : *$L^{1}MP^{1}$*. [c] *Lex generalis apud $P^{4}T^{4}$*. Vestes sacerdotales vel cimeteria nulli abbatum Odinis nostri benedicere licet nec personam Ordinis sine litteris recipere.

10 : *JP^{1}*. [a] Macennariae : *J*. [b] Montis albi : *J*. [c] Aquilarum : *J*. [d] Ribeti : *J*. [e] nec : *J*. [f] subeant, nempe sint : *J*. [g] tum : *J*.

---

[1] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[2] In dioec. Briocensi, Britannia minori. *OC*. 18.
[3] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[4] Horta, Huerta, in Veteri Castilla. dioec. Seguntina. *OC*.
[5] Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[6] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.
[7] De Nucalibus, Nogalès, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 152.
[8] Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.
[9] Seu Ceretum, Cerredo, in Lombardia, dioec. Laudensi. *OC*. 43.
[10] Macenaria, Maçeiradum, in Lusitania, dioec. Visensi. *OC*. 187.
[11] Pontaut, in Vasconia, dioec. Adurensi. *OC*. 127.
[12] Sanctus-Petrus de Aquilis, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 159.
[13] i. e. Rivetum, Le Rivet, in Guiennia, dioec. Burdigalensi. *OC*. 191.

donec Cistercio se praesentent. Abbas de Oia [1] [h] hoc eis denuntiet. Abbas autem de Risu agni [2] abbati de Ribeto nuntiet [i].

Abbati de Ridahusen [3] praecipitur ut patri abbati [4] usque [a] ad festum S. Martini ex integro [b] restituat omnia ad aestimationem abbatis de Valchemredem [c] [5], quae [d] eidem patri abbati ablata fuerunt [e] in domo eius, tempore visitationis. Conversus autem qui verba comminatoria in eumdem visitatorem proferre praesumpsit, usque ad Nativitatem Domini, Morimundum pedes veniat, ad arbitrium abbatis Morimundi satisfacturus. **11**

Abbas de Comaloen [a] [6] qui inobediens fuit [b] patri visitatori super eiectione parentum monachorum, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Monachi [c] qui pro defensione parentum, abbati [d] suo restiterunt, usque [e] ad sequens Capitulum omni sexta feria sint in pane et aqua, et quamdiu ipsi [f] parentes [g] in eadem domo manebunt [h]. **12**

Abbas Sancti-Georgii [7] qui visitationem sibi iniunctam facere praetermisit scriptam super hoc poenam sustineat scilicet [a] tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. **13**

Nullus autem [a] abbas personam aliquam [b] nostri Ordinis sine litteris commendatitiis in [c] suum collegium recipere praesumat. **14**

Abbas de cuius consensu abbatia de Beer [a] sine Capituli assensu pro infortunio incendii dicitur fuisse translata, [b] tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. De [c] cetero **15**

---

[h] Oya : *J*. [i] denuntiet : *J*.
11 : *JP*[1]. [a] intra : *J*. [b] integre : *J*. [c] Valchenrode : *J*. [d] nam ea : *J*. [e] fuere a domo sua : *J*.
12 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Coetmaloen : *L*[1]*M*. [b] extitit : *J*. [c] vero : *J*. [d] patri abbati : *J*. [e] intra : *J*. [f] ipsi : *deest J*. [g] eorum : *J*. [h] manserint : *J*.
13 : *JP*[1]. [a] hoc est ut : *J*.
14 : *C*[1]*JL*[1]*P*[1]*P*[4]. [a] autem : *deest J*. [b] aliquam : *deest J*. [c] in suum collegium : deest *J*.
15 : *JP*[1]. [a] post infortunium incendii : *J*. [b] absque assensu : *J*. [c] Porro deinceps : *J*.

---

[1] Oya, Hoya, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 185.
[2] Alias Bonus Locus, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 64.
[3] Riddagshausee, in dioec. Halberstadiensi. *OC*. 84.
[4] i. e. abbas Amelongesbornae, in dioec. Hildeshemiensi. *OC*. 38.
[5] Walkenried, in dioec. Monguntina. *OC*. 15.
[6] B. M. de Silva-Mellonis, in dioec. Corisopitensi, in Britannia. *OC*. 69.
[7] i. e. Vallis S. Georgii, Georgenthal, in dioec. Moguntina. *OC*. 67.

committitur abbatibus de Cara Insula [d] [1] et de Tuta Valle [e] [2] ut locum ad quem domus illa translata est, considerent et faciant sicut [f] viderint expedire. Abbas de Beer hoc eis denuntiet.

16 Querela abbatis de Mera [3] contra abbatem de Karrezeto [a] [4] iterum committitur abbatibus de Spina [b] [5] et de Morelore [6], auctoritate Capituli terminanda. Abbas de Orta [7] hoc eis denuntiet.

17 Querimonia [a] abbatis Floregii [b] [8] de abbate Grandis Silvae [9] qui pecuniam domus Floregii [c] contra formam Ordinis dicitur recepisse et personas eiusdem domus eiecisse, committitur abbatibus de Sylvacana [d] et de Sinac qui rem diligenter inquirant et [e] Capitulo sequenti renuntient.

18 Querela abbatum Coetmaloen [a] [10] et de Begar [b] [11] iterum committitur abbatibus de Saviniaco [c] [12] et de Buzeio [13] et de Veteri Villa, [14] auctoritate Capituli terminanda.

19 Praecipitur abbatibus de Maceriis [a] [15] et de Buxeria [16] ut ex parte Capituli generalis episcopum Aeduensem [17] infra dies XV adeant pro damnis et iniuriis domui Fontineti [18] illatis.

---

[d] Carae Insulae : *J*. [e] Tutae Vallis : *J*. [f] prout : *J*.

16 : *JP*¹. [a] Carrezeti : *J*. [b] Spinae et Morelolae : *J*.

17 : *JP*¹. [a] Querela : *J*. [b] Thoroneti adversus abbatem : *J*. [c] Toroneti : *J*. [d] Sylvacanae et Sinanquae : *J*. [e] et rem sequenti : *J*.

18 : *JL*¹*P*¹ [a] Comaloen : *J* ; Chomaloen : *P*¹. [b] Begarii : *J*. [c] Savigniaci et Busaii et Veteris Villae : *J*.

19 : *JP*¹. [a] Maceriarum et Buxeriae : *J*.

---

[1] Alias Oem, in Jutia septentr. dioec. Arusiensi. *OC*. 154.
[2] Seu Twis Kloster, in Jutia dioec. Ripensi. *OC*. 146.
[3] Meya, in Gallecia, dioec. Lucensi. *OC*. 73.
[4] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[5] Espina, in Legione, dioec. Paleintina. *OC*. 108.
[6] Morerola, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.
[7] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[8] Seu Toronetum, ut in *J* ; in dioec. Foroiuliensi. *OC*. 40.
[9] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[10] B. M. de Silva-Mellonis, in dioec. Corisopitensi. *OC*. 69.
[11] In dioec. Briocensi. *OC*. 18.
[12] Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
[13] Buzay, in dioec. Nannetensi. *OC*. 35.
[14] S. M. de la Vieu-Ville, in dioec. Redonensi. *OC*. 105.
[15] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.
[16] La Bussière, in dioec. Divionensi. *OC*. 19.
[17] Gualterus, 1189-1223. *SE*. 500.
[18] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.

Super ingressu violento mulierum in Bellam Vallem [1] et do- 20
mum de Charitate [a] [2], supplicetur Domino Papae, et hoc Dominus
Cistercii provideat. Similiter [b] et de decano Senonensi qui perso-
nas nostri Ordinis per ecclesias denuntiare fecit excommunicatas.

Querela abbatis de Prato [a] [3] contra abbatem Caroliloci [4] com- 21
mittitur abbatibus de Briostel [5] de Sancto Portu [6] et de Joyaco [7],
auctoritate Capituli terminanda.

De monacho quondam Lugdunensi abbate qui fraudulenter 22
se fingit episcopum, committitur Domino Cistercii, et [a] super
hoc Domino Papae scribat. Monachi autem qui cum eo in-
ordinate vagantur, nisi usque [b] ad Pascha ad domos proprias
revertantur, pro fugitivis habeantur. Abbas de [c] Andreo[8] hoc eis
denuntiet.

Abbati de Bono [a] Portu [9] conceditur ut anniversarium Regis 23
Richardi [10] in domo sua sedendo fiat [b].

De converso de Bergis [a] [11] qui, quando [b] emit coria domui [c] 24
suae, comparat etiam coria ad opus alterius, unde [d] domini
terrarum perdunt [e] pedagia et alios [f] proventus, committitur
abbati Morimundi qui, si ita invenerit, digne corrigat.

Querela abbatum de Nugariis [12] et de Mathaplana [a] [13] iterum 25
committitur abbatibus de Subraude [b] [14] et de Ursaria [15] qui omni-

---

20 : JL^1P^1. [a] Charitatis : *J*. [b] quoque : *J*.
21 : JP^1. [a] abbatis Prati : *J*.
22 : JP^1. [a] ut : *J*. [b] intra : *J*. [c] Abbas Sancti-Andreae : *J*.
23 : $JL^2MP^1P^{10}$. [a] Boni-Portus : *J*. [b] facere : *J*.
24 : $JL^2MP^1P^{10}W$. [a] Bergensi : *J*. [b] cum : *J*. [c] domui suae : *deest* *J*. [d] fit ut : *J*. [e] perdant : *J*. [f] aliosque : *J*.
25 : JP^1. [a] Metaplanae : *J*. [b] Subrauda : *J*.

---

[1] Bellevaux, in dioec. Bisuntina. *OC*. 8.
[2] In dioec. Bisuntina. *OC*. 30.
[3] i. e. Bellum-Pratum, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 38.
[4] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
[5] Alias Alnetum, Lannoy, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 99.
[6] Seu Barbellum, in dioec. Meldensi. *OC*. 111.
[7] Jouy, in dioec. Meldensi. *OC*. 12.
[8] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.
[9] Bonport, in Normannia, dioec. Ebroicensi. *OC*. 193.
[10] Richardus, Angliae rex, 1189-1199.
[11] i. e. Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.
[12] De Nucalibus, Nogalès, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 152.
[13] Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.
[14] Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[15] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.

modis [c] curam adhibeant ut querela [b] tamdiu agitata, omni occasione postposita terminetur.

26 Querela abbatum Novi Castri [1] et de Storcebornen [a] [2] committitur abbati Morimundi, auctoritate Capituli terminanda. Committitur etiam eidem ut pretium equi pro quo abbas de Lucella [b] [3] conqueritur ei [c] reddi faciat ab abbate de Valbrebac [d] [4].

27 Querela abbatum de Fontineto [a] [5] et de Quintiaco [6] iterum committitur Domino Cistercii et abbati Claraevallis qui compositionem prius factam temperent, sicut [b] viderint expedire.

28 Item querela de Firmitate [a] et de Fontineto [7] iterum eisdem committitur.

29 Querela abbatum de Claustro [a] [11] et de Sconaugia [12] committitur abbati Claraevallis sic auctoritate Capituli terminanda ne de [b] cetero super hoc in Capitulo quaestio moveatur.

30 Querimonia abbatis Sancti-Laurentii de abbate de Cliva [10] committitur abbatibus de Fordes [2] et de Vaverlée [a] [3] qui in scriptis litteris quas sigillatas remittimus si culpabilem eum invenerint iuxta quod in litteris continetur depositionis poena feriant auctoritate Capituli generalis. Abbas de Eleemosyna hoc [13] eis denuntiet.

31 Abbatibus de Armentariis [14] et de Oia [14] iniungitur ut monachi

---

[c] omnimode : *J.* [d] ista : *J.*

26 : *JP*¹. [a] Stulcerburne : *J.* [b] Abbas Lucellensis : *J.* [c] ipsi : *J.* [d] Valrebach : *J.*

27 : *JL*¹*P*¹. [a] Fontineti et Quintiaci : *J.* [b] prout expediens erit : *J.*

28 : *JL*¹*P*¹. [a] Firmitatis et Fontineti : *J.*

29 : *JP*¹. [a] Claustri et Sconaugiae : *J.* [b] deinceps : *J.*

30 : *JP*¹. [a] Warvelia : *J.*

31 : *JP*¹.

---

[1] Neuburg, in dioec. Argentinensi. *OC.* 18.
[2] Stürzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC.* 72.
[3] Lucelle, in dioec. Argentina. *OC.* 12.
[4] Walderbach, in Bavaria, dioec. Ratisbonensi. *OC.* 78.
[5] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC.* 8.
[6] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC.* 27.
[7] Cf. nº 5.
[8] i. e. Claustrum Novum, Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC.* 31.
[9] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC.* 81.
[10] Al. Vallis-Florida, in dioec. Bathoniensi. *OC.* 202.
[11] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi. *OC.* 40.
[12] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC.* 16.
[13] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC.* 10.
[14] Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC.* 146.
[15] Oya, Hoya, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC.* 185.

quondam abbates qui vagi et non professi discurrunt per Hyspaniam, personas Ordinis diffamantes, diligenter moneant ut ad arbitrium abbatum de Borio, [a] [1] de Macenaria [2], S. Petri de Aquilis [3] et de Superadde [b] [4], ad Ordinem revertantur, non recipiendi in dictis [c] domibus sed ad alias emittendi cum plena satisfactione ; alioquin pro fugitivis habeantur.

Abbatibus de Rievalle [a] [5], de Gardone [b] [6] et de Wavrelée [c] [7] 32
iterum committitur ut XXV marchas et VIII solidos et IV stellingos, qui pro interdicto Angliae expensi sunt, per abbatias Angliae colligant, et infra Pascha Claramvallem reportentur [d], Cistercio unde sumpti sunt usque [e] ad sequens generale Capitulum [f] persolevendi. Abbas de Claravalle hoc eis faciat nuntiari.

Abbas de Fontanis [8] qui filiam suam de Lussa [a] [9] visitare 33
consuevit per monachos, qui etiam visitatorum usurpant officium sibi per annum integrum, veniat in sequenti Capitulo super hoc veniam petiturus. Abbas Claraevallis hoc ei faciat nuntiari. [b]

Abbas de Belbec [a] [10] qui monachum suum personis [b] qui non 34
sunt de Ordine ad construenda [c] pavimenta quae levitatem et curiositatem praeferunt [d] longo tempore concessit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et monachus infra festum Omnium Sanctorum revocetur, et non nisi personis Ordinis nostri de [e] cetero commodandus, apud quas [f] non praesumat construere pavimenta quae maturitatem Ordinis non praetendant. [g]

---

[a] Borii, Macenariae : *J*. [b] Superadae : *J*. [c] suis : *J*.
32 : JL^1P^1. [a] Rievallis : *J*. [b] Gardonis : *J* ; Bardone : L^1. [c] Varveliae : *J* ; Wauvellec : L^1. [d] mittant : *J*. [e] intra : *J*. [f] generale : *J*.
33 : $JL^1L^2MP^1P^{10}W$. [a] Lusa : *J* ; Luida : L^1 ; Bussa : L^2MP^{10} ; Lysa : *W*. [b] denunciari : *W*.
34 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Beaubec : *J*. [b] non existentibus de : *J*. [c] constituenda : L^1 [d] praeseferunt : *J* ; proseferunt : L^2. [e] deinceps : *J*. [f] tamen : *J*. [g] praetendentia : *J*.

---

[1] Burium, Bouro, in Lusitania, dioec. Bracarensi. *OC*. 158.
[2] Maceiradam, in Lusitania, dioec. Visensi. *OC*. 187.
[3] In Lusitania, dioec. Lamencensi. *OC*. 159.
[4] Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[5] Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 22.
[6] Garendon, in dioec. Conventrensi. *OC*. 30.
[7] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16. cf. 1209, nº 48.
[8] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[9] Lysa, Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergensi. *OC*. 88.
[10] Bellus Beccus, Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.

35 Abbas de Fontanis [1] et de Crisquetede [2] et de Luisa [a] [3], qui hoc anno non visitaverunt filias suas in Norvegia, Luisa, Howozeiae [b] [4] et Tutam Insulam [5], tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas Claraevallis hcc eis faciat nuntiari.

36 Abbas de Stafarde [a] [6] qui monachum [b] qui sibi ad habitandum transmissus fuerat, inconsulto Domino Cistercii, auctoritate [c] sua transmisit Cistercium, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

37 Abbati de Rupibus [7] qui sine assensu patris abbatis praesumpsit cedere, iniungitur auctoritate Capituli ut infra festum Omnium Sanctorum ad domum propriam revertatur et in ea officium [a] abbatis exequatur. Si vero reverti noluerit, suspenditur [b] ab altari. Abbas de Regniaco [c] [8] qui sciens et prudens quia [d] non esset absolutus, et contra inhibitionem abbatis Pontigniaci, eumdem retinuit tanquam monachum, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

38 Abbas Savigniaci [9] qui in reditu a Capitulo transitum faciens per Quintiacum [10] indignans et commotus, eo quod abbas Prulliaci [11] stallum ei non cesserit [a], cum suis exivit de ecclesia, et mane recessit benedictione non accepta tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

---

35 : *JP*[1]. [a] Lusa : *J.* [b] Hasbania et tuta insula : *J.*
36 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Stafardae : *J.* [b] transmissum ut habitaret in suo monasterio : *J.* [c] Sponte sua remisit : *J.*
37 : *JP*[1]. [a] Abbatis officium : *J.* [b] suspendatur : *J.* [c] Abbas Rigniaci : *J.* [d] quod : *J.*
38 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] cessisset : *J.*

---

1 Fountains, in dioec. Eboracensi. (*OC.* 37). abbatia mater Kirkstedi et Lysae.
2 Kirksted, in dioec. Lincolniensi. (*OC.* 55). abbatia mater Hovedoae.
3 Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergensi. (*OC.* 88). abbatia mater Tutae Insulae.
4 Hovedoa, Hovedo Kloster, in insula Hofudeya, Norvegiae, dioec. Osloensi. *OC.* 93.
5 Seu Tuttero, in Norvegia, dioec. Nidrosiensi. *OC.* 213.
6 Stafarda, in Pedemontio, dioec. Salutiensi. *OC.* 36.
7 Les Roches, in dioec. Nivernensi. *OC.* 45.
8 Rigny, in dioec. Senonensi. *OC.* 15.
9 Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC.* 95.
10 Quincy, in dioec. Senonensi. *OC.* 27.
11 Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC.* 5.

Abbati Morimundi iniungitur ut per se vel per [a] personam idoneam conveniat Osmorensem episcopum [1] super iis quae irreverenter et contra Ordinis honestatem praesumere dicitur, scilicet [b] in victu et vestitu et aliis quae non conveniunt homini cucullato et sic eum admoneat, auctoritate Capituli, ut non oporteat de eo [c] querimoniam ad aures Domini Papae devenire, si voluerit [d] modestius et ordinatius se habere. **39**

Abbati de Acey [a] [2] iniungitur ut monachos culpabiles de Balerna [b] [3] qui procurationem [c] archiepiscopi Bisuntinensis [d] [4] redemerunt pecunia, auctoritate Capituli [corrigat] ut tam ipsi [e] quam ceteri ab excessu tam notabili sibi noverint praecavendum [f]. **40**

De abbate de Mathaplana [a] [5] qui ratum dicitur habuisse contractum vitiosum factum super quadam guageria, committitur abbatibus de Orta [b] [6] et de Valle Bona [7] qui rem diligenter inquisitam referant ad sequens Capitulum generale. **41**

Querimonia Decani et capituli Eboracensis contra abbates archiepiscopatus [a] committitur abbatibus de Forde [b] [8] et de Bello Loco [9] qui, re diligenter inquisita, referant ad sequens Capitulum quod [c] viderint faciendum. Abbas de Savigniaco [d] [10] hoc eis denuntiet. **42**

---

39 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] alium idoneum : *J*. [b] videlicet : *J*. [c] ipso : *J*. [d] noluerit : *J*.

40 : *JL²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] Acei : *J* ; Aci : *L²P¹*. [b] Balernae : *J*. [c] procuratorem : *P¹*. [d] Bisuntini : *L²P¹*. [e] episcopus : *M*. [f] *J add.* : corrigat digne. *Apud P⁴T⁴ lex generalis* : Procuratio episcopi in consecratione ecclesiae vel altaris aut ceteris huiusmodi a nemine redimatur.

41 : *JP¹*. [a] Metaplanae : *J*. [b] abbatibus Hortae et Vallis-Bonae : *J*.

42 : *JP¹*. [a] Archiepontis : *P¹*. [b] Fordensi et Belli-Loci : *J*. [c] iuste : *J*. [d] Savigniaci : *J*.

---

[1] Robertus, anglus, ord. cister. episc. Olomucensis 1202-1240 (?). *SE*. 297 ; *HC*. I, 376.

[2] Acey, in dioec. S. Claudii, in Burgundia. *OC*. 40.

[3] Balerna, in dioec. Bisuntina (hod. S. Claudii). *OC*. 41.

[4] Amadeus de Dramelay, 1208-1220. *SE*. 515.

[5] Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.

[6] Horta, Huerta, in Veteri-Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.

[7] Valbuena, in Veteri-Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.

[8] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi. *OC*. 40.

[9] Beaulieu-Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.

[10] Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.

43 Abbas de Peleis [1] qui visitavit [a] hoc anno abbatiam de Alcubatia, [b] [2] et nimis gravavit domum illam, occasione [c] visitationis, cum fuerit in expensis dictae domus per sex septimanas, ut dicitur, veniat ad sequens Capitulum ad arbitrium Capituli, si reus inventus fuerit, satisfacturus.

44 Pro [a] pace ecclesiae romanae et pace imperii dicatur in missa conventus *Ecclesiae tuae*, ad quam omnis conventus petat veniam, similiter post communionem, et in illa missa collecta de Spiritu Sancto intermittatur.

1211

1 Abbates ad Capitulum venientes in vigilia Sanctae Crucis, intrent Cistercium ante Tertiam, et post Tertiam missa de Spiritu Sancto in conventu solemniter celebretur.

2 Si dominica fuerit, missa matutinalis de dominica, maior [a] de Spiritu Sancto erit, et hoc apud Cistercium ; in ceteris [b] domibus nostri Ordinis in eadem vigilia missa de Spiritu Sancto dicetur [c] ; sed si dominica evenerit, matutinalis de Spiritu Sancto, maior [d] de dominica erit. Haec autem [e] de Spiritu Sancto [f] pro praesenti defuncto non intermittetur.

3 In officio defunctorum [a] quando hebdomadarius [b] antiphonam incipit, qui post eum in choro stat, *Benedictus* et *Magnificat* a podio semotus imponat [c].

4 Si necesse fuerit [a] ut novitii mittantur ad grangias [b] ad laborandum [c], eadem die ad abbatiam revertantur.

---

43 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] visitans : *J*. [b] Alcubaciae : *J*. [c] diuturnitatis in visitando utpote cum vixerit sub expensis : *J*.

44 : C^1T^4. [a] Dicatur *Ecclesiae tue*... ad quam collectam : T^4.

1 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1199 ; P^4 *ann.* 1210].

2 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1199 ; P^4 *ann.* 1210]. [a] vero : *J*. [b] vero : *J*. [c] in conventu : $D^3P^3T^3$. [d] vero : *J*. [e] vero : $D^3P^3T^3$. [f] non intermittatur etiam si fuerit praesens defunctus : *J*.

3 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [$P^3T^3$ *ann.* 1199]. [a] mortuorum : P^4T^4. [b] ebdomadarius : C^1T^4. [c] incipiat : $D^3P^3P^4T^3T^4$.

4 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] mittere novitios : $D^3P^3T^3$. [b] ad grangiam ad laborem : $D^3P^3T^3$. [c] laborandi ergo : *J*.

---

[1] Al. Vallis-Paradisi, Valparayso, in Legione, dioec. Zamorensi, non confundendum cum Pilis in Hungaria. *OC*. 131.

[2] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulisiponensi. *OC*. 110.

Cursores numquam comedant coram abbatibus in domibus[a] 5
vel grangiis seu[b] cellariis[c] nostris. In via vero ad Capitulum non transeant sed nec intrent quatuor primas abbatias Firmitatem, Pontiniacum, Claramvallem, Morimundum, donec post finem Capituli, ubi fuerit eis constitutum, abbatibus suis occurrant.

Sententiae furum istud adiicitur[a] ut[b] monachus vel conversus 6
qui cum furto recesserit[c], vel in proprietate[d] sua in furto deprehensus fuerit[e], ultimus omnium semper sit eo scilicet ordine quo recipitur, et omni sexta feria per annum sit in pane et aqua, et XL[f] diebus grossiori[g] pane vescatur[h]. Si conversus fuerit, ad terram comedat[i], et si ad aliam domum[j] emittatur, eamdem[k] poenam sustineat. Abbas autem secundum quantitatem culpae manum suam poterit aggravare.

Prohibetur firmiter[a] a Capitulo generali ne[b] quis episcopus, 7
etsi[c] Ordinis nostri fuerit, novitios benedicat, vel visitationes in domibus nostris faciat, sed neque[d] se de electionibus nostri Ordinis intermittat[e].

Monachi S. Eugendi et monachi S. Menevii[a] beneficiis 8
Ordinis nostri associentur, et cum ceteris scribantur.

Abbas de Aquilis[a] [1] qui duobus annis continuis non venit ad 9
Capitulum, cum venire deberet, usque[b] ad Pascha Cistercio se praesentet, et interim sententiam peragat a Capitulo generali super hoc constitutam[c]: omni sexta feria sit in pane et aqua, et

---

5: $C^1D^3JP^1P^4T^4$.[P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] nostris. *Nihil aliud apud* $D^3P^3T^3$. [b] sive: C^1; vel: P^4T^4. [c] cellarariis: P^1.

6: $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] addicitur: $C^1L^2P^{10}$; additur: L^1. [b] ut qui cum furto exierit vel in furto deprehensus: $D^3P^3T^3$. [c] abierit: *J*. [d] proprietarius recesserit seu: *J*. [e] extiterit: *J*. [f] quadragesima: C^1. [g] grosso: $D^3P^3T^3$. [h] vescetur: $D^3P^3T^3$. [i] quadraginta diebus: $D^3P^3T^3$. [j] missus fuerit dictam poenitentiam agat ibi: $D^3P^3T^3$. [k] nihilominus: *J*.

7: $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] firmiter: *deest* $C^1D^3P^3T^3T^4$. [b] ne quis abbas Ordinis nostri quolibet modo sustineat ut episcopus Ordinis nostri visitet filias suas abbatias nec in eis creet abbates vel novitios benedicat: $D^3P^3T^3$. [c] etiamsi: C^1JP^4; de Ordine nostro: T^4. [d] nec: JP^1 [e] se intromittat: C^1JT^4.

8: JL^1P^1. [a] Evennii: P^1.

9: JP^1. [a] Aquilarum: *J*. [b] intra: *J*. [c] videlicet: *J*.

---

[1] S. Petrus de Aquilis, S. Pedros das Aguias, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC.* 159.

extra stallum abbatis ; alioquin se sciat esse depositum. Et quia patri abbati [1] fuit inobediens, qui eum [d] ad se mandavit et venire contempsit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et hanc poenitentiam ad [e] matrem domum prosequatur. Abbas de Morelore [f] [2] hoc ei [g] faciat nuntiari.

10 Abbas de Arsneborc [a] [3] qui hoc anno venire debuit ad Capitulum et non venit, observet sententiam super hoc a Capitulo generali institutam [b] scilicet: extra stallum abbatis sit et omni sexta feria sit in pane et aqua, usquedum Cistercio [c] se praesentet. Abbas de Eurebac [a] [4] hoc ei denuntiet.

11 Praecipitur abbati Vallis Ecclesiarum [5] ut duos monachos et unum conversum quos contra [a] formam Ordinis accommodavit Petro Ferrandi, revocet ad domum suam usque [b] ad Natale Domini. Quod si [c] venire contempserint, pro fugitivis habeantur. Abbas vero qui contra formam Ordinis hoc facere praesumpsit, veniat ad sequens Capitulum generale super hoc veniam petiturus.

12 Abbatibus Fossae Novae [a] [6] et Casemarii [b] [7] qui episcopos nostri Ordinis faciunt visitare filias suas abbatias [c] de Sicilia [d] et Calabria, et abbates creare, et novitios benedicere, praecipitur auctoritate Capituli generalis ut ad sequens Capitulum Cistercium veniant, super hoc responsuri. Inhibetur autem firmiter a Capitulo generali ne aliqua de praemissis [e] a praefatis vel ab aliis nostri Ordinis abbatibus de [f] cetero aliquatenus praesumatur. Abbas Sancti-Stephani de Bosco [8] hoc eis denuntiet.

---

[d] evocavit et venire : *J.* [e] in matre domo : *J.* [f] Morelorae : *J.* [g] denunciet : *J.*

10 : *JP*[1]. [a] Arnesburch : *J.* [b] constitutam videlicet : *J.* [c] Cistercium veniat : *J.* [d] Eurebach : *J.*

11 : *JL*[1]*P*[1]. [a] praeter : *JP*[1]. [b] intra Natalem : *J.* [c] ipsi : *J.*

12 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Casae Novae : *L*[1]. [b] Casemaris : *J.* [c] scilicet : *J.* [d] Siciliae et Calabriae, qui etiam permittunt eos creare abbates tum et novitios : *J.* [e] culpa : *J.* [f] deinceps : *J.*

---

[1] i. e. abbas de S. Joanne de Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC.* 61.
[2] Moreruela, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC.* 23.
[3] Arnsburg, Castrum Aquilae, in dioec. Moguntina. *OC.* 169.
[4] Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina, Castri Aquilae mater. *OC.* 20.
[5] Valdeiglesias, in Castella Nova, dioec. Toletana. *OC.* 174.
[6] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC.* 37.
[7] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC.* 58.
[8] In Calabria, dioec. Laudensi. *OC.* 234.

Abbas Sanctae-Crucis [a] [1] qui Insulam Thomae in Hungaria [2], expulsis monachis Claraevallis, minus discrete cum suis subintravit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua; et de eodem loco deinceps non se intromittat sine [b] licentia abbatis Claraevallis. Res autem Claraevallis, quas vel ipse vel sui ceperunt [c], Claraevallensibus ex integro [d] restituere non retardent. 13

Quoniam dicitur [a] quod abbates S.-Iusti [3] a multo tempore non venerunt ad Capitulum, praecipitur illi qui de[b] novo creatus est ut anno sequenti, omni occasione postposita, Capitulo se praesentet. Abbas Fontis Vivi, [b] pater eius, hoc ei denuntiet. 14

Abbas de Monte [a] Pomerii [4] qui detulit litteras Capitulo pro homine saeculari contra formam Ordinis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 15

Abbates Cariloci [a] [5] et Belli loci [6] qui miserunt conversum ad romanam Curiam sine[b] licentia Ordinis ad[c] impetrandam sepulturam converso extra Ordinem defuncto, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 16

Abbati de Karrozeto [a] [7] cui praeceptum fuit ut anno praeterito [b] ad Capitulum deferret 60 obolos reddendos abbati de Begart [c] [8], et non fecit, et iterum auctoritate Capituli mandatum est ut usque [d] ad Pascha proxime transactum [e] redderet et adimplere distulit, tertio praecipitur ut ad sequens Capitulum, omni occasione postposita, se praesentet et obolos praefatos secum deferat abbati de Begart [f], cui debentur redditurus, et 17

---

13 : *JL¹P¹*. [a] in Austria : *J*. [b] absque : *J*. [c] abstulerunt : *J*. [d] integre : *J*.
14 : *JP¹*. [a] fertur abbates... venire : *J*. [b] noviter : *J*.
15 : *JP¹*. [a] Montis Pomerii : *J*.
16 : *JL¹P¹*. [a] Caroliloci : *L¹*. [b] absque : *J*. [c] ut impetraret : *J*.
17 : *JL¹P¹*. [a] Carrezeti : *J*. [b] elapso : *J*. [c] Begarii, nec : *J*. [d] intra : *J*. [e] illos : *J*. [f] Begarii cui eos debet reddendos, nihilominus responsurus : *J*.

---

[1] Heligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonensi. *OC*. 36.
[2] San-Giusto, in patrimonio S. Petri, dioec. Tuscanensi. *OC*. 88.
[3] Fontevivo, in ducatu et dioec. Parmensi. *OC*. 68.
[4] Baumgartenberg, in Austria Superiori, dioec. Linciensi. *OC*. 69.
[5] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
[6] In dioec. Lingonensi. *OC*. 160.
[7] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[8] In Britannia minori, dioec. Briocensi. *OC*. 18.

responsurus Capitulo generali de negligentiis praeteritis [g]. Abbas de Orta [1] qui nuntiare debuit abbati de Karrozeto [h] mandatum Capituli et [i] abbati de Spina [j] [2] poenitentiam pro neglectu, et praesenti Capitulo quid super iis gestum sit minime nuntiavit, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Abbas de Petris [k] [3] utrique provideat nuntiare [l].

18 Abbas de Sacramoenia [a] [4] qui hoc anno ad Capitulum non venit, cum venire debuisset, scriptam super hoc poenam sustineat, videlicet ut omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis donec Cistercio se praesentet. Abbas de Morerolis [b] [5] hoc ei denuntiet.

19 Abbas de Boclan [a] [6] qui dixit episcopo Briocensi [7] quod tantum per cursorem egisset in impetratione orationum quam [b] in persona propria qui a remotis partibus venerat, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

20 Abbates qui occasione cuiusdam dedicationis contra formam Ordinis se radi fecerunt, sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Conventus autem domus illius [a], videlicet de Sconaugia [8], uno die sit in pane et aqua. Abbates praesentes absentibus hoc denuntient.

21 Abbas Sambucinae [9] qui hoc anno ad Capitulum venire debuit et non venit; tres quoque abbates, videlicet [a] de Brigaria, de Aqua formosa[10] et de Ligno[11] qui ad Capitulum numquam

---

[g] praetaxatis : *J*. [h] Carrezeti : *J*. [i] uti etiam : *J*. [j] Spinae, nec istud praestitit, sex... : *J*. [k] Petrensis hoc : *J*. [l] *brevius apud L¹* : Iteratur tertio Capituli generalis praeceptum abbati de Carrazeto ut reddat abbati de Begar 60 obolos, de quibus supra, quos nondum exsolvit.

18 : *JP¹*. [a] Sacrameniae : *J*. [b] Morerolae : *J*.

19 : *JP¹*. [a] Bochan : *J*. [b] quantum : *J*.

20 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] ipsius : *J*.

21 : *JP¹*. [a] scilicet : *J*.

---

[1] Horta, Huerta, in Vetere-Castella, dioec. Seguntina, *OC*. 79.

[2] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.

[3] Sive N. D. de Piedra, in Aragonia, sive S. Pedro de Gumiel, in Vetere Castella. *OC*. 198.

[4] Sagramenia, in Vetere Castella, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.

[5] Moreruela, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.

[6] Leg. Boquianum, Boquen, in dioec. Briocensi. *OC*. 47.

[7] Petrus, 1208-1212. *SE*. 615; *HC*. I, 146.

[8] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.

[9] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.

[10] In Calabria citeriore, dioec. Cassanensi. *OC*. 201.

[11] SS. Trinitatis de Ligno, in Calabria citeriore, dioec. Rossanensi. *OC*. 185.

venisse dicuntur, scriptam super hoc poenam sustineant, donec Cistercio se praesentent. Abbas S. Stephani de Bosco [1] hoc eis denuntiet.

De abbate Sancti-Anastasii [2] qui monachum suum alii [a] Ordini, ut [b] ibi prior constitueretur, dicitur concessisse [c], et sine aliqua utilitate remotas adire regiones, ibique [d] per quatuor vel [e] quinque menses dicitur [f] commorari, committitur abbati Claraevallis qui hoc usque [g] Pascha diligenter exquirat, et si ita invenerit, eum absque retractatione deponat, et monachum ad domum propriam in instanti [h] faciat revocari ; et [i] si inobediens fuerit, pro fugitivo habeatur. **22**

Querela [a] de Claustro [3] et de Sconaugia [4] committitur [b] abbati Claraevallis ut sicut anno praeterito statuit [c] faciat observari, hoc addito quod [d] si super illa dispositione viderit aliquid dispensandum, dispenset. **23**

Querela abbatis de Mera [a] [5] contra abbatem de Cartazeto [b] [6], iterum committitur abbatibus de Spina [c] [7] et de Morelore [8], auctoritate Capituli terminanda. Abbas [d] qui hanc commissionem [e] debuit nuntiare praedictis abbatibus anno praeterito, et nuntiare [f] neglexit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Bardona [g] [9] hoc ei nuntiet. **24**

Querela abbatum de Fontanis[10] et de Furnasio[a] [11] super pas- **25**

---

22 : JL^1P^1. [a] alteri : *J*. [b] ut in priorem institueretur : *J*. [c] commodasse, et fertur etiam absque aliqua... : *J*. [d] ita ut : *J*. [e] aut : *J*. [f] commoretur : *J*. [g] intra : *J*. [h] statim revocet : *J*. [i] qui si reverti noluerit : *J*.

23 : JP^1. [a] abbatum Claustri et Sconaugiae : *J*. [b] iterum : *J*. [c] statuerat ita : *J*. [d] ut si in : *J*.

24 : JP^1. [a] Merae : *J*. [b] Carreseti : *J*. [c] Spinae et Morerolae : *J*. [d] de Horta : *J*. [e] anno elapso : *J*. [f] nuntiare : *deest* *J*. [g] Bardonae hoc ei denuntiet.

25 : JP^1. [a] Furnasii : *J*.

---

[1] In Calabria, dioec. Squillacensi. *OC*. 123.

[2] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, prope Romam. *OC*. 62.

[3] Claustrum i. e. Novum, Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.

[4] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.

[5] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucensi. *OC*. 73.

[6] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[7] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.

[8] Morerola, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23 ; Cf. ann. 1210, nº 16.

[9] Sive Bolbona, in dioec. Tolosana ; sive potius Berdona, in Vasconia, propter filiationem quam in Hispania habebat. *OC*. 48, 123.

[10] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.

[11] Furness Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 97.

turis committitur abbatibus de Nevalle [b] [1] et de Ruffroc [c] [2], auctoritate Capituli terminanda. Abbas de Margan [3] hoc eis denuntiet.

26 Querela abbatis [a] de Ripatorio [4] contra Moras [5] committitur abbatibus Trium Fontium [6], Monasterii in [b] Argona [7] et de Bullencort [c] [8], auctoritate Capituli terminanda.

27 Querela abbatum de Gratia [a] Dei [9] et de S.-Leonardo[10] committitur abbatibus de Castellariis[11] et de Trizai[b] [12] qui accedant ad loca possessionum de quibus est questio et convocatis partibus et inspectis [c] authenticis diligenter inquirant per quem sive [d] per quos [e] status compositio [f] inter domos facta minime observetur et [g] emendandi in eos qui rei fuerint, auctoritate Capituli plenam habeant potestatem.

28 Querela abbatum de Bullio[a] [13] et de Sancto-Leonardo[14] de inobedientia filii ad patrem et [b] de salınis et de inordinata visitatione committitur abbatibus de Dalon,[15] de Pinu[16] et de Trizai,[17] qui inquirant diligenter de praemissis, et quod iustum [c] fuerit, auctoritate Capituli digne corrigant et emendent.

---

[b] Nevaevallis : *J*. [c] Rufrort : *J*.

26 : *JP*¹. [a] abbatum Ripatorii et de Moris : *J*. [b] de Argona : *J*. [c] Bullencuriae : *J*.

27 : *JP*¹. [a] Gratiae-Dei et Sancti-Leonardi : *J*. [b] Trisagio : *J*. [c] in scriptis : *P*¹. [d] vel : *J*. [e] et quominus : *J*. [f] concordia inter illas domos : *J*. [g] illam querelam terminent, et emendent eos qui impedierint explent potestate Capituli : *J*.

28 : *JP*¹. [a] Bullionis et Sancti-Leonardi tam de : *J*. [b] quam : *J*. [c] opportebit : *J*.

---

[1] Leg. Rievalle, Rievaulx, in dioec. Eboracensi. *OC*. 22.
[2] Rufford, in dioec. Eboracensi. *OC*. 112.
[3] In Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 107.
[4] L'Arrivour, in dioec. Trecensi in Campania. *OC*. 59.
[5] Mores, in dioec. Trecensi. *OC*. 135.
[6] In dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.
[7] Moutier en Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 79.
[8] Bullencuria, in dioec. Trecensi in Campania. *OC*. 118.
[9] In dioec. Rupellensi. *OC*. 34.
[10] S. Leonardus de Calmis, in dioec. Rupellensi. *OC*. 156.
[11] N. D. des Châtelliers, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 150.
[12] Trisagium, Trizay, in dioec. Lucionensi. *OC*. 85.
[13] Bulium, Le Beuil, in dioec. Lemovicensi, S. Leonardi mater. *OC*. 148.
[14] Sanctus-Leonardus de Calmis, in dioec. Rupellensi. *OC*. 156.
[15] In dioec. Tutelensi. *OC*. 147.
[16] Le Pin, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 65.
[17] Trisagium, Trizay, in dioec. Lucionensi. *OC*. 85.

Petitio nobilis mulieris Constantiae de Thonu de construenda abbatia, committitur abbatibus de Margan [1], de Quinquesude [a] [2] et de Tama [3]; qui ad locum accedentes diligenter inspiciant situm et statum et circumstantias loci et cetera [b] quae ad fundandam abbatiam conveniant, [c] et quod invenerint, sequenti Capitulo [d] nuntiare procurent. 29

Abbati Vallis-Sancti-Petri [4] conceditur Romam ire vel nuntium destinare [a]. 30

De recompensatione [a] facienda abbati Sanctae-Mariae [5] pro castro destructo, committitur abbati Morimundi, ut [b] sicut viderit expedire, ita [c] faciat, auctoritate Capituli. 31

De monachis de Tela[a] [6] de quibus dicitur quod quasi[b] ostiatim panem mendicant, committitur abbati Morimundi, qui sic de eis ordinet et provideat ut nec Ordini scandalum, nec animabus occasione mendicationis huiusmodi proveniat detrimentum. 32

Abbati de Cadon [7] praecipitur auctoritate Capituli generalis ut abbatibus Fontis Willermi [a] [8], de Gondone [9], filiis suis, cum consilio et auxilio abbatis Pontiniaci [b] libros provideat ecclesiasticos quibus carent. 33

De eo quod Dominus Papa facit commissiones causarum abbatibus, prioribus et cellerariis [a] Ordinis, unde domus nostrae [b] gravantur et Ordo [c], committitur Domino Cistercii, ut supplicet Domino Papae quatenus [d] saltem de prioribus et subprioribus et cellerariis nobis dignetur parcere, si placet. 34

---

29 : *JP*[1]. [a] Quinquesode : *J*. [b] reliqua : *J*. [c] competent : *J*. [d] curent nuntiare : *J*.

30 : *JP*[1]. [a] mittere : *J*.

31 : *JP*[1]. [a] De recompensando abbati : *J*. [b] quatenus prout : *J*. [c] etiam : *J*.

32 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Telae : *J* ; Tola : *L*[1] ; Thela : *L*[2]*MP*[10]. [b] quia : *P*[1].

33 : *JP*[1]. [a] Guillelmi et de Gondona : *J*. [b] Pontigniaci : *J*.

34 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] cellarariis : *L*[2]*P*[1]. [b] domus praegravantur : *J*. [c] premitur : *J*. [d] ut : *J*.

---

[1] In Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 107.
[2] Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestriensi. *OC*. 58.
[3] Tame, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 46.
[3] Alias Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC*. 189.
[5] Incertum remanet propter eiusdem nominis abundantiam monasteriorum.
[6] Seu Montheron, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 34.
[7] Seu Caduinum, Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC*. 7.
[8] Fontguillem, in Guiennia, dioec. Vasatensi. *OC*. 109.
[9] Gondonium, in Guiennia, dioec. Aginnensi. *OC*. 11.

35 De abbate de Fontanis [1] qui habet novitium [a] in domo sua qui videtur esse citra annos, committitur abbatibus de Oratorio [b] [2] et de Bagizes [3] qui accedant ad domum de Fontanis, et quod super hoc contra instituta Capituli generalis praesumptum invenerint, auctoritate eiusdem Capituli digne corrigant.

36 Conceditur abbati Siticensi [4] ut eodem anno veniat ad Capitulum quo illi [a] de Hungaria soliti sunt venire.

37 ' De Cartusiensibus committitur abbati Bonae Vallis [5] qui accedat ad eos auctoritate Capituli generalis et inducat ad observationem compositionis, et responsum eorum [a] sequenti Capitulo renuntiet [b].

38 De abbatibus de Rievalle [a] [6], de Gardona [7], et de Waurelée [b] [8] qui de [c] praecepto Capituli collegerunt XXV marchas et VIII sol. et IV sterlingos [b], qui [e] expensi sunt pro interdicto Angliae, committitur abbati de Margan [9] ut eis suggerat quatenus usque [f] ad Pascha mittant easdem marchas Cistercium unde sumpti sunt.

39 Querela abbatum [a] de Begar[10] et de Cormaloen[11] iterum committitur [b] abbatibus de Savigniaco[c] [12], de Buzeio[13] et de Veteri Villa[14] qui hoc exequi neglexerunt sex diebus sint in levi culpa duobus eorum in pane et aqua.

35: *JP*¹. [a] citra aetatis debitae annos constitutum: *J*. [b] Oratorii et Bogeretii: *J*.
36: *JP*¹. [a] Hungarii: *J*.
37: *JL*¹*P*¹. [a] ipsorum: *JL*¹. [b] renunciabit: *JL*¹.
38: *JL*¹*P*¹. [a] Rievallis, Gardonae et Warveliae: *J*. [b] Waurellec: *L*¹. [c] ex: *J*. [d] stellingos: *J*. [e] expensos: *J*. [f] intra: *J*.
39: *JL*¹*P*¹. [a] monasteriorum Begarii: *J*. [b] iisdem abbatibus, et quia abbates de...: *L*¹. [c] Savigniaci, Busaii et Veteris-Villae: *J*.

---

1 Fontanae Albae, in dioec. Turonensi. *OC*. 100.
2 Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC*. 10.
3 Al. Bugeria, Buxeria, La Boissière, in dioec. Andegavensi. *OC*. 98.
4 Sitticum, Sittich, in Carniola inferiore, dioec. Labacensi. *OC*. 42.
5 Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennensi. *OC*. 7.
6 Rievaulx Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 22.
7 Garendon, in dioec. Conventrensi. *OC*. 30.
8 Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.
9 In Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 107.
10 In dioec. Briocensi, Britannia minori. *OC*. 18.
11 B. M. de Silva-Mellonis, in dioec. Corisopitensi. *OC*. 69.
12 Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
13 Buzay, in dioec. Nannetensi. *OC*. 35.
14 S. M. de la Vieu-Ville, in dioec. Redonensi. *OC*. 105.

Abbati de Fontanis [1] conceditur ad petitionem archiepiscopi Turonensis [2] ut anniversarium avunculi eiusdem archiepiscopi in domo sua fiat [a], sedendo tamen. 40

Abbatibus de Asilo [a] [3] et de Nova valle [4] committitur visitatio domus de Lisa [b] [5] qui ascito secum abbate de Tuta [c] Valle [6], diligenter inquirant excessus omnium [d] et monachorum de Fontanis [7] qui in visitatione domus illius inhoneste se habuisse dicuntur, et tam in capite quam in membris digne quae corrigenda cognoverint [e], corrigant, et quod invenerint de duobus visitatoribus monachis quidve factum fuerit Capitulo sequenti renuntient. 41

Praecipitur abbatibus de Vilerio [a] [8] et de Paris [9] et de Porta [b] Coeli[10], ut ducem Bertodum [b] adeant, et ad restituenda damna quae dominus nostris [d] intulerit, ex parte Capituli rogent et commoneant. 42

Querela Hugonis militis contra domum Fontineti[11] committitur abbatibus de Tusleio[a] [12], de Quintiaco[13] et de Alba-Ripa[14], auctoritate Capituli terminanda. 43

De abbate Casae Novae[15] de quo multa dicuntur, committitur abbatibus de Tileto[a] [16] et Sancti-Andreae[17] ut rem diligenter 44

---

40 : *JP*[1]. [a] faciat : *J*.

41 : *JP*[1]. [a] Asili et Novaevallis : *J*. [b] Lusa qui adscito : *J*. [c] Tutaevallis : *J*. [d] praesertim vero : *J*. [e] noverint : *J*.

42 : *JL*[1]*MP*[1]*W*. [a] Vilerii : *J*. [b] Portae-Coeli : *J*. [c] Bertaudum : J ; Bertoensium : *M* ; Berroensium : *W*. [d] domibus nostri Ordinis intulit : *J*.

43 : *JP*[1]. [a] Tullei, Quintiaci et Albae-Ripae : *J*.

44 : *JP*[1]. [a] Tileti : *J*.

---

[1] Fontanae Albae, in dioec. Turonensi. *OC*. 100.

[2] Joannes de Faye, 1208-1228. *SE*. 640 ; *HC*. I, 503.

[3] Asylum, As, in Dania, dioec. Lundensi. *OC*. 197.

[4] Nydala, in Suecia, dioec. Lincopensi. *OC*. 74.

[5] Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergensi. *OC*. 88.

[6] Twis Kloster, in Jutia, dioec. Ripensi. *OC*. 146.

[7] Fountains, in dioec. Eboracensi, Lysae abbatia mater. *OC*. 37.

[8] Villers Betnach, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 26.

[9] Pairis, in Alsatia, dioec. Argentinensi. *OC*. 56.

[10] Seu Thennenbach, in Brisgovia, in antiq. dioec. Constantiensi. *OC*. 142.

[11] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.

[12] Seu Tulleium, Theuley, in dioec. Bisuntina. *OC*. 191.

[13] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.

[14] Auberive, in dioec. Lingonensi. *OC*. 44.

[15] Huius nominis duo erant monasteria : unum in Aprutio ulteriore, dioec. Pennensi, alterum in Pedemontio. *OC*. 199 ; 121.

[16] In Liguria, dioec. Aquensi. *OC*. 9.

[17] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.

inquirant, et quod invenerint Capitulo sequenti renuntient, et abbas ipse ad sequens generale Capitulum omni occasione remota veniat responsurus.

45 Abbatibus de Colomba [a] [1] et de Stafarda [2] committitur ut ad domum de Cliento [b] [3] accedant, et inquisita diligenter culpa conspiratorum, auctoritate Capituli digne corrigant, et ad hoc si necesse fuerit, saeculares potestates in auxilium adducant, et quod factum fuerit, Capitulo sequenti nuntient [c].

46 Committitur abbatibus de Margan [4] et de Longo-Villari [a] [5] ut querelam audiant [b] quam proponit comes Boloniae de abbatibus de Kiunde [6] et de Dora [7] pro Bergense [c] Sancti-Audomari [8] et ipsos abbates instruant ut ipsam querelam ita compescant quod [d] Capitulum super hoc [e] minime molestetur.

47 Abbatibus Bellae Vallis [9] et Caroliloci [a] [10] committitur ut archiepiscopum Bisuntinum [b] [11] adeant et ex parte Capituli rogent et commoneant quatenus de Domno Humberto de Thunez [c] tam districtam iustitiam exerceat pro domo Balernae [12] quod [b] propter hoc Capitulum conqueri [e] non cogatur.

48 Petitio abbatis de Barona [a] [13] super abbatia transferenda committitur abbati de Firmitate.

49 Petitio Willermi Victimillensis [a] comitis de abbatia construenda

---

45 : *JP*[1]. [a] Colombae et Staphardae : *J*. [b] Clienti : *J*. [c] renuntient : *J*.
46 : *JP*[1]. [a] Longivillaris : *J*. [b] propositam a comite Boloniae contra abbates : *J*. [c] Burgense : *J*. [d] quatenus : *J*. [e] deinceps non : *J*.
47 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Cariloci *J*. [b] Bisuntinensem *J*. [c] Munes : *J* ; munus : *L*[1]. [d] ut : *J*. [e] de cetero : *J*.
48 : *JP*[1]. [a] Baronae : *J*. [b] Firmitatis : *J*.
49 : *JP*[1]. [a] Guillelmi Victimiliensis : *J*.

---

[1] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.
[2] In Pedemontio, dioec. Salutiensi. *OC*. 36.
[3] Cliente, in Piceno, dioec. Camerinensi. *OC*. 66.
[1] In Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 107.
[5] Longvilliers, in antiq. dioec. Teruanensi, hod. Atrebatensi. *OC*. 102.
[6] Leg. Kingewude, i. e. Kingswood, in dioec. Glocestriensi. *OC*. 58.
[7] Dore, in dioec. Herefordiensi. *OC*. 92.
[8] Saint-Omer, in Gallia.
[9] Bellevaux, in dioec. Bisuntina. *OC*. 8.
[10] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
[11] Amadeus de Dramelay, 1208-1220. *SE*. 515.
[13] Balerne, in dioec. Bisuntina, hod. S. Claudii. *OC*. 41.
[14] In Lombardia, Firmitatis filia. *OC*. 216.

committitur abbatibus Casae Novae [1] et Casal [b] Gualonis [2], qui locum videant, si [c] Ordini sit idoneus [d], si sufficientiam habet in possessionibus, et quod invenerint, Capitulo sequenti [e] renuntient.

Abbas de Bethania [a] [3] qui sacerdotes circiter LXX [b] occasione 50
fraternitatis in domum propriam recipiens cum ipsis in choro missam post sextam solemniter celebravit, et in capitulo sermonem facere se praesente et in refectorio comedere permisit, et cum ipsis postquam ipse comedit, et post [c] cum abbatibus in infirmitorio [d], deponitur in [e] instanti.

1212

Abbas de Egris [4] qui dicitur in abbatia sua missam celebrasse 1
in conventu, tempore laboris, in [a] praesentia comitissae quam [b] omnes dicunt [c] fecisse sibi ministrari [d] in quadam parte domus illius, et de monacho de quo dicitur decem libras furto tulisse, et [e] in domo illa manet fere impunitus, committitur abbatibus de Cicador [5] et de Bocan, [6] qui apud Egris [f] veniant et quod contra formam Ordinis praesumptum invenerint, auctoritate Capituli generalis digne corrigant et emendent. Abbas vero de Egris veniat ad sequens Capitulum veniam petiturus et responsurus ad obiecta.

Inhibetur a Capitulo generali ne cui [a], interveniente quo- 2
cumque [b] pretio, consortium Ordinis nostri promittatur [c].

---

[b] Casalis : *J*. [c] an : *J*. [d] aptus, an quae sufficientia sit in possessionibus : *J*. [e] id nuntient : *J*.

50 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Bethaniae : *J* ; Britannia : L^1. [b] viginti : L^1 ; septuaginta septem : *M*. [c] postea : *J*. [d] iterum comedit : *J*. [e] statim : *J*.

1 : JL^1P^1. [a] coram : *J*. [b] quae : *J*. [c] dicitur : JP^1. [d] minui : L^1P^1. [e] et quod : *J*. [f] domum : *J*.

2 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] cuiquam : *J* ; alicui : P^4T^4. [b] quoque : T^3. [c] permittatur : $L^1L^2MP^1P^{10}$.

---

[1] In Pedemontio, dioec. Taurinensi. *OC*. 121.

[2] Casalvolone, in Pedemontio, dioec. Novariensi. *OC*. 157.

[3] Bithaine, in dioec. Bisuntina. *OC*. 28.

[4] Egres, Egresium, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.

[5] B. M. de Czikador, in Hungaria, dioec. Quinque ecclesiensi. *OC*. 71.

[6] i. e. de Curc in Bokan ; al. Zircium, Zircz, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC*. 181.

3 Auctoritate Capituli generalis iniungitur universis abbatibus ut qui sponte sua promiserunt [a] ad serviendum [b] Domino Papae, hodie suppleant quod minus fecerunt. Alii autem ad consilium quatuor primorum abbatum, antequam recedant ab eis de [c] consilio eorum sic nos adiuvent ut promissam pecuniam competenter reddere valeamus.

4 De servientibus [a] ita retractatur sententia quod [b] abbas [c] cuius serviens [d] tumultum fecerit [e] in qualibet primarum [f] domorum nostrarum vel [g] infra, nullum servientem ducat deinceps ad quatuor primas [h] domos vel infra, tempore Capituli generalis nisi [i] de licentia eiusdem ; conversus vero eiusdem [j] abbatis septem diebus continuis abstineat a vino, a die illa qua factus fuerit tumultus.

5 Praecipitur a Capitulo generali ut eleemosynae quae deferuntur [a] Capitulo aequis portionibus distribuantur per singulos, nec de [b] cetero ad usus alios expendantur.

6 Quoniam aliqui abbates dicuntur [a] minus esse solliciti [b] quam deberent [c] definitiones [d] Capituli [e] generalis secum deferre ad domos [f] proprias, districte praecipitur, ut [g] singuli abbates ad Capitulum venientes definitiones [h] generales [i] habere satagant, in [j] reditu suo in suis [k] capitulis [l] recitandas [m].

7 Qui hoc neglexerint [a], tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Visitatores vero, tempore visitationis suae, definitiones [b] illius anni sibi exigant praesentari, et quemcumque [c] abbatem invenerint [d] huius mandati transgressorem,

---

3 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] promiserant : L^1. [b] servire : *J*. [c] et : L^1MP^{10}.

4 : $C^1D^3JP^1$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] famulis : *J*. [b] ut tamen : *J*. [d] $D^3P^3T^3$ *incip.* : Abbas cuius... [d] servitor : *J*. [e] excitavit : *J* ; fecit : T^3. *J add.*: aut turbationem vel querelam. [f] quatuor : C^1J. [g] in vicinis earum nullum servientem deinceps sibi secum deducat... : *J*. [h] illas domos vel vicinas earum : *J*. [i] absque : *J*. [j] illius : $D^3P^3T^3$; talis abbatis a die illa qua excitaretur turbatio : *J*.

5 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$[P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] ad Capitulum generale : $D^3P^3T^3$. [b] deinceps : *J*.

6 . $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] minus dicuntur : $D^3P^3P^4T^3$. [b] definitiones deferre ad : P^4. [c] debeant : $D^3P^3T^3$. [b] diffinitiones : C^1. [e] Capitulorum generalium : *J*. [f] proprias domos : *J*. [g] a Capitulo redeuntes : $D^3P^3T^3$. [h] secum deferant : $D^3P^3T^3$; secum reportare satagant : *J*. [i] generales : deest C^1D^3J. [j] sub : *J*. [k] propriis : *J*. [l] C^1P^1 *add.* : sicut fieri debet. [m] retractandas : T^3.

7 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] neglexerit... sit : $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$. [b] diffinitiones : C^1. [c] quicumque : T^3. [d] inveniunt : T^3.

illi poenam [e] supradictam [f] peragere denuntient a Capitulo constitutam [g]. Illis autem abbatibus qui, illo anno non venerint ad Capitulum, patres [h] abbates per se vel per visitatores definitiones illas faciant exhiberi.

Statuitur [a] a Capitulo generali ut electiones et creationes 8
abbatum fiant in propriis [b] domibus [c] quae vacant, et non alibi, secundum quod scriptum est in Charta Charitatis [d].

Si quis abbas Ordinis nostri miserit ad aliquem abbatem 9
monachum vel conversum Ordinis nostri sine vestibus vel vestium pretio, ei ex [a] charitate [b] recipere voluerit, licentiam habeat, sed ex [a] necessitate non tenetur [c].

Canonicis [a] Sancti-Victoris Parisiensibus [b] [1] conceditur ut be- 10
neficiis Ordinis nostri associentur [c], et cum ceteris inscribantur. De petitione vero sua [d] hoc eis conceditur quod canonicos suos non sollicitabimus et sollicitari prohibemus a nostris.

Ut uniformitas [a] ubique in Ordine observetur, statutum est a 11
Capitulo generali, ut abbati numquam fiat processio nisi benedicto [b].

De abbate de Sturcelborne [a] [2] qui dicitur grangias quas dicit 12

---

[e] iniungant : *J*. [f] supradictam denuntient peragere paenitentiam : D^3T^3. [g] promulgatam : *J*. [h] praesentes : L^1.

8 : $C^1JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] Item praecipitur ut : T^3. [b] propriis : *deest* P^4T^4 [c] vacantibus pastore, non autem in aliis, prout scriptum : *J*. [d] P^4T^4 *add.*: Circa illos qui a matribus ultra 15 dietas distare noscuntur, dispensat in quibus seniores domus illius si in patrem abbatem vota sua transtulerint poterunt illuc abbatem dirigere.

9 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] de : $D^3P^3T^3$. [b] alter recipere nihilominus voluerit, poterit, sed ex necessitate non tenebitur ob negligentiam abbatis suos taliter mittentis : *J*. [c] P^4T^4 *add.* : Nullus vero quamdiu conventum suum tenuerit, monachum vel conversum cum habitu sibi ab aliquo abbate destinatum renuat detinere ; potest tamen pater abbas in visitatione praecipere si domum invenerit nimis oppressam ut omnes hospites emittantur.

10 : $C^1JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] De petitione canonicorum : C^1. [b] Parisiensis : $C^1JL^1L^2MP^{10}$. [c] Canonicos Sancti-Victoris Parisiis beneficiis Ordinis nostri associemus, eos non sollicitabimus... : P^4T^4. [d] qua petunt ne sollicitemus canonicos illorum ad ingrediendum in Ordinem nostrum annuimus eis. Quamobrem prohibemus ne sollicitentur sic a nostris : *J*.

11 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] conservetur, nulli abbatum fiat processio...: P^4T^4. [b] *J add.* : prius. *Apud* $D^3P^3T^3$: Nullus abbas ad processionem recipiatur nisi prius benedicatur.

12 : JP^1. [a] Sturcelburne : *J*.

---

[1] Celebris abbatia Ord. S. Augustini. *TB.* II, 2784.

[2] Stürzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC.* 72.

sibi inutiles saecularibus tradidisse, et qui dicitur patri abbati [1] fuisse inobediens, committitur abbatibus de Tulleio [b] [2] et de Salem [3] qui accedant ad domum, et diligenter inquirant de praemissis, et quomodo invenerint, sequenti Capitulo faciant [c] nuntiare.

13 Abbas de Ligno [a] [4] cui anno praeterito praeceptum fuit [b] ut veniret hoc anno ad Capitulum et non venit, de quo etiam dicitur quod numquam venerit ad [c] Capitulum, poenam super hoc scriptam sustineat [d], videlicet omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis donec Cistercio [e] se praesentet, et nihilominus anno sequenti veniat super hoc veniam petiturus; alioquin sciat se esse depositum. Abbas de Sambucina [b] [5] hoc ei denuntiet.

14 Abbas Fossae Novae [6] qui iniunxit episcopo ut visitaret abbatiam suam de Curatio [a] [7] et invisitata remansit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

15 Abbas de Morelore [8] qui non renuntiavit Capitulo quid actum sit [a] de abbate de Turribus [b] Aquilarum, [9] cum renuntiare [c] deberet, sententiam sustineat a Capitulo [d] latam scilicet tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Superadde [e] [10] hoc ei denuntiet.

16 Abbati de Karrazeto [a] [11] cui praeceptum est a Capitulo multoties ut 60 obolos quos debet reddere abbati de Begar [b] [12] et usque

---

[b] Tullei : *J.* [c] studeant : *J.*
13 : *JP*¹. [a] Ligni : *J.* [b] fuerat : *J.* [c] illud : *J.* [d] subeat : *J.* [e] Cistercium venerit veniam petiturus : *J.* [f] Sambucinae : *J.*
14 : *JL*¹*P*¹. [a] Curatii quae invisitata : *J.*
15 : *JP*¹. [a] fuerat : *J.* [b] Turris-Aquilarum : *J.* [c] rescribere debuisset : *J.* [d] super hoc. [e] Superadae : *J.*
16 : *JP*¹. [a] Karrazeti : *J.* [b] Begarii, quod quidem : *J.*

---

[1] i. e. abbas Maceriarum, Mazières, in dioec. Divionensi. *OC.* 26.
[2] Tulley, Theolocus, in dioec. Bisuntina. *OC.* 19.
[3] Seu Salmansweiler, in magno ducatu Badensi, dioec. Constantiensi. *OC.* 50.
[4] SS. Trinitas de Ligno, in Calabria citeriore, dioec. Rossanensi. *OC.* 185.
[5] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC.* 143.
[6] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC.* 37.
[7] Curatium, Corazzo, in Calabria, dioec. Marturanensi. *OC.* 168.
[8] Moreruela, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC.* 23.
[9] Seu S. M. de Aquilis, de Aguiar, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC.* 153.
[10] Sobrado, Superatum, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC.* 67.
[11] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC.* 209.
[12] In dioec. Briocensi, in Britannia minori. *OC.* 28.

modo reddere distulit, praecipitur iterato ut satisfaciat iam [c] dicto abbati de eadem pecunia [d] in praesentiarum, si potest, vel [e] si modo non potest [f], saltem usque [g] Pascha, alioquin ex tunc omni quarta et sexta feria [h] sit in pane et aqua, usque dum satisfecerit competenter.

Abbas de Caduno [a] [1] qui debuerat providisse filiabus suis de Gundum [b] [2] et Fontis-Villermi [c] [3] libros ecclesiasticos nec providit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et usque [d] ad sequens Capitulum [e] ad consilium abbatis Pontiniaci, quod nondum est factum [f], studeat emendare. Abbas Pontiniaci hoc ei denuntiet. 17

Abbati de Stafarda [a] [4] conceditur ut mittat conventum ad illum locum quem Villermus [b] Vintimiliensis [c] contulit ad abbatiam construendam. 18

Abbas Casae Novae [5] qui fuit inobediens patri abbati, [6] tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 19

Abbatibus de Vacellis [a] [7], de Quintiaco [8], de Cassaniis [b] [9], de Sancto-Godardo [c] [10], et de Villa-Longa [11] conceditur [d] ut mittant Romam. 20

Abbas S. Sebastiani [12] qui venire debuit hoc anno ad Capitulum, 21

---

[c] praedicto : *J.* [d] iam-iam si potest fieri : *J.* [e] quod : *J.* [f] possit : *J.* [g] intra Pascha id fiat : *J.* [h] a vino abstineat usquequo fecerit competenter : *J.*

17 : *JP*¹. [a] Caduini : *J.* [b] Gondonis : *J.* [c] Guillermi : *J.* [d] intra : *J.* [e] generale : *J.* [f] praestitum : *J.*

18 : *JP*¹. [a] Staphardae : *J.* [b] Willermus : *J.* [c] Vingtimiliensis : *J.*

19 : *JP*¹.

20 : *JP*¹. [a] Valcellis : *J.* [b] Cassania : *J.* [c] Gothardo : *J.* [d] Romam mittere : *J.*

21 : *JL*¹*P*¹.

---

[1] Caduinum, Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC.* 7.

[2] Gondonium, Gondon, in Guiennia, dioec. Aginnensi. *OC.* 11.

[3] Fontguillem, in Guiennia, dioec. Vasatensi ; erat Gondonii filia. *OC.* 109.

[4] In Pedemontio, dioec. Salutiensi. *OC.* 36.

[5] Huius nominis duo erant monasteria in Italia : in Aprutio ulteriori, dioe. Pennensi et in Pedemontio, dioec. Taurinensi. *OC.* 199, 121.

[6] Casa-Nova Taurinensis erat filia Tileti in Pedemontio ; Casa-Nova Pennensis erat filia SS. Vincentii et Anastasii prope Romam.

[7] Valcellae, Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC.* 24.

[8] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC.* 27.

[9] N.-D. de la Chassagne, in dioec. Bellicensi. *OC.* 147.

[10] S. Gotthardus, in Hungaria. dioec. Sabariensi. *OC.* 183.

[11] In Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC.* 122.

[12] S. Sebastianus ad Catacumbas, prope Romam. *OC.* 162

ad litteras Domini Papae redditur excusatus, sed sequenti anno, omni occasione remota, [a] se praesentet. Abbas de Fossa-Nova [b] [1] hoc ei denuntiet [c].

22 Abbates Bonifontis [2], de Benedictione [3], de Floran [a] [4], et de Mathaplana [b] [5], qui non venerunt ad Capitulum, cum venire deberent, poenam sustineant constitutam scilicet omni sexta feria sint in pane et aqua, et extra stallum abbatis donec Cistercium veniant, et ad sequens Capitulum nihilominus veniant super hoc veniam petituri. Abbas de Scala-Dei [c] [6] hoc eis denuntiet.

23 De abbate Locedii [7] qui ad mandatum visitatoris non venit ad Capitulum, committitur abbati de Firmitate [a], qui diligenter inquirat quare [b] non venerit, et de excessibus eius, et auctoritate Capituli digne corrigat quod invenerit emendandum.

24 Abbas de Morelore [a] [8] et de Spina [b] [9] qui neglexerunt terminare querelam quae vertitur inter abbates de Mera [c] [10] et de Karrazeto [d] [11], a Capitulo generali sibi commissam, poenam sustineant super hoc constitutam [e], videlicet ut sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et iterum committitur eisdem terminanda infra sequens Capitulum. Abbas de Superaddo [12] hoc eis denuntiet.

25 Abbas de Gradis [13] qui non venit ad Capitulum cum venire

---

[a] Capitulo : *J*. [b] Fossae-Novae : *J*. [c] *apud* L^1 : Abbas Sancti-Sebastiani excusatur a Capitulo propter litteras Domini Papae et ad sequens praesentabitur.

22 : JP^1. [a] Florani : *J*. [b] Metaplanae : *J*. [c] Scalae-Dei : *J*.

23 : JP^1. [a] Firmitatis : *J*. [b] cur : *J*.

24 : JP^1. [a] Morelorae : *J*. [b] Spinae : *J*. [c] Merae : *J*. [b] Carraseti : *J*. [e] assignatam, scilicet sint : *J*.

25 : JP^1.

---

[1] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[2] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.
[3] Bénissons-Dieu, in Vasconia, dioec. Convenensi. *OC*. 184.
[4] Seu Flaranum, in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 126.
[5] Seu Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.
[6] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 47.
[7] Locedio, in Pedemontio, in dioec. Casalensi. *OC*. 11.
[8] Moreruela, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.
[9] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[10] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucensi. *OC*. 73.
[11] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[12] Sobrado, Superatum, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[13] Gradicium, in Bohemia, dioec. Litomericiensi. *OC*. 175.

deberet, poenam sustineat constitutam [a], scilicet, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et extra stallum abbatis, et ad sequens Capitulum Cistercium veniat super hoc veniam petiturus [b]. Abbas de Blace [1] hoc ei denuntiet, et dicat ei ut respondeat de eo quod dicitur suscepisse locum ad abbatiam construendam, sine [c] licentia Capituli generalis.

Abbas de Pomoc [a] [2] qui equitavit cum chryrotecis et pellibus, 26
et pileo ferrato [b] et botis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Pro [c] infirmitate tamen quam praetendit multum parcitur ei a Capitulo generali, quod ne alicubi aliquando fiat durius inhibetur [d].

Abbas Claraevallis qui vocavit episcopum in visitatione [5] de 27
Pabulis [3], et quia minus ordinate dicitur abbatem de Moris [4], promovisse, tribus diebus sit in levi culpa. Et pro infirmitate sua parcitur ei ne sit in pane et aqua.

Abbas Casemarii [a] [2] cui specialiter a Capitulo generali man- 28
datum est [b] ut veniret [c] anno praeterito de excessu suo responsurus et non venit, omni sexta feria sit in pane et aqua et [d] extra stallum abbatis [e], donec Cistercio [f] se praesentet, et nisi sequenti Capitulo se praesentaverit, depositum se esse cognoscat. Abbas de Fossa-Nova [g] [6] hoc ei denuntiet.

Abbas Vallis-Ecclesiarum [7] qui speciale mandatum accepit 29

---

[a] super hoc latam nempe : *J*. [b] rogaturus : *J*. [c] absque : *J*.

26 : *JL¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴W*. [a] Pomor : *L¹*. [b] munito : *J*. [c] Sciat tamen quod pro infirmitate multum ei condonatur a Capitulo generali, quod ne alicubi aliquando fiat durius inhibetur : *J*. [d] *lex generalis tantum apud P⁴T⁴* : Prohibetur ne quis abbas, monachus vel conversus nostri Ordinis equitet cum chirotecis aut pilleis sive botis ; omnibus etiam abbatibus inhibetur ne secum pelles deferant ad cooperiendum ; transgressores omni sexta feria sint in pane et aqua quamdiu eas habuerunt ad hunc usum.

27 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] monasterii de Pabulis, et qui dicitur... : *J*.

28 : *JP¹*. [a] Casemaris : *J*. [b] fuerat : *J*. [c] ad illud : *J*. [d] tum : *J*. [e] sedeat : *J*. [f] Cisterciuni veniret, nisi autem : *J*. [g] Fossae-Novae : *J*.

29 : *JP¹*.

---

[1] Leg. Plaze, Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragensi. *OC*. 82.

[2] i. e. Nepomuk, in Bohemia, dioec. Budvicensi. *OC*. 83.

[3] Seu S. M. delle Paludi, Clareaevallis filia, in Sardinia, dioec. Turritana. *OC*. 211.

[4] Mores, in dioec. Trecensi Campaniae. *OC*. 135.

[5] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.

[6] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

[7] Valdeiglesias, in Castella nova, dioec. Toletana. *OC*. 174

a Capitulo generali ut [a] veniret responsurus de duobus monachis et converso quos Petro Ferrandi commodaverat, sequenti anno Capitulo se praesentet, omni occasione postposita, super hoc veniam petiturus. Abbas de Oliva [b] [1] hoc ei denuntiet.

30 Abbas de Quinguevoda [2] qui non renuntiavit de fundatione abbatiae [a] quod ei commissum fuerat, poenam statutam super hoc sustineat, scilicet [b] ut tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas Claraevallis hoc ei nuntiet [c].

31 Abbates de Vaverleia [a] [3], de Gardona [b] [4], et de Rieval [c] [5], pecuniam quam collegerunt pro interdicto Angliae, usque [d] ad Pascha Cistercium mittant, et [e] nisi miserint ex tunc, omni sexta feria sint in pane et aqua. Abbas [f] Claraevallis hoc eis faciat nuntiari [g].

32 Monachi de Fontanis [6] in Anglia, nimirum Guillelmus [a] de Cantuaria, et Paulinus qui multa enormia occasione visitationis in domo de Lisa [b] [7] commiserunt, emittantur de domibus propriis non reversuri nisi per generale Capitulum, et pedites veniant Claramvallem, ultimi per annum in ordine permansuri, et omni sexta feria eiusdem anni sint in pane et aqua. Successori vero abbati de Fontanis praecipitur ut filiam suam de Lisa[b] de cetero per se vel per [c] abbatem alium Ordinis nostri visitare [d] faciat. Abbas Claraevallis hoc ei denuntiet.

33 De abbate Risus Agni [8] qui monachum suum ad questum praedicationis dicitur direxisse, et de quo alia inordinata dicun-

---

[a] quatenus veniret ad illud : *J*. [b] Olivae : *J*.
30 : *JP*¹. [a] secundum quod : *J*. [b] nempe : *J*. [c] denuntiari faciat : *J*.
31 : *JL*¹*P*¹. [a] Guaverleia : *J* ; Waurellec : *L*¹. [b] Guardona : *J* ; Bardona : *L*¹. [c] Rievas : *J* ; Rievalle : *L*¹. [d] intra : *J*. [e] Quod si non : *J*. [f] Nuncietur per abbatem Claraevallis : *L*¹. [g] denuntiari curet : *J*.
32 : *JP*¹. [a] *W*. de : *P*¹. [b] Lusa : *J*. [c] per alium : *J*. [d] non negligat : *J*.
33 : *JL*¹*P*¹.

---

[1] In Navarra, dioec. Pampilonensi. *OC*. 119.
[2] Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestriensi in Anglia. *OC*. 58.
[3] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.
[4] Seu Garendon, in dioec. Conventrensi. *OC*. 30.
[5] Rievaulx abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 22.
[6] Foutains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[7] Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergensi. *OC*. 88.
[8] Al. Bonlieu, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 64.

tur, committitur abbatibus Trizagii [a] [1] et S. Leonardi [2], qui ad [b] domum accedentes [c], tam in capite quam in membris auctoritate Capituli quae corrigenda invenerint digne corrigant et emendent.

Praecipitur abbati Curiae-Dei [3], ut usque [a] ad Pascha abbatem constituat in Hyran [b] [4] filia sua. 34

De Raymondo quondam abbate de Salas [a] [5] praecipitur ut usque [b] ad Nativitatem Domini veniat ad abbatem de Stafarda [6], ipsius praecepto pariturus; alioquin pro fugitivo habeatur. Abbas de Sancto-Galgano [c] [7] hoc ei denuntiet. 35

De monacho Altae Cumbae [8] quondam abbate in Graecia, qui pecuniam moniali malae opinionis [a], ut dicitur, tradidit, et carnes in villa comedit et potionem [b] accepit et se balneavit, de quo etiam alia inordinata dicta sunt, praecipitur ut usque [c] ad Nativitatem Domini veniat Claramvallem, ultimus in ordine [d], et omni sexta feria [e] sit in pane et aqua et per [f] annum usque ad nutum Capituli generalis. Abbas [g] Altae Cumbae hoc ei denuntiet. 36

Praecipitur abbati S. Anastasii [9] ut usque [a] ad Nativitatem Domini revocet monachos quos dicitur in [b] abbatiam de Sylva [10] misisse, qui nisi redire voluerint pro fugitivis habeantur. Abbas vero qui licentiam manendi eis dedit [c] tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Fossa Nova [d] [11] hoc ei nuntiet. 37

---

[a] Trisagii : *JL*¹. [b] illam : *J*. [c] ea quae corrigenda invenerint... emendent tam in capite... : *J*.

34 : *JMP*¹. [a] intra... constituere : *J*. [b] Hiram : *J*; Hiran : *M*.

35 : *JP*¹. [a] Salasii : *J*. [b] intra Natalem Domini conveniat abbatem Stafardae : J. [c] Sancti-Galgani : *J*.

36 : *JL*¹*P*¹. [a] operationis : *P*¹. [b] pocessionem accepit unam, seque balneavit : *J*. [c] intra Natalem : *J*. [d] ponendus : *J*. [e] ieiunaturus : *J*. [f] unum : *J*. [g] Abbas... : *deest apud L*¹.

37 : *JP*¹. [a] intra Natalem : *J*. [b] apud monasterium Sylvae : *J*. [c] concessit : *J*. [d] Fossae novae : *J*.

---

[1] Trisay, in dioec. Lucionensi. *OC*. 85.
[2] S. Leonardus de Calmis, in dioec. Rupellensi. *OC*. 156.
[3] La Cour-Dieu, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 6.
[4] Leg. Hyranz, Iranzu, in Navarra, dioec. Pampilonensi. *OC*. 176.
[5] In Tuscia. *OC*. 191.
[6] In Pedemontio, dioec. Salutiensi. *OC*. 36.
[7] In Tuscia, dioec. Volaterrana. *OC*. 205.
[8] Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberiensi. *OC*. 34.
[9] SS. Vincentius et Anastasius ad Aquas Salvias, prope Romam. *OC*. 62.
[10] Sub isto nomine nulla abbatia creata fuit a SS. Vincentio et Anastasio.
[11] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terraciensi. *OC*. 37.

38 Abbas Sanctae Crucis [1] qui reliquit Montem-Sanctae-Mariae [2] tribus annis sine [a] abbate, tribus diebus sit in levi culpa, uno [b] eorum in pane et aqua, et usque [c] ad Pascha abbatem ibi [d] constituat, vel monachos vocet. Abbas de Cicador [3] hoc ei denuntiet.

39 Prior de Perignaci [a] [4] qui cum missus[b] esset ad Capitulum non venit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Bella-Pertica [c] [5] hoc ei denuntiet.

40 Abbas de Faesia [a] [6] qui non venit ad Capitulum, poenam super hoc latam patiatur [b], omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis [c] donec Cistercio [d] se praesentet. Abbas de Gundonio [e] [7] hoc ei denuntiet.

41 De abbate de Clariana [a] [8] de quo dicitur quod olim fugitivus transiit ad collegium [b] nigrorum monachorum et electus est in [c] abbatem, committitur abbati Caduini [9] ut ad locum accedat, et auctoritate Capituli digne corrigat quae invenerit [d] emendanda. Abbas de Gundonio [e] [10] hoc ei nuntiet et [f] de Ardoel [11] secundum ordinem similiter provideat.

42 Abbas de Spina [a] [12] qui non venit ad Capitulum, cum venire deberet, poenam super hoc scriptam sustineat [b], ut scilicet omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis [c],

---

38 : *JP*¹. [a] privatum : *J.* [b] duobus : *J.* [c] intra : *J.* [d] verbi : *P*¹.
39 : *JP*¹. [a] Partinhac : *P*¹. [b] qui missus ad C. non venit : *J.* [c] Bellae-Perticae : *J.*
40 : *JP*¹. [a] Faesiae : *J.* [b] videlicet sit : *J.* [c] maneat : *J.* [d] Cistercium venerit : *J.* [e] Gondonii : *J.*
41 : *JP*¹. [a] Clarianae : *J.* [b] ordinem : *J.* [c] in eo abbas : *J.* [d] noverit : *J.* [e] Gondonii : *J.* [f] et de... etc. : *deest apud J.*
42 : *JP*¹. [a] Spinae : *J.* [b] scilicet sit : *J.* [c] maneat : *J.*

---

[1] Heiligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonensi. *OC.* 36.
[2] Marienberg, in Hungaria, dioec. Jaurinensi; Sanctae Crucis filia. *OC.* 200.
[3] B. M. de Czicador, in Hungaria, dioec. Quinque ecclesiensi. *OC.* 71.
[4] Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennensi. *OC.* 130.
[5] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC.* 75.
[6] Faisia, in dioec. Burdigalensi. *OC.* 109.
[7] Gondon, in Guiennia, dioec. Agennensi. *OC.* 11.
[8] Clariana, du Jau, in dioec. Perpinianensi. *OC.* 147.
[9] Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC.* 7.
[10] Cf. nº 7.
[11] Ardorellum, in Languedocio, dioec. Albiensi. *OC.* 108.
[12] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC.* 108.

donec Cistercio se praesentet et nihilominus ad sequens Capitulum accedat. Abbas de Sobrada [d] [1] hoc ei nuntiet.

Petitio abbatis Trium-Fontium [2] de stagno faciendo, committitur abbatibus de Valle-Clara [a] [3], de Ripatorio [4], de Morimundo [5] et de Bolencort [6], qui rem diligenter inquirant quod [b] utilitatis exinde [c] consequatur abbatiae Trium-Fontium, quid [d] damni patiatur abbatia de Chemino [7], et quod invenerint Domino Cistercii et abbati Claraevallis renuntient. Eisdem committitur de monacho qui manus temerarias [f] iniecisse dicitur in abbatem proprium, qui [g] etiam amotus per violentiam dicitur a columna super quam corpus [h] Domini ponebatur. 43

Iniungitur abbatibus de Andrea [a] [8] et de Siloe [b] [9] ut personaliter accedant ad locum in quo dux de Charis [c] vult construere abbatiam, qui diligenter considerent situm loci, possessiones, et omnia necessaria ad fundationem abbatiae [d], et quod invenerint, sequenti Capitulo procurent nuntiare. Abbas de Columba [e] de Venetia [10] hoc eis denuntiet. 44

Abbatibus Caleriae [11], et Vilerii [12], de Insula [a] [13], qui commodaverunt conversos comiti de Bar [b], praecipitur ut conversos suos revocent in [c] instanti; qui, si reverti noluerint, pro fugitivis 45

---

[d] Sobradae : *J*.

43 : *JL*¹*P*¹. [a] Vallis-Clarae, Ripatorii, Morimundi et Bulencuriae : *J*. [b] quid : *J*. [c] inde : *J*; ex eo : *L*¹. [d] aut quid : *J*. [e] Chimenonis : *J*; Chiminio : *L*¹. [f] violentas : *L*¹. *l* quem etiam amovit per violentiam a columna : *J*. [h] chorus : *P*¹.

44 : *JP*¹. [a] Andreae : *J*. [b] Silcé, Sitci (?) : *J*. [c] Carisii : *J*. [d] huius : *J*. [e] Colombae : *J*.

45 : *JP*¹. [a] Insulae : *J*. [b] Barrensi : *J*. [c] statim : *J*.

---

[1] Sobrado, Superatum, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.

[2] In dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.

[3] Vauclair, in dioec. Suessionensi. *OC*. 32.

[4] L'Arrivour, in dioec. Trecensi Campaniae. *OC*. 59.

[5] In dioec. Lingonensi. *OC*. 5. Mirum est quod non citatur in huius enumerationis initio.

[6] Bullencuria, in dioec. Trecensi Campaniae. *OC*. 118.

[7] In dioec. Catalaunensi. *OC*. 49.

[8] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.

[9] Sala, in Tuscia. *OC*. 191.

[10] In ditione Venetorum tunc temporis duo tantum erant monasteria virorum: Follina et S. Thomas. *OC*. 86, 213.

[11] Leg. Caladia, La Chalade, in dioec. Virdunensi. *OC*. 14.

[12] Villers Betnach, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 26.

[13] Insula-Barrensis, L'Isle-en-Barrois, in dioec. Nanceyensi. *OC*. 126.

habeantur. Abbates autem qui licentiam [d] dederunt, sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

46 Conversus [a] de cellario Daccis qui abbatem Pontiniaci minus devote dicitur suscepisse, immo [b] nihil penitus ei, excepto vini vasculo, ministrasse, pedes [c] Pontiniacum veniat, abbatis Pontiniaci [d] arbitio pariturus.

47 Abbas Igniaci [1] qui permittit conversos suos *Miserere mei Deus* septies alternatim dicere sexta feria loco VII psalmorum, propter novitatis praesumptionem et singularitatem, tribus diebus sit in levi culpa, et conversos taliter studeat emendare, ne [a] de cetero audeat aliquis [b] talia attentare.

48 Abbas de Trapa [a] [2] qui conversum unum cuidam saeculari dicitur commodasse, conversum [b] suum revocet in [c] instanti, et tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

49 De abbate de Roseriis [3] qui novitios [a] in minori aetate dicitur recepisse, committitur abbatibus de Aceio [b] [4] et de Monte-Sanctae Mariae [c] [5], qui rem diligenter inquirant, et quod invenerint digne corrigant secundum [d] Instituta Capituli generalis.

50 De monacho Prulliacensi [6] nuncupato Petro [a] heremita praecipitur ut in [b] instanti revocetur a praedicatione Albigensium, nec ipse nec alius aliquis sine [c] licentia Capituli generalis de [d] cetero praedicationis officium audeat usurpare. Quod si quis usurpare praesumpserit, pro fugitivo habeatur.

51 Abbatibus de Anglia [a], de Hybernia, de Wallia, de Scotia, qui v cumenire deberent ad Capitulum non venerunt, districte praecipitur ut sine omni occasione ad sequens Capitulum veniant, de

---

[d] eis : *J*.

46 : *JP*[1]. [a] cellarii qui : *J*. [b] quinimo ei nihil : *J*. [c] pedites : *J*. [d] Pontiniacensis : *J*.

47 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] quod ne : *J*. [b] quisquam eorum : *J*.

48 : *JP*[1]. [a] Strapa : *P*[1]. [b] illum : *J*. [c] statim et nihilominus : *J*.

49 : *JL*[1]*P*[1]. [a] minoris aetatis fertur recepisse : *J*. [b] Aceii : *J*. [c] Montis-Sanctae-Mariae : *J*. [d] secundum... etc. : *deest in L*[1].

50 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] nuncupato Petro : *apud J tantum*. [b] statim : *J*. [c] absque : *J*. [d] deinceps : *J*.

51 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Angliae, Hiberniae, Valliae, Scotiae : *J*.

---

[1] Igny, in dioec. Remensi. *OC*. 14.

[2] Trappa, in Normannia, dioec. Sagiensi. *OC*. 105.

[3] Rozières, in dioec. S. Claudii. *OC*. 26.

[4] Acey, in dioec. S. Claudii. *OC*. 40.

[5] In dioec. Bisuntina. *OC*. 204.

[6] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC*. 5.

tanta et tam diuturna negligentia satisfacturi. Qui [b] tunc non venerunt, auctoritate Capituli generalis depositos se esse cognoscant. Patres abbates hoc eis denuntient [c].

Conversi Fontis Frigidi [1] qui conversum morti exposuerunt, **52**
eliminentur a domo propria non reversuri nisi per generale Capitulum et ultimi in ordine, et omni sexta feria sint in pane et aqua [a]. Abbas Vallis-Magnae [2] hoc eis denuntiet.

De abbate Fontineti [3] qui dicitur novitium habere infra annos [a], **53**
committitur abbatibus de Ripatorio [b] [4], et de Longo-Vado [c] [5], qui ad locum accedentes digne corrigant quae corrigenda cognoverint, auctoritate Capituli generalis.

Querela abbatis Dalonensis [a] [6] contra abbatem Bonaudae [b] [7] **54**
Ruthenensis [c], committitur abbatibus Obazinae [8] et Belli Loci [9], qui diligenter rem inquirant personaliter [d] ad locum accedentes, et de scriptis allegationibus et inspectis [e] instrumentis utriusque partis, quod invenerint, sub testimonio sigillorum suorum inclusum deferant ad Capitulum.

Querela quae vertitur inter abbates de Dora[10], de Quinque- **55**
suda[a] [11], de Mellifonte[12], de Fontibus[13], de Fornasio[14], ex una parte, et Florentium et Joannem filium Bartholomei burgenses [b]

---

[b] autem : *J*. [c] *brevius apud* *L*[1] : Abbatibus de Anglia, de Hibernia et de Wallia, de Scotia, qui non venerunt ad Capitulum, praecipitur ut sequenti anno veniant, alioquin de facto deponentur.

52 : *JP*[1]. [a] ieiunaturi : *J*.

53 : *JL*[1]*P*[1]. [a] debitos constitutum : *J*. [b] Ripatorii et Longi-Vadi : *J*. [c] ut inquirant et corrigant : *L*[1].

54 : *JP*[1]. [a] de Dalona : *J*. [b] de Bonauda : *J*. [c] dioecesis : *J*. [d] pluraliter : *J*. [e] inscriptis : *J*.

55 : *JP*[1]. [a] Quinquesoda : *J*. [b] Bergenses de Sancto-Audomaro : *P*[1].

---

[1] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC*. 86.
[2] Valmagne, in Languedocio, dioec. Montis-Pessulana. *OC*. 138.
[3] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.
[4] L'Arrivour, in dioec. Trecensi Campaniae. *OC*. 59.
[5] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.
[6] Dalon, in dioec. Tutelensi. *OC*. 147.
[7] Bonavallis, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 144.
[8] Obazine, in dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[9] Belloc-en-Rouergue, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 79.
[10] Dore, in dioec. Herefordiensi. *OC*. 92.
[11] Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestriensi. *OC*. 58.
[12] Mellifont, in Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.
[13] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[14] Furness abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 97.

Sancti-Audomari [1] ex alia parte, committitur Abbatibus Waverliae [c] [2] et de Tama [3], auctoritate Capituli terminanda. Abbas de Eleemosyna [d] [4] hoc eis denuntiet.

56 Querela Praepositi et conventus de Salebroc contra abbatem de Hausebroc [5] committitur abbatibus de Eurebrac [a] [6] et de Harnesbroc [b] [7], auctoritate Capituli terminanda.

57 Querela quae vertitur inter abbates de Trizaio [a] [8] et de Bona-Valle[b] [9], committitur abbatibus Gratiae Dei[10], de Pinu[11], et de Stella[12], auctoritate Capituli terminanda.

58 Querela inter abbatem de Tironello[d] [13] et dominum [b] Patricium de Chaureis, committitur abbatibus de Oratorio[c] [14] et de Persenia[15] auctoritate Capituli terminanda.

59 Querela abbatum de Firmitate [a] et de Fonteneto[16] committitur Domino Cistercii.

60 Querela abbatum de Ripatorio[a] [17] et de Moris[18] iterum committitur abbatibus Trium Fontium[19], Monasterii in Argona[20] et de Bullencuria [b] [21], auctoritate Capituli terminanda.

---

[c] Waurelée et de Thama : *P*¹. [d] Eleemosynae : *J*.
56 : *JP*¹. [a] Eurebrach : *J*. [b] Harsnebroch : *J*.
57 : *JP*¹. [a] Trisagio : *J*. [b] Bona-Walle : *P*¹.
58 : *JP*¹. [a] Tironelli : *J*. [b] Patricium dominum de Chaurtiis : *J*.
[c] Oratorii et Perseniae : *J*.
59 : *JL*¹*P*¹. [a] Firmitatis et Fonteneti : *J*.
60 : *JP*¹. [a] Ripatorii : *J*. [b] Bullencuriae : *J*.

---

[1] Saint-Omer.
[2] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC.* 16.
[3] Tame, in dioec. Lincolniensi. *OC.* 46.
[4] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC.* 10.
[5] Heilsbronn (?) in Bavaria, dioec. Eystettensi. *OC.* 27.
[6] Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC.* 20.
[7] Arnsburg, Castrum Aquilae, in dioec. Moguntina. *OC.* 169.
[8] Trizay, in dioec. Lucionensi. *OC.* 85.
[9] Bonnevaux, in dioec. Pictaviensi. *OC.* 13.
[10] In dioec. Rupellensi. *OC.* 34.
[11] Le Pin, in dioec. Pictaviensi. *OC.* 65.
[12] L'Étoile, in dioec. Pictaviensi. *OC.* 85.
[13] Tyronellus, Tyronneau, in dioec. Cenomanensi. *OC.* 116.
[14] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC.* 10.
[15] Perseigne, in dioec. Cenomanensi. *OC.* 84.
[16] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC.* 8.
[17] L'Arrivour, in dioec. Trecensi Campaniae. *OC.* 59.
[18] Morae, in dioec. Trecensi. *OC.* 135.
[19] In dioec. Catalaunensi. *OC.* 6.
[20] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC.* 79.
[21] Bullencuria, in dioec. Trecensi Campaniae. *OC.* 118.

Querela abbatum de Karrazeto [a] [1] et de Monte Ramorum [2], committitur abbatibus de Ursaria [b] [3] et de Superaddo [4], qui convocatis partibus audiant allegata et instrumenta conspiciant, et redactis in scriptum quae audierint et viderint, ad sequens Capitulum sub testimonio sigillorum suorum, satagant nuntiare. **61**

De monialibus Brollii [5] quae nimis [a] propinquae dicuntur esse mansionibus monachorum, tantum [b] bosculo distantes, ad quas omnes dicuntur saeculares venire et colloqui [c] in nemore propinquo, unde [d] potest venire scandalum et periculum animarum, committitur abbati Savigniaci [6] qui locum adeat, et [e] tale remedium adhibeat [f] ad praedicta quod Ordini proveniat ad honestatem et animabus proficiat ad salutem. **62**

Querela abbatum Vallis Lucentis [7] et de Escharlis [a] [8] committitur abbatibus Pontiniaci et Fontis Joannis [9], auctoritate Capituli generalis terminanda. **63**

Abbas de Ré [a] [10], qui terminos abbatiae suae ita [b] propinquos constituit ut fere pateat aditus mulieribus, et qui celebravit missam in qua diaconus noviter ordinatus cum legisset evangelium, egrediens in appendicium contiguum oratorio de manu matris suae recepit oblationem, sex diebus sit in levi culpa duobus eorum in pane et aqua. Terminos autem abbatiae taliter **64**

---

61 : *JP*¹. [a] Carraseti : *J*. [b] Ursariae et Superadae qui vocatis : *J*.

62 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] dicuntur prope esse : *J*. [b] sylva exigua tantum distantes ab eis quas : *J*. [c] cum eis : *J*. [d] ex qua re posset provenire scandalum tum : *J*. [e] taleque : *J*. [f] quod honestas Ordinis servetur et animarum profectus proficietur : *J*.

63 : *JP*¹. [a] Scalarum : *J*.

64 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Rei : *J*. [b] ita constituit propinquos mulieribus ut fere ipsis aditus ad monasterium pateat, et qui : *J*.

---

[1] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[2] S. M. de Monte Rami, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.
[3] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.
[4] Sobrado, Superatum, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[5] Forsan Brailla, seu Braela, alias Alnetum, in dioec. Atrebatensi. *TB*. I, 484.
[6] Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
[7] Vauluisant, in dioec. Senonensi. *OC*. 16.
[8] Scarleiae, Escharlis, in dioec. Senonensi. *OC*. 20.
[9] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 12.
[10] B. M. in Insula Rea, l'île de Ré, prope Rupellam. *OC*. 139.

ordinet abbas et sepiat, quod [c] ingressus mulierum illicitus longius [d] arceatur.

65 Abbas de Fontanis in Turonia [1] qui inhibuit [a] monacho ingressum in abbatiam suam, quia conventus dispersus erat, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

66 Conceditur regi Hungariae [a] [2] ut cum iter arripuerit ad terram Ierosolimitanam, liceat [b] ei secum habere duos monachos cum converso. Caveat tamen abbas ne hac occasione monachos suos ei tradat antequam iter arripuerit [c].

1213

1 Auctoritate Capituli [a] generalis inhibetur [b] ne de cetero fiant in Ordine [c] picturae [d], sculpturae, praeter [e] imaginem Salvatoris [f], nec [g] varietates pavimentorum, nec superfluitas aedificiorum et victualium, et a nullo abbate portentur scrinia [h] [3] quae vulgo cofria [i] appellantur [j]. Item monasticam [k] simplicitatem servare et imitari [l] cupientes, statuimus ut qui [l] in tonsura et habitu saeculari ad Ordinem accedunt [m], et habitum conversi accipiunt [n], in eodem habitu perseverent [o]. Item familiares qui habitum et tonsuram in aliqua domorum nostrarum susceperunt [p], in aliis domibus Ordinis nostri non suscipiantur, nisi ex [q] licentia proprii abbatis.

---

[c] quatenus : *J*. [d] remotius : *J*.

65 : *JMP*¹. [a] impedivit quominus monachus in abbatiam propriam ingrederetur eo quod conventus dispersus esset : *J*.

66 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰*W*. [a] Ungariae : *L*²*P*¹⁰. [b] sibi : *J*. [c] arripiat : *J*.

1 : *C*¹*D*³*JL*¹*L*²*MP*¹*P*⁴*P*¹⁰*T*⁴ [*P*³*T*³ *ann.* 1199]. [a] Inhibetur auctoritate C. G. : *D*³. [b] fieri in Ordine picturas et sculpturas : *J*. [c] nostro : *C*¹*P*⁴*T*⁴. [d] picturae : *deest in P*⁴*T*⁴ *qui scribunt* : superfluitates aedificiorum vel victualium vel vestium, et a nullo penitus abbate... [e] propter : *T*³. [f] Redemptoris : *D*³*P*³*T*³. [g] uti nec varietates ullae pavimentorum, neque etiam superfluitates : *J*. [h] sive abacus : *J*. [i] cophiri : *D*³*T*³ ; cophri : *C*¹ ; cofri : *P*⁴. [j] nominantur : *D*³. [k] Item monasticam... perseverent : *deest apud C*¹. [l] imitari : *deest D*³. ut si qui litterati : *T*⁴. [m] accesserint : *P*⁴*T*⁴. [n] suscipiunt : *D*³ ; susceperint : *P*⁴*T*⁴. [o] *P*⁴*T*⁴ *add.* : quod si clerici in sacris ordinibus constituti sub habitu laicali in conversos recepti fuerint, cum hoc abbati constiterit, eiiciantur. [p] suscipiunt : *D*³*P*³*T*³. [q] de : *C*¹.

---

[1] i. e. Fontanae Albae, in dioec. Turonensi. *OC*. 100.

[2] Andreas II, 1205-1235.

[3] Scrinium, arca, arcula, *gall.* coffre, *olim* écrin. *DC. VII*, 368.

Item si quis abbas extra domum propriam [a] decesserit [b], et a 2
monachis suis fuerit requisitus, liceat [c] de cetero ad domum
suam [d] a requirentibus reportare corpus eius, auctoritate Capi-
tuli generalis.

Item [a] constituitur auctoritate Capituli generalis ut moniales 3
quae iam etiam incorporatae sunt Ordini [b], non habeant liberum
egressum, nisi [c] de licentia abbatis sub cuius cura [d] consistunt,
quia omnino [e] non expedit animabus earum. Si quae vero fuerint
incorporandae de [f] cetero, non aliter admittantur ad Ordinis [g]
unitatem, nisi [h] penitus includendae [i]. Inhibetur autem, aucto-
ritate praedicta [j] praemissa, ne praesumant [k] mittere moniales
suas ad [l] aliquem locum construendum [m], nisi de licentia [n] Capi-
tuli generalis. Quod si praesumptum [o] fuerit, quae [p] missae
fuerint pro fugitivis habeantur. Abbates [q] in singulis domibus
monialium quas [r] habent sub [s] cura sua, auctoritate Capituli
quae [t] praedicta [u] sunt satagant ordinare.

Prohibetur [a] firmiter ut nullus monachus vel conversus Or- 4
dinis [b] nostri in domo monialium Sancti-Anthonii [c] [1] iuxta Pari-
sios [d] comedat vel pernoctet.

Abbas de Karrazeto [a] [2] qui toties accepit mandatum Capituli 5
generalis de pecunia persolvenda abbati de Begar [b] [3], nec persolvit,
usque ad Capitulum persolvere satagat; alioquin ex tunc se
noverit esse depositum. Abbas de Spina [c] [4] hoc ei denuntiet.

---

2 : $C^1D^3JL^1P^1P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] suam : D^3. [b] decedens obierit : P^4T^4. [c] ipsis rehabere corpus eius : *J*. [d] propriam : CT^3.

3 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] De monialibus constituitur ut quae incorporatae : P^4T^4 [b] nostro : C^1. [c] absque : *J*. [d] auctoritate sunt constitutae : T^3 [e] prorsus : *J*. [f] in posterum non aliter deinceps : *J*. [g] Ordinem : *J*. [h] sub conditione inclusionis : *J*. [i] includantur : D^3. [j] praemissa : D^3JT^3. [k] abbatissae : *J*. [l] monasterium noviter erigendum, absque : *J*. [m] constituendum : $D^3P^3T^3$. [n] eiusdem : P^4T^4. [o] praesumpserint : *J*. [p] sic : $C^1D^3P^4T^3$. [q] singuli : $C^1D^3P^4T^3$; autem : *J*. [r] sub cura sua existentibus : *J*. [s] sua potestate : T^3. [t] quae... sunt : *deest J*. [u] statuta : $D^3P^3T^3$.

4 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1199]. [a] Inhibetur : D^3J. [b] nostri Ordinis : C^1J. [c] Antonii : C^1D^3J. [d] Parisius : $C^1D^3JT^4$; Parisiensis : L^2.

5 : JP^1. [a] Carrazeti : *J*. [b] Begarii, necdum persolvit intra : *J*. [c] Spinae : *J*.

---

[1] Saint-Antoine des Champs. *TB. II*, 2665.

[2] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC.* 209.

[3] In Britannia-minori. dioec. Briocensi. *OC.* 18.

[4] In Legione, dioec. Palentina. *OC.* 108.

6 Abbati de Brueria [a] [1] conceditur ut mittat conventum ad abbatiam [b] construendam in loco pro quo supplicavit Capitulo generali, ita tamen ut aedificia praeparentur competenter habitantibus [c] necessaria.

7 Abbas Pontis Alti [2] qui priorem de Risu agni [a] [3], auctoritate Capituli generalis depositum, iterato promovit in priorem, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et prior deponatur.

8 Praecipitur abbati de Caduno [a] [4] ut personaliter [b] accedat ab abbatiam de Clariana [5], et corrigat et ordinet quae corrigenda et ordinanda cognoverit, et taliter ne [c] clamor super iis [d] audiatur de cetero in Capitulo generali, et quod [e] anno praeterito [f] haec sibi mandata non complevit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

9 De conversis Fontis Frigidi [6] qui conversum exposuerunt saecularibus ut interficeretur [a], committitur abbati Claraevallis qui, auctoritate Capituli generalis per se vel per alios digne corrigat et [b] emendet.

10 Abbas Belli Loci [7] qui causam quae vertitur inter abbatem Dalonis [8] et Bonaudae [9] sibi et coniudici suo commissam a Capitulo generali audire neglexit, poenam super hoc statutam sustineat, scilicet [a] ut sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

11 Quoniam abbas de Fontanis in Anglia[10], abbatiam de Lysa[a] [11]

6 : *JP*¹. [a] Brueriae... mittere : *J*. [b] noviter : *J*. [c] habitaturis : *J*.
7 : *JP*¹. [a] Risus agni : *J*.
8 : *JP*¹. [a] Caduini : *J*. [b] pluraliter : *J*. [c] quod : *J*. [d] his non : *J*. [e] quia : *J*. [f] transacti hoc sibi mandatum : *J*.
9 : *JMP*¹. [a] interficiendum : *J*. [b] et emendet : *deest J*.
10 : *JP*¹. [a] videlicet sit : *J*.
11 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Lusae : *J*.

[1] Bruernia, in dioec. Lincolniensi in Anglia. *OC*. 95.
[2] Pontaut, in Vasconia, dioec. Adurensi. *OC*. 127.
[3] Alias Bonlieu, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 64.
[4] Caduinum, Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC*. 7.
[5] Clariana, du Jau, in dioec. Perpinianensi. *OC*. 147.
[6] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC*. 86.
[7] Beaulieu en Rouergue, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 79.
[8] Dalona, in dioec. Tutelensi. *OC*. 147.
[9] i. e. Bona Vallis, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 144. Cf. ann. 1212, nº 54.
[10] Foutains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[11] Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergensi. *OC*. 88.

in Norvegia, secundum formam Ordinis, competenter non potest visitare, eadem domus de Lysa [a] domui de Alvastro [1] committitur in filiam. Abbas de Asylo [b] [2] abbati de Alvastro [c] hoc denuntiet.

12 Abbas Loci Dei [3] qui iniunctam sibi visitationem in domo Candelii [4] facere neglexit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

13 Abbas de Fossa nova [a] [5] qui dicitur hoc anno filiam suam abbatiam de Marmossolio [6] non visitasse, si usque [b] ad festum Sanctae Crucis non [c] visitasse cognoscatur, sententiam super hoc latam sustineat, scilicet ut tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Falera [d] [7] hoc ei denuntiet [e].

14 Abbates de Belora [a] [8] et de Nova valle [9] et de Cara valle[10], qui hoc anno non visitaverunt filias suas, scilicet [b] Ferrariam[11], Comariam[12], Sanam vallem[13], tribus diebus sint [c] in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Fiterio [d] [14] hoc denuntiet

---

[b] Sylo : *J*. [c] Alvastri : *J*.

12 : *JP*[1].

13 : *JP*[1]. [a] Fossae novae : *J*. [b] intra : *J*. [c] eam visitasse non : *J*. [d] Phalerae : *J*. [e] *Lex generalis apud L*[1], *sublata mentione cuiuscumque monasterii* : Poena abbatum qui non visitabunt filias suas quolibet anno erat ut pro qualibet vice tribus diebus essent in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

14 : *JP*[1]. [a] Belorae et Novae vallis et Carae vallis : *J*. [b] videlicet : *J*. [c] erunt : *J*. [d] Fiterii : *J*.

---

[1] Alvastra, in Suecia, dioec. Lincopensi. *OC*. 73.
[2] As, Asylum, in Dania, dioec. Lundensi. *OC*. 197.
[3] Loc-Dieu, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 149.
[4] Candeil, in Languedocio, dioec. Albiensi. *OC*. 132.
[5] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[6] Marmosoglio, in patrimonio S. Petri, dioec. Veliternensi. *OC*. 156.
[7] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis-Castelli. *OC*. 77.
[8] Leg. Verola, in Aragonia, dioec. Tirasonensi, Ferrariae mater. *OC*. 91.
[9] Nydala, in Suecia, dioec. Lincopensi, quae genuit unicam filiam Guthualiam. *OC*. 74.
[10] i. e. Chiaravalle di Milano. *OC*. 39.
[11] Ferraria, Herrera, in Veteri-Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 163.
[12] Inaudita forma pro Guthualia, Gudvala, in insula Gothlandia, dioec. Lincopensi. *OC*. 152.
[13] Seu Follina, in ditione Venetorum, dioec. Cenetensi. *OC*. 86.
[14] Fiterium, in Veteri-Castella, dioec. Tarasonensi. *OC*. 65.

abbati de Belora [e]; abbas de Asilo [1], abbati de Nova valle; abbas de Chereto [2], abbati de Caravalle.

15 Abbas Sylvanensis [3] qui ad Capitulum non venit, omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis, donec Cistercio [a] se praesentet. Abbas Mansiadae [4] hoc ei denuntiet.

16 Abbas de Kalercio [a] [5] qui non venit ad Capitulum, cum venire deberet, poenam super hoc statutam sustineat, videlicet [b] ut omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis donec Cistercio se praesentet. Abbas Grandis sylvae [6] hoc ei denuntiet.

17 Abbati de Sinancha [a] [7] qui monachum poenitentem in saeculo et misericordiam [b] postulantem, de coemeterio fecit extrahi, praecipitur ut eiectum reducet ad coemeterium cum plenario servitio, et pro excessu suo tribus sextis feriis sit in pane et aqua.

18 Abbas Fontis Moriniaci [8] qui monachum hospitem sine conscientia abbatis, qui eum commendaverat ad ipsum remisit [a], et in via factus est fugitivus, tribus sextis feriis sit in pane et aqua.

19 De monachis de Oliva [9] qui abbatem suum ligasse dicuntur, committitur abbati Morimundi qui, auctoritate Capituli generalis, digne corrigat et emendet.

20 De abbate de Amlesborgue[10] de quo dicitur quod manus violentas iniecerit in conversum, et substravit [a], et novitium rece-

---

[e] Belorae... Asili... Novae vallis... Chereti... Carae vallis : *J*.
15 : $JP^1L^2MP^{10}$. [a] Cistercium veniat : *J*.
16 : JP^1. [a] Calertii : *J*. [b] nempe : *J*.
17 : JL^1P^1. [a] Sinanquae : *J*. [b] revertendi : *J*.
18 : JP^1. [a] unde illa occasione ille monachus se fecit fugitivum : *J*.
19 : JP^1.
20 : JP^1. [a] straverit : *J*.

---

[1] As, Asylum, in Dania, dioec. Lundensi. *OC.* 197.
[2] Cerredo, Ceretum in Lombardia, dioec. Laudensi. *OC.* 43.
[3] i. e. abbas Silvacanae, in Provincia et dioec. Aquensi. *OC.* 107.
[4] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC.* 9.
[5] Calers, in com. Fuxensi, dioec. Rivensi. *OC.* 115.
[6] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC.* 81.
[7] Senanque, in Provincia, dioec. Avenionensi. *OC.* 112.
[8] Fontmorigny, in dioec. Bituricensi. *OC.* 115.
[9] Huius nominis duo extiterunt monasteria : in Navarra, dioec. Pampilonensi, de linea Morimundi ; in Pomerania minori, dioec. Wladislaviensi, de linea Claraevallis. *OC.* 119, 186.
[10] Amelunxborn, in ducatu Brunsvicensi, dioec. Hildeshemiensi. *OC.* 38.

perit infra annos[b], committitur abbati Morimundi qui rem diligenter inquirat, et auctoritate Capituli generalis corrigat et[c] emendet.

Mandatum domini Papae de monialibus, pro duce Poloniae exauditur. 21

De converso Sancti-Prudentis[1] qui puerum monachi Morimundi dicitur percussisse, et faciem ipsius inflammasse, committitur abbati Morimundi. 22

Conversus[a] magister de Lustra de Alto fonte[2] qui inhumanus abbati Cariloci[3] extitit, pedes veniat ad abbatiam Cariloci ad nutum abbatis Cariloci satisfacturus, et post[b] de magisterio suo amoveatur. 23

Abbas de Pratea[a] [4] qui dominum Exoldonensem[5] in Capitulo tumulavit, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua et quadraginta diebus extra stallum[b] abbatis. 24

Serviens[a] abbatis Villae Gradae[6] de[b] Moravia qui saecularem usque ad effusionem sanguinis percussit, separatur[c] in instanti ab ipsius[d] consortio et ab omnibus domibus Ordinis nostri[e], si notus fuerit elongetur, et abbas et conversus, poenam super hoc scriptam anno praeterito, sustineant : scilicet[f] ut conversus septem diebus continuis abstineat a vino, et abbas[g] non adducat ad Capitulum servientem, nec de cetero infra quatuor domos, nisi de licentia Capituli generalis. 25

De abbate Vallis bonae[7] de quo dictum est quod dure et 26

---

[b] aetatis congruae : *J*. [c] et emendet : *deest J*.

21 : *JL¹P¹*.

22 : *JP¹*.

23 : *JP¹*. [a] Conversus Altifontis qui inhumanus : *J*. [b] postea vero de officio : *J*.

24 : *JP¹*. [a] Prateae : *J*. [b] suum : *J*.

25 : *JP¹*. [a] Servus : *J*. [b] in : *J*. [c] separetur : *J*. [d] abbatis familia : *J*. [e] evitetur, et tam abbas quam conversus : *J*. [f] videlicet : *J*. [g] nullum amplius famulum adducat : *J*.

26 : *JP¹*.

---

[1] S. Prudencio, in Veteri Castella, dioec. Calaguritana, de linea Morimundi. *OC*. 145.

[2] Haute-Fontaine, in Campania, dioec. Catalaunensi. *OC*. 41.

[3] Cherlieu, in dioec. Bisuntina. *OC*. 19.

[4] La Prée, in dioec. Bituricensi. *OC*. 86.

[5] Issoudum, ubi erat abbatia O. S. B. in dioec. Bituricensi. Cf. *TB*. I, 1531 ; *GC*. II, 159.

[6] Willegrad, seu Welehrad, in Moravia, dioec. Olomucensi. *OC*. 211.

[7] Valbuena, in Veteri-Castella, dioec. Palentina, de linea Morimundi. *OC*. 71.

minus ordinate se habuit erga visitatorem suum, committitur abbati Morimundi, qui de his et aliis diligenter inquirat, et comperta digne corrigat et emendet, auctoritate Capituli generalis.

27 De abbate de Ligno [a] [1] qui propter paupertatem et corporis infirmitatem parcitur ad [b] praesens, praecipitur ut omni occasione postposita sequenti Capitulo se praesentet, alioquin depositum se esse cognoscat. Abbas de Marmosolio [c] [2] hoc ei nuntiet.

28 Abbas Vallis regis [3] qui saecularem contra formam Ordinis recepit [a] in sepulturam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

29 Causa abbatis de Chiminon [a] [4] quem abbas Trium Fontium [5] minus iuste deposuisse dicitur, committitur abbati Claraevallis qui rem diligenter inquirat et quod invenerit, auctoritate Capituli generalis, corrigat et emendet.

30 Abbas de Furcardi monte [a] [6] qui mortuos suscepit ad [b] sepulturam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

31 Abbas de Caritate [a] [7] qui, omissa charitate, subpriorem electum in abbatem ad eludendam electionem eius cellerarium fecit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

32 Cellerarius Sacrae cellae [8] qui panem et caseum personis Ordinis nostri denegavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

33 Abbas Rimel [a] [9] qui dissimulavit quod monachus eius [b] bene-

---

27 : *JP*¹. [a] Ligni ob paupertatem tum : *J*. [b] modo, tamen : *J*. [c] Abbas Marmosolii hoc ei denuntiet : *J*.
28 : *JP*¹. [a] sepeliendum : *J*.
29 : *JP*¹. [a] Cheminone : *J*.
30 : *JP*¹. [a] Fulcardimontis : *J*. [b] in : *J*.
31 : *JP*¹. [a] Charitatis : *J*.
32 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰.
33 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Kimel : *P*¹ ; Rigniaci : *J*. [b] suus : *J* ; ipsius : *J*.

---

[1] SS. Trinitas de Ligno, in Calabria citeriore, dioec. Rossanensi. *OC*. 185.
[2] Marmosoglio, in patrimonio S. Petri, dioec. Veliternensi. *OC*. 256.
[3] Valroi, in dioec. Remensi. *OC*. 117.
[4] In dioec. Catalaunensi. *OC*. 39.
[5] In dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.
[6] Foucarmont, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 97.
[7] In dioec. Bisuntina. *OC*. 30.
[8] Cercanceaux, in dioec. Meldensi. *OC*. 180.
[9] Rimel, pro Reinfeld, in Holsatia, dioec. Lubecensi. *OC*. 192.

diceret ferrum candens, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis. Monachus vero sit ultimus [c] in ordine, et non celebret usque ad nutum Capituli generalis.

Causa quae vertitur inter abbatem Dalonensem [a] [1] et abbatem de Bonauda [2], de abbatiis transmutatis Dalonensi adiudicatur auctoritate Capituli generalis, nisi in sequenti Capitulo [b] probare potuerit, auctoritate Capituli generalis esse translatas. 34

Abbates non recedant a patribus abbatibus donec ordinaverint quomodo [a] pecunia quae adhuc restat persolvanda in obsequium domini Papae plene persolvatur. Qui [b] aliter ab eis recesserint, omni sexta feria sint in pane et aqua, donec ad nutum patris abbatis satisfaciant. 35

Abbas de Salem [3] qui non venit ad Capitulum nec executus [a] est mandatum [b] Capituli generalis cum abbate de Tulleio [c] [4], in sequenti Capitulo veniam petat super iis [d] reponsurus. Abbas de Lucela [5] [e] hoc ei denuntiet. 36

Abbas Casae novae [6] qui non renuntiavit Capitulo poenam sibi iniunctam anno praeterito [a], pro eo quod inobediens fuit [b] patri abbati, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua; et poenitentiam ipsam nihilominus peragat, si non egit, et utrumque [c] Capitulo sequenti significet. Abbas de Tulleio [d] hoc ei nuntiet. 37

38 Abbas de Ferraria [a] [7] qui anno praeterito [b] non venit ad Capi-

---

[c] Ordinis nec celebret nisi : *J*.

34 : *JP*¹. [a] Dalonae... Bonaudae : *J*. [b] generali potuerit probare illas : *J*.

35 : *JL*¹*P*¹ [a] quae ratione pecuniae : *J*. [b] alioquin qui autem ab eis : *J*.

36 : *JP*¹. [a] exequutus : *J*. [b] ipsius : *J*. [c] Tullei : *J*. [d] his : *J*. [e] Lucellensis : *J*.

37 : *JP*¹. [a] elapso : *J*. [b] fuerit : *J*. [c] utrum ita fecerit : *J*. [d] Tullei : *J*.

38 : *JP*¹. [a] Ferrariae : *J*. [b] transacto : *J*.

---

[1] Dalona, in dioec. Tutelensi. *OC*. 147.

[2] Bona Vallis dioec. Ruthenensis. *OC*. 144.

[3] Al. Salmansweiler, in magnoducatu Badensi, dioec. Constantiensi. *OC*. 50.

[4] Theolocus, in dioec. Bisuntina. *OC*. 19.

[5] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentinensi. *OC*. 12.

[6] In Pedemontio, dioec. Taurinensi. *OC*. 121.

[7] Eiusdem nominis duo fuerunt monasteria : in Veteri Castella, dioec. Calaguritana ; in regno Neapolitano, dioec. Theanensi. *OC*. 163, 178.

tulum, infirmitate detentus, et hoc Capitulo per litteras suas minime nuntiavit, poenam scriptam sustineat, scilicet, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

39 Abbas de Joiaci [1] qui in filia de Risu Agni [2] neglexit corrigere quae sunt [a] emendanda et minus diligens existit usque modo, tribus diebus sit in levi culpa, et taliter ordinet et provideat domui illi usque [b] ad Pascha ut secundum formam Ordinis se habere valeant ibidem habitantes ; alioquin auctoritate Capituli generalis eamdem abbatiam abbati Pontiniaci curandam committet et ordinandam.

40 Abbas de Saceda [a] [3] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, poenam sustineat super hoc constitutam, scilicet [b] omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis sit [c] usque dum Cistercio se praesentet. Abbas de Spina [d] [4] hoc ei denuntiet.

41 De abbate de Oia [a] [5] qui remansit infirmus in via, et sicut [b] dicitur quod senectute gravatur, committitur abbati Claraevallis.

42 Abbas de Folles [a] [6] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, statutam [b] super hoc poenitentiam agat, scilicet omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis sit [c] usque dum Cistercio [d] se praesentet. Abbas de Populeto [e] [7] hoc ei denuntiet.

43 Abbas de Alta Cumba [a] [4] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, statutam super hoc poenitentiam agat, scilicet [b] omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis sit [c], usque dum Cistercio se praesentet. Abbas de Sancto-Sul-

39 : *JP*¹. [a] fuerant : *J*. [b] intra : *J*.
40 : *JP*¹. [a] Sacedae : *J*. [b] videlicet : *J*. [c] sedeat : *J*.
41 : *JP*¹. [a] Oya : *J*. [b] ut dicitur senectute : *J*.
42 . *JP*¹. [a] Fullientii : *J*. [b] poenam scriptam sustineat : *J*. [c] maneat : *J*. [d] Cistercium venerit : *J*. [e] Populeti : *J*.
43 : *JP*¹. [a] Altae cumbae : *J*. [b] nempe : *J*. [c] remaneat quousque Cistercium veniat : *J*.

[1] Jouy, in dioec. Meldensi. *OC*. 12.
[2] Seu Bonus Locus, in dioec. Burdigalensi. *OC*. 64.
[3] Salceda, Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 143.
[4] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[5] Oya, Hoya, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 185.
[6] Seu Fullens, Feuillant, in Languedocio, dioec. Rivensi. *OC*. 157.
[7] Poblet, in Catalonia, dioec. Tarraconensi. *OC*. 127.

pitio [d] [1] hoc ei denuntiet. Prior [e] eius qui venit ad Capitulum cum venire non deberet, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbas de Valle-Sancti-Petri [a] [2] qui non venit ad Capitulum, **44**
eamdem poenam sustineat. Abbas de Claustro [b] [3] hoc ei denuntiet.

Abbates de Albis Petris [4] et de Bono Fonte [5] qui distulerunt **45**
creare abbates in filiabus suis de Petris [6] et de Parinac [a] [7], tribus sextis feriis sint in pane et aqua et usque [b] ad festum B. Martini abbates ibidem provideant ordinare.

De conversis de Pelis [8] qui conversum vivum subterraverunt [a], **46**
committitur abbatibus de Aceio [b] [9] et de Sancto-Godardo [10] et de Sancta Cruce [11], qui [c] accedant ad domum et diligenter inquirant rei veritatem, et quod invenerint, auctoritate Capituli generalis digne corrigant et emendent, sequenti anno quod fecerint Capitulo rescribentes.

Praecipitur auctoritate Capituli generalis abbatibus Bonti **47**
Montis [12] et de Alpibus [a] [13] ut novam constitutionem Ordinis insinuent monialibus Bituminis [14] de restrictione ipsarum et ceteris quae sunt scripta. Abbas vero de Tamis [c] [15] faciat fieri litteras et deferat ex parte Capituli priorissis et monialibus illis

---

[d] Sancti-Sulpicii : *J*. [e] autem : *J*.
44 : *JP*¹. [a] Vallis-Sancti-Petri : *J*. [b] Claustri : *J*.
45 : *JP*¹. [a] Perignaco : *J*. [b] intra : *J*.
46 : *JL*¹*P*¹. [a] violenter : *J*. [b] Aceii et Sancti-Gothardi et Sanctae-Crucis, qui accedentes : *J*. [c] inquirendum et corrigendum : *L*¹ *et nihil amplius*.
47 : *JL*¹*P*¹. [a] Alpium : *J*. [b] in ea scripta : *J*. [c] Stamedii : *J*.

---

[1] S. Sulpice en Bugey, in dioec. Bellicensi. *OC*. 17.
[2] Al. Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC*. 189.
[3] Claustrum Novum, i. e. Himmerod, in dioec. Trevirensi, Heisterbaci mater. *OC*. 31.
[4] Aubepierre, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[5] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.
[6] N. D. des Pierres, in dioec. Bituricensi. *OC*. 116.
[7] Payriniacum, in Guiennia, dioec. Agennensi. *OC*. 130.
[8] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC*. 182.
[9] Acey, in dioec. S. Claudii, Pilisii mater. *OC*. 40.
[10] S. Gotthardus, in Hungaria, dioec Sabariensi. *OC*. 183.
[11] Heiligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonensi. *OC*. 36.
[12] Bonmont, in Helvetia, dioec. Genevennsi. *OC*. 20.
[13] S. Jean d'Aulps, ad lacum Lemannum, in dioec. Aniciensi. *OC*. 41.
[14] Le Beton, monial. cist. abbatia in dioec. Maurianensi. *TB*. I, 387.
[15] Tamié, in Sabaudia, dioec. Camberiensi. *OC*. 30.

quae spectant ad abbatiam Bituminis continentes ut obedientes sint in omnibus abbatissae eiusdem domus, et praefatam restrictionem eis denuntiet. Quod [d] si renuerint, denuntiet easdem moniales ab Ordinis unitate praecisas auctoritate Capituli generalis.

48 Abbati de Claustro [a] [1] conceditur a Capitulo ut [b] faciat anniversarium Treverensis archiepiscopi [2] sedendo.

49 De abbate de Castellariis [3] qui dicitur novitium recepisse infra annos [a], committitur abbati Claraevallis qui digne corrigat quod invenerit corrigendum, secundum instituta Capituli generalis.

50 De magistro de Chalma grangia Firmitatis qui abbatibus ad Capitulum venientibus tam in verbo quam in facto se inhumanum exhibuit, praecipitur auctoritate Capituli generalis ut pedes veniat Cistercium, et [a] ibi comedat ad terram tribus diebus grossum panem sine vino.

51 Praecipitur abbati Belli Loci in Anglia [4] ut adeat ad virum nobilem Willermum, Marescallum domini regis Angliae, et auctoritate Capituli generalis ei supplicet humiliter et devote quatenus indempnitati domus provideat quam etiam fundavit.

52 De monachis Praedicatoribus de Tuscia [a] de quibus scripsit Dominus Papa, committitur abbati Morimundi, qui taliter temperet rem gerendam, ut et Summo Pontifici satisfaciat nec rigor Ordinis nostri enervetur.

53 Abbas Sambucinae [5] qui dimisit conversum suum principi suo, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et a vino abstineat donec eumdem conversum revocet.

54 De comite de Marchia committitur abbatibus Pruliaci [6], Fontis

---

[d] Quod si renuerint : *deest* P^1.
48 : JP^1. [a] Claustri : *J*. [b] facere : *J*.
49 : JP^1. [a] constitutum : *J*.
50 : JP^1. [a] ibique : *J*.
51 : JP^1.
52 : $JL^1L^2MP^1P^{10}W$. [a] Tusciae : *J* ; Pruscia : *W*.
53 : JP^1.
54 : JP^1.

---

[1] Claustrum Novum, seu Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC.* 31.
[2] Joannes, 1190-1212. Gams. *SE.* 318.
[3] N. D. des Châtelliers, in dioec. Pictaviensi. *OC.* 250.
[4] Bellus Locus Regis, Beaulieu-Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC.* 210.
[5] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC.* 143.
[6] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC.* 5.

Joannis [1], et de Sancto-Portu [a] [2] qui adeant Dominum Regem Franciae [3] ex parte Capituli generalis, supplicantes ut a gravamine domorum Ordinis nostri eumdem comitem revocet et compescat.

Petitio Domini [a] Tridentini [4] de construenda abbatia, committitur abbati Morimundi qui per se vel per alium locum consideret et quod [b] viderit Capitulo nunciare procuret. 55

Petitio Domini Patriarchae Antiocheni [5] de abbatia de Nigra Montana [6] cui abbas Morimundi contradicit, committitur Domino Cistercii. 56

Petitio Aurasiensis [a] episcopi [7] qui cum habeat habitum monachi albi [b] vult incorporari Ordini nostro et esse sicut unus de episcopis Ordinis inter nos, gratanter admittitur et devote. 57

Petitio Roderici Fernandi [a] de construenda abbatia committitur abbatibus de Mera [b] [8], de Armentaria [9] et de Pelis [10] qui accedant ad locum et videant et inquirant diligenter, et quod invenerint sequenti Capitulo significare procurent. 58

Petitio Domini archiepiscopi [11] et Capituli Turonensis de monialibus Ambasiensis [a] [12] territorii incorporandis Ordini conceditur [b], si includi voluerint [c], ut non egrediantur extra claustrum sine [d] nutu abbatis, ad cuius curam pertinent [e]. Simul admittitur 59

[a] Sancti-Portus : *J*.

55 : *JP*[1]. [a] Episcopi : *J*. [b] visa : *J*.

56 : *JP*[1].

57 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[18]. [a] Aurasicensis : *L*[2]*M*. [b] nihilominus vult et cupit : *J*.

58 : *JP*[1]. [a] Ferdinandi : *J*. [b] Merea, Armentariae et Peleis qui accedentes : *J*.

59 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Ambasiae : *J*. [b] ita tamen : *J*. [c] adeo ut : *J*. [d] absque : *J*. [e] pertinebunt. Similiter : *J*.

[1] Fontaine-Jean, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 12.

[2] Seu Barbellum, Barbeaux, in dioec. Meldensi. *OC*. 111.

[3] Philippus-Augustus, 1180-1223, *BB*. II, 3627.

[4] Fredericus de Wangen, Triden, episc. 1207-1218. *SE*. 317; *HC*. I, 497.

[5] Petrus, ord. cister. Firmitatis abbas, deinde Iporiensis episc. 1205; Thessal. archiep. 1208. Antioch. patr. 1209; † 1227. *SE*. 433; *HC*. 1, 93.

[6] Huius nominis non extitit cisterciensis abbatia.

[7] Guillelmus Helia, 1205-1221. *SE*. 592; *HC*. I, 117.

[8] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucensi. *OC*. 73.

[9] Armentara, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 146.

[10] Pilisium, Pilis, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC*. 182.

[11] Joannes de Faye, 1208-1228. *SE*. 640; *HC*. I, 503.

[12] Amboise, in reg. Indre-et-Loire. Agitur de abbatia Montis-Cœlestis, seu Monceium, Moncey. *GC*. *XIV*, 335.

petitio Ambianensis episcopi et comitis Pontini pro monialibus de Hispania [f], secundum formam praetaxatam [g].

60 Querela prioris Grandimontis [1] contra abbatem de Domo Dei[2] committitur abbatibus de Bonoradio [a] [3], et de Callovio [4], auctoritate Capituli terminanda.

61 Querela decani Treverensis contra abbatem Destreborc [a] [5] pro comite Yrsuto [b], committitur abbatibus de Brebac [c] [6] et de Sconaugia [d] [7] ut personaliter [e] accedant ad archiepiscopum Moguntianum [f] [8] et haeredes defuncti et modis omnibus elaborent ut satisfaciant pro defuncto.

62 Querela comitis Wintoniensis contra abbatem de Quinquesuda [a] [9] de non construenda abbatia in territorio quod dicit esse suum, committitur abbatibus de Wardona [b] [10] et de Bello Loco Regis [11] ut quae definienda cognoverint statuant, auctoritate Capituli generalis.

63 Querela abbatis de Superaddo [a] [12] contra abbatem de Carrazeto [b] [13] committitur abbatibus de Mera [c] [14] et de Ursaria [15] auctoritate Capituli terminanda.

64 Querelae mutuae abbatis Belliloci in Anglia [16] et abbatis de

---

[f] Hispaniae : *J*. [g] praedictam : *L*[1].

60 : *JP*[1]. [a] Boniradii et Callovii : *J*.

61 : *JP*[1]. [a] Destreborch : *J*. [b] Hirsuto : *J*. [c] Ebrebachii : *J*. [d] Sconaugiae : *J*. [e] pluraliter : *J*. [f] Moguntianensem : *J*.

62 : *JP*[1]. [a] Quinquesoda : *J*. [b] Wardonae et Belli Loci Regis : *J*.

63 : *JP*[1]. [a] Superadae : *J*. [b] Carreseti : *J*. [c] Merae et Ursariae : *J*.

64 : *JP*[1].

---

[1] Ademarus de Friaco, octavus prior Grandimontensis in dioec. Lemovicensi. *TB*. I, 1333.

[2] Domus Dei super Carum, i. e. Niger Lacus, Noirlac, in dioec. Bituricensi. *OC*. 43.

[3] Bouras, in dioec. Senonensi. *OC*. 7.

[4] Chalivoix, in dioec. Bituricensi. *OC*. 52.

[5] Heisterbach, seu Vallis S. Petri, in dioec. Coloniensi. *OC*. 189.

[6] Erebac, Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC*. 20.

[7] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.

[8] Sigfridus de Eppenstein, 1202-1230. *SE*. 289 ; *HC*. I, 321.

[9] Kingswood, in dioec. Glocestriensi in Anglia. *OC*. 58.

[10] Wardon, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 43.

[11] Beaulieu-Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.

[12] Sobrado, Superatum, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.

[13] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[14] Meyra, in Gallecia, dioec. Lucensi. *OC*. 73.

[15] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.

[16] Beaulieu-Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.

Stagleia [a] [1] committitur abbatibus de Varveleia [b] [2] et de Forda [3] et de Tamina, [4] iudicio vel compositione terminanda, et quod factum fuerit sequenti Capitulo nuntietur.

Querela abbatis Vallis Dei [5] contra abbtem S. Salvatoris **65** committitur abbatibus de Bilduas [a] [6] et de S. Maria [7], de Surio [8] et de Magio [9], auctoritate Capituli terminanda. Abbas [b] de Magio abbati de Surio denuntiet hanc commissionem.

Querela Bellae Perticae [10] et Bardonaris [a] [11] committitur abbati **66** Scalae Dei [12].

Querela abbatis Buliensis [a] [13] contra abbatem de Scaleis [b] [14] **67** committitur abbatibus Pruliaci [15], Vallis Lucidae [16] et Sancti Portus [17], auctoritate Capituli terminanda.

Abbates quibus indicta fuerit aliqua poenitentia, debebunt **68** renunciare sequenti Capitulo utrum satisfaciant nec ne.

Quolibet anno abbates qui non venerunt ad Capitulum, si **69** venire debuerant, punientur.

Iudices Ordinis commissi ex parte Capituli debebunt sequenti **70** Capitulo renunciare de successu causarum sibi commissarum,

---

[a] Stanleiae : *J*. [b] Varveliae, Fordae et Taminae : *J*.
65 : *JP*¹. [a] Bilduvals : *J*. [b] Abbas autem Magii... Surii : *J*.
66 : *JP*¹. [a] Bardonae : *J*.
67 : *JP*¹. [a] Vuliensis : *P*¹. [b] Scaleia : *J*.
68 : *L*¹. *cf. ann.* 1207, nº 5.
69 : *L*¹
70 : *L*¹.

---

[1] Stanlegia, Stanley, in dioec. Sarensi. *OC*. 125. non confundendum cum Stanleia in Arderna, in dioec. Wigorniensi. *OC*. 137.
[2] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.
[3] Ford Abbey, in dioec. Exoniensi. *OC*. 40.
[4] Tama, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 46.
[5] Seu Vaudey, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 94.
[6] Bildwas, in dioec. Cestriensi in Anglia. *OC*. 102.
[7] Vallis S M. de Crokesden, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 176.
[8] Surium, Inislounagh, in Hibernia, dioec. Lismoriensi. *OC*. 131.
[9] Magium, Nenay, in Hibernia, dioec. Limericensi. *OC*. 114.
[10] Belle Perche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.
[11] Seu Berdona, Berdoues, in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 48.
[12] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 37.
[13] Bullio, in dioe. Bisuntina, vel Bulium, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 110, 148 ; sed utraque abbatia longe est a Scarleis.
[14] Scarleiae, Escharlis, in dioec. Senonensi. *OC*. 20.
[15] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC*. 5.
[16] Vauluisant, in dioec. Senonensi. *OC*. 16.
[17] Al. Barbellum, Barbeaux, in dioec. Meldensi. *OC*. 111.

alioquin plectebuntur ad arbitrium Capituli. Similiter quibus indicta fuerat aliqua poenitentia, debebunt renunciare utrum satisfecissent nec ne.

1214

1 Abbas de Balerna [a] [1] qui domum Sancti-Andreae [2] visitare neglexit quam visitandam requisierat, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aque.

2 Abbates de Arneborc [a] [3], de Caesarea [4], de Lapide S. Michaelis [5], et de Gundonio [6], qui ad Capitulum non venerunt cum venire deberent, omni sexta feria sint in pane et aqua, et extra stallum abbatis donec [b] Cistercio se praesentent.

Abbas de Brebac [c] [7], hoc denuntiet abbati de Arneborc [d]; abbas de Lucela [e] [8] abbati de Caesarea; abbas de Wolkeret [f] [9] abbati de Lapide S. Michaelis; abbas de Parinia [g] [10] abbati de Godonio [h].

3 Abbas Vallis Dei in Hispaniis [11] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, poenam super hoc statutam sustineat [a], scilicet ut omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis, donec Cistercio [b] se praesentet. Nisi [c] usque ad Pascha

1 : *JP*¹. [a] Abbas Balernae : *J*.
2 : *JP*¹. [a] Arneburc : *J*. [b] venerint Cistercium : *J*. [c] Abbas Brebachii : *J*. [d] Arnburch : *J*. [e] abbas Lucellae abbati Caesareae : *J*. [f] Volkenrede abbati Lapidis-Sancti-Michaelis : *J*. [g] abbas Pariniae abbati Godonii : *J*. [h] *In mss. totum istud mandatum legitur in fine statutorum huius anni, quasi vagans et nullum prae se ferens sensum*; *codex J tamen quaedam addit verba ut nexus creetur inter statutum* 53 *et sequens, nempe* : Abbates de Arneburc eandem paenitentiam super ingressu mulierum denuntiet... etc.
3 : *JP*¹. [a] subeat, videlicet : *J*. [b] Cistercium : *J*. [c] Nisi... cognoscat : *deest apud J*.

[1] Balerne, in dioec. S. Claudii, in comitatu Burgundiae. *OC*. 41.
[2] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.
[3] Arnsburg, Castrum Aquilae, in dioec. Moguntina. *OC*. 169.
[4] Kaisersheim, in Bavaria, dioec. Augustana. *OC*. 32.
[5] Michelstein, in dioec. Halberstadensi. *OC*. 89.
[6] Gondon, in Guiennia. dioec. Aginnensi. *OC*. 11.
[7] Leg. Eberbach, Castri-Aquilae mater; in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC*. 20.
[8] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentina. *OC*. 12.
[9] i. e. Walkenried, in dioec. Moguntina. *OC*. 15.
[10] Peyrignac, in Guiennia, dioec. Agennensi. *OC*. 130.
[11] Val de Dios, in Asturia, dioec. Ovetensi. *OC*. 202.

Cistercio se praesentaverit, depositum se esse cognoscat. Abbas de Bonadiela [1] hoc ei denuntiet.

4 Abbas de Kalercio [a] [2] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, poenam super hoc scriptam sustineat, scilicet [b] ut omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis, donec Cistercio [c] se praesentet. Nisi [d] usque ad Pascha Cistercio [e] se praesentaverit, depositum se esse cognoscat. Abbas Grandis Silvae [3] hoc ei denuntiet.

5 Abbas Stamedii [a] [4] qui monialibus de Bitumine [5] mandatum Capituli generalis nuntiare neglexit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et iterum eisdem mandatum [b] Capituli generalis studeat nuntiare.

6 Abbas Vallis Bonae [6] qui dure et minus reverenter respondit visitatori, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

7 Abbas Mansiadae [7] qui minus reverenter in Capitulo locutus est, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

8 Abbas de Lucela [a] [8] qui patri abbati in domo propria spoliato equitaturam providere neglexit, sex diebus sit levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

9 Abbas de Ferraria [a] [9] qui nec anno praeterito nec praesenti venit ad Capitulum, omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis, donec Cistercio [b] se praesentet, et ad sequens Capitulum veniat super hoc veniam petiturus ; alioquin sciat se deponendum. Abbas Casemarii [10] hoc ei denuntiet.

---

4 : *JP*[1]. [a] Calertii : *J*. [b] videlicet : *J*. [c] Cistercium : *J*. [d] et nisi intra : *J*. [e] Cistercium : *J*.
5 : *JP*[1]. [a] de Thamnis : *P*[1]. [b] praefatum : *J*.
6 : *JP*[1].
7 : *JL*[1]*P*[1].
8 : *JP*[1]. [a] Abbas Lucellensis : *J*.
9 : *JP*[1]. [a] Abbas Ferrariae : *J*. [b] Cistercium : *J*.

---

[1] Bona-Vallis (?) in Nova castella. *OC*. 152.
[2] Calercium, in dioec. Rivensi. *OC*. 115.
[3] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81. Cf. *ann*. 1213, n° 16.
[4] Tamié, in Sabaudia, dioec. Camberiensi. *OC*. 30. Cf. ann. 1213, n° 47.
[5] Le Beton, abbatia monialium cister. *TB*. I, 387.
[6] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.
[7] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9.
[8] Lucelle, in Alsatia, dioec. Argentina. *OC*. 12.
[9] Seu Ferrara, in regno Neapolitano, dioec. Theanensi. *OC*. 178.
[10] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.

10 Abbas Belli Loci [a] [1] qui de Domino Guillermo [b] Marescallo mandatum Capituli adimplere neglexit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Coquasala [c] [2] hoc ei denuntiet.

11 Abbas Casae Novae [3] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire debuisset, scriptam super hoc [a] poenitentiam agat, scilicet ut omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis, donec Cistercio se praesentet et sequenti anno veniat ad Capitulum super hoc veniam petiturus. Abbas Casamarii [b] [4] hoc ei denuntiet.

12 Abbati de Camina [a] [5] quia Curiam Romanam adiit, et in reditu spoliatus fuit, parcitur [b]. Similiter abbati de Claustro [6] propter mandatum Domini Papae, ita tamen ut ad sequens Capitulum veniant super hoc veniam petituri. Similiter excusatur abbas de Versac [c] [7] ad petitionem domini Regis Federici [d] [8]; qui tamen ad sequens Capitulum veniat de numero equorum [e] de quibus conqueruntur aliqui responsurus. Istud abbati de Camina [f] denuntiabit abbas de Lubens [9]; abbati [g] de Claustro, abbas de Aurea Valle [h] [10]; abbati de Versac [i], abbas de Placem [11].

13 Abbas de Falera [a] [12] qui non renunciavit [b] abbati Fossae novae [13]

10 : *JP*[1]. [a] *J add.* : in Anglia. [b] Guillelmo : *J*. [c] Quoquesala : *J*.
11 : *JP*[1]. [a] poenam sustineat : *J*. [b] Casaemaris : *J*.
12 : *JP*[1]. [a] Caminae : *J*. [b] quod non potuerit venire ad Capitulum generale ; etiam abbati de Claustro ob mandatum... : *J*. [c] Versaco : *J*. [d] Frederici : *J*. [e] nimio de quo : *J*. [f] Caminae : *J*. [g] abbati autem : . [h] Aureae vallis : *J*. [i] Versaci : *J*. [j] Placentii : *J*.
13 : *JP*[1]. [a] Abbas Phalerae : *J*. [b] denuntiavit : *J*.

[1] Bellus Locus Regis, Beaulieu abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.
[2] Cogeshala, Coggeshale, in dioec. Londinensi. *OC*. 105.
[3] Huius nominis duo erant monasteria in Italia : in Pedemontio et in Aprutio ulteriori. *OC*. 121, 199.
[4] Casamario, in Campania romana. *OC*. 58.
[5] De nomine fluvii proximi sic vocatum fuit aliquando Vanchoscum, in Polonia, dioec. Cracoviensi. *OC*. 178.
[6] Claustrum Novum, i. e. Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.
[7] Wosek, Ossegg (?) in Bohemia, dioec. Pragensi, post Litomericiensi. *OC*. 197.
[8] Fridericus II, 1194-1250.
[9] Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislaviensi. *OC*. 171.
[10] Orval, in Belgio, dioec. Namurcensi. *OC*. 23.
[11] Seu Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragensi. *OC*. 82.
[12] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis-Castelli. *OC*. 77.
[13] Fossa Nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

poenitentiam a Capitulo indictam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas Casaemarii [c] [1] hoc ei denuntiet.

Abbates qui conversos in expeditionem miserunt hoc anno, tanto tempore in sextis feriis sint in pane et aqua quanto eosdem in expeditionibus constitit commoratos. Similiter et conversi eamdem poenam sustineant [a]. **14**

De abbatia Prati benedicti [2] in qua de nocte abbas in lectulo vulneratus est, committitur abbati Dalonensi [3], qui ad locum accedens digne corrigat quae corrigenda cognoverit. **15**

Praecipitur abbati Pontiniaci ut ad domum Caricampi [4] cui, pro nimietate debitorum, iam excidium imminet, personaliter accedens, tale consilium adhibere procuret ne super hoc ad sequens Capitulum querimonia deferatur. **16**

Abbati de Topliz [a] [5] qui anno praeterito non venit ad Capitulum, parcitur ad petitionem regis Hungariae [6], ita tamen ut ad sequens Capitulum veniat. Abbas Claraevallis hoc ei [b] denuntiet. **17**

De monialibus Fossatae latronosi [a] [7] committitur abbati de Columba [b] [8], ut faciat sicut [c] viderit expedire. **18**

Abbas Sancti-Spiritus [9] qui hoc anno non venit ad Capitulum, excusatur ad mandatum domini Papae, sequenti tamen Capitulo se praesentet. **19**

Abbas de Buxeria [a] [10] qui recepit mortuos ad sepulturam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. **20**

---

[c] Casaemaris : *J*.
14 : *JL¹P¹*. [a] subeant : *J*.
15 : *JP¹*.
16 : *JL¹P¹*.
17 : *JP¹*. [a] Tripoli : *J*. [b] faciat nuntiari : *J*.
18 : *JP¹*. [a] Fossaelatronis : *J*. [b] abbati Columbae : *J*. [c] prout : *J*.
19 : *JP¹*.
20 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] Abbas Buxeriae : *J*.

---

[1] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.
[2] Pré Benoît, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 149.
[3] Dalon, in dioec. Tutelensi, Prati-Benedicti mater. *OC*. 147.
[4] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 66.
[5] Toplica, in Croatia, dioec. Zagrabiensi. *OC*. 215.
[6] Andreas II, Hungariae rex, 1205-1235.
[7] Fossato, in Italia.
[8] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.
[9] In Sicilia, dioec. Panormitana. *OC*. 165.
[10] Sive La Bussière, in dioec. Divionensi ; sive La Boissière, in dioec. Andegavensi. *OC*. 19, 98.

21 Abbas de Claro loco [a] [1] qui corpus ducis Lotharingiae qui sepulturam elegerat in Stulcerburna [b] [2], tumulari se praesente permisit in ecclesia sua, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et corpus [c] permittat tollere abbati Stulcerburnae [b] cum voluerit.

22 De monachis quos abbas de Nucaria [a] [3] misit ad abbatiam construendam sine [b] licentia Capituli generalis, committitur abbati de Claravalle [c], qui auctoritate Capituli generalis ordinare satagat sicut viderit expedire.

23 Abbas Loci Dei [4] qui novitium qui [a] necdum octavum decimum annum compleverat [b], dicitur recepisse, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua; et ei [c] parcitur ad [d] praesens de multa misericordia propter [e] penuriam personarum.

24 De abbate de Liza [a] [5] qui noluit recipere visitatorem abbatem de Hobzea [b] [6] et de quo multa alia sunt audita, committitur abbati de Fontanis [7] et de Karkestel [c] [8], et nihilominus sequenti anno Capitulo se praesentet, veniam petiturus. Abbas de Coquasala [d] [9] hoc ei denuntiet. Abbatia de Lisa iterum [e] Claraevallensi committitur.

25 Abbas de Roseriis [a] [10] qui inconsulto patre abbate monachos [b] recepit quos pater abbas eiecerat, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua; et [c] monachi contumaces ad

21: *JL¹P¹*. [a] Abbas Clari loci: *J*. [b] Turreburna: *L¹*; Turceburna: *P¹*. [c] corpus autem: *J*; corp s ducis: *L¹*.
22: *JP¹*. [a] Nucariae: *J*. [b] absque: *J*. [c] Claraevallis: *J*.
23: *JL¹P¹*. [a] qui: *deest J*. [b] complentem: *J*. [c] ei autem: *J*. [d] parcitur modo ex: *J*. [e] ob penuriam personarum domus suae: *J*.
24: *JP¹*. [a] De abbate Lusae: *J*. [b] Hobresea: *J*. [c] Kirquestel: *J*. [d] Coquesala: *J*. [e] abbati: *J*.
25: *JL¹P¹*. [a] eo quod: *L¹*. [b] ab eodem patre eiectos: *L¹*. [c] monachi illi: *J*; illi vero: *L¹*.

[1] Clairlieu, in Lotharingia, dioec. Nanceyensi. *OC*. 127.
[2] Seu Stürzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 72.
[3] La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanensi; de linea Claraevallis. *OC*. 164.
[4] Huius nominis tria extiterunt monasteria: in dioec. Ambianensi; in dioec. Ruthenensi; in Jutia Daniae, dioec. Ripensi. *OC*. 193, 149, 168.
[5] Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergensi, Fontium in Anglia filia. *OC*. 88.
[6] Seu Horweya, Hovedö Kloster, in insula Hofudeya, in dioec. Osloensi Norvegiae. *OC*. 93. Cf. ann. 1213, nº 11.
[7] Fountains, in Anglia, dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[8] Kirkstall, in dioec. Eboracensi. *OC*. 93.
[9] Coggeshale, in dioec. Londinensi. *OC*. 105.
[10] Roziéres, in dioec. S. Claudii, Bellae Vallis filia. *OC*. 26.

domos alias extra provinciam emittantur [d], ubi ultimi per annum sint, et omni sexta feria in pane et aqua [e]; nec revertantur nisi per generale Capitulum.

Abbas de Cicador [1] de cuius assensu, ut dicitur, monachos eius [a] in abbatem nigrum a rege fuit assumptus, sequenti Capitulo se praesentet super hoc responsurus. Abbas de Accio [b] [2] hoc ei [c] nuntiet. 26

De abbate de Hylda [a] [3] qui deposito [b] excommunicato dicitur scienter communicasse, committitur abbatibus de Riguevel [c] [4] et de Radacsusen [5] qui quod contra ius actum cognoverint, auctoritate Capituli digne corrigant. Abbas de Walkenrede [d] [6] hoc ei [e] nuntiet. 27

Abbas de Egris [7] qui hoc anno venire debuit ad Capitulum et [a] non venit, sequenti Capitulo veniat [b] responsurus. 28

De abbate de Moralora [a] [8] qui monialem in domo iuxta portam longo tempore tenuit, cui [b] habitum et velum dicitur tradidisse, committitur abbati Claraevallis qui rem diligenter inquirat et digne corrigat et emendet. 29

De abbate de Monte ramorum [a] [9] et monachis et conversis ipsius qui dicuntur male se habuisse [b] erga visitatorem suum, committitur abbati Claraevallis. 30

De retractandis definitionibus, committitur domino Cistercii et quatuor primis abbatibus, qui auctoritate Capituli generalis convocent secum quos viderint convocandos, et corrigant quod viderint corrigendum. 31

---

[d] amandentur in quibus : *J*. [e] ieiunent : *J*.

26 : *JP*¹. [a] suus : *J*. [b] Abbas Acei : *J*. [c] denuntiari faciat : *J*.

27 : *JP*¹. [a] De abbate Hildae : *J*. [b] deposito et : *J*. [c] Riguevallis : *J*. [d] Valkenrede : *J*. [e] faciat nuntiari : *J*.

28 : *JP*¹. [a] nec : *J*. [b] de hoc : *J*.

29 : *JP*¹. [a] Morelorae : *J*. [b] cuique : *J*.

30 : *JP*¹. [a] Montis ramorum : *J*. [b] gessisse : *J*.

31 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰.

---

[1] B.-M. de Czicador, in Hungaria, dioec. Quinqueecclesiensi. *OC*. 71.

[2] Acey, in comitatu Burgundiae, dioec. S. Claudii. *OC*. 40.

[3] Hilda, Eldena, in Pomerania, dioec. Caminensi. *OC*. 203.

[4] Reineveldense monasterium, Reinfeld, in Holsatia, dioec. Lubecensi. *OC*. 192.

[5] Riddagshausen, in dioec. Halberstadiensi. *OC*. 84.

[6] Walkenried, in dioec. Moguntina. *OC*. 15.

[7] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.

[8] Morerola, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.

[9] S.-M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.

32 Praecipitur abbatibus de derivatione [a] Morimundi, qui pecuniam in subsidium terrae Ierosolymitanae [b] assignatam iam per septem annos persolvere neglexerunt, ut in sequenti Capitulo ex integro persolvant ne gravior [c] in eos sententia promulgetur. Illis autem qui praesentes sunt, auctoritate Capituli generalis praecipitur ut ante quam recedant, ad voluntatem et consilium abbatis Morimundi super hoc satisfaciant.

33 Prior Altae cumbae [1] qui non procuravit ut Fossa nova [2] visitaretur, tribus diebus sit in levi culpa, uno [a] eorum in pane et aqua. Monachus [b] Altae cumbae qui praesens est hoc ei denuntiet.

34 Conceditur priori de Valle Caulium [a] [3] ut domus ipsius associetur beneficiis Ordinis, et cum ceteris conscribatur.

35 De abbate Sancti-Ioannis [4] qui anno praeterito et praesenti non venit ad Capitulum, cum venire deberet, et de quo alia multa dicuntur, committitur abbati Claraevallis.

36 Praecipitur illis qui accessuri [a] sunt ad nundinas Sancti-Bodulfi [b] in Anglia, ut de paupere domo de Capite suis non accipiant avenam nisi nocte una, et de [c] cetero sibi et [d] suis in omnibus necessariis de proprio provisuri.

37 Querimonia abbatis Exoldunensis [5] de [a] abbate de Pratea [6], committitur abbatibus de Bono radio [7] et de Varanis [8].

38 Querimonia [a] abbatis de Begar [9] contra abbatem de Quer-

---

32 : *JL¹P¹*. [a] derivationis : *J*. [b] Hierosolymitanae : *J*. [c] graviter : *J*.
33 : *JP¹*. [a] uno... aqua : *deest J*. [b] Monachus autem : *J*.
34 : *JL¹MP¹*. [a] priori Vallis-Caulium : *J*.
35 : *JP¹*.
36 : *JP¹*. [a] Praecipitur accessuris... : *J*. [b] Sancti-Bertulphi : *J*. [c] aliis : *J*. [d] suisque : *J*.
37 : *JP¹*. [a] contra abbatem Prateae : *J*.
38 : *JP¹*. [a] Querela abbatis Begarii : *J*.

---

[1] Hautecombe, ad Lacum Burgeti, dioec. Camberiensi. *OC*. 34.
[2] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi ; Altae Cumbae filia. *OC*. 37.
[3] In Burgundia ; caput Ordinis. *TB*. II, 3210.
[4] S. Joannes de Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 61.
[5] Issoudum, abbatia OSB. in dioec. Bituricensi. *GC*. II, 156.
[6] La Prée, in dioec. Bituricensi. *OC*. 86.
[7] Bouras, in dioec. Senonensi. *OC*. 7.
[8] Varennes, in dioec. Bituricensi. *OC*. 111.
[9] In Britannia minori, dioec. Briocensi. *OC*. 18.

questoda [1], committitur abbatibus de Bilduas [2] et de Croquedono [c] [3] qui vocent quos viderint convocandos [d]. Abbas de Blanchalanda [4] hoc eis denuntiet.

Querimonia abbatis de Abelchonio [a] [5] contra abbatem de Pultona [b] [6] committitur abbatibus de Pola [c] [7] et de Basinwen [8]. 39

Querela quae vertitur inter abbates Belli loci [a] [9] et de Stanlia[10], committitur abbatibus de Wardona[11] [b] et de Wodurna[12] et de Dore[13] auctoritate Capituli terminanda, non obstante aliqua contradictione saecularium. Abbas de Coquesala[14] hoc nuntiet eis. 40

Querela Iacobi clerici contra abbatem de Rufort [a] [15] committitur abbati de Kirkestel[b] [16] qui sine dilatione, mediante iustitia, quod iustum fuerit eidem clerico faciat exhiberi. Dominus Cistercii hoc eis faciat nuntiari. 41

Querela Decani et Capituli Treverensis contra abbatem de Ostreborc[a] [17] committitur iterum abbatibus Uterinae vallis[18] et de Sconaugia[b] [19], auctoritate Capituli terminanda. 42

---

[b] Quinquesoda : *J*. [c] Croquedona : *J*. [d] *J add.* : ad hoc bene decidendum.

39 : *JP*[1]. [a] Abelconci : *J*. [b] Pultonae : *J*. [c] Polae et Bassinwen : *J*.

40 : *JP*[1]. [a] Belli loci in Anglia et Stanleiae : *J*. [b] Wardonae et Dorae : *J*.

41 : *JP*[1]. [a] abbatem Rufortis : *J*. [b] Kirquestel : *J*.

42 : *JP*[1]. [a] Ottiburch : *J*. [b] Sconaugiae : *J*.

---

[1] Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestriensi. *OC*. 58.

[2] Bildwas, in dioec. Cestrienci. *OC*. 102.

[3] Vallis S. M. de Crokesden, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 176.

[4] Whiteland, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 61.

[5] Aberconwey, in Norwallia, dioec. Bangorensi. *OC*. 186.

[6] Hilton, in dioec. Conventrensi. *OC*. 223.

[7] Stratae-Marcellae alterum nomen, in Wallia, dioec. Assanensi. *OC*. 159.

[8] Basingwerk, in Wallia, dioec. Assanensi. *OC*. 99.

[9] Bellus Locus Regis, Beaulieu Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.

[10] Stanlegia, Stanley, in dioec. Sarensi. *OC*. 125.

[11] Wardon, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 43.

[12] Woburn, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 83.

[13] Dore, in dioec. Herefordiensi. *OC*. 92.

[14] Coggeshale, in dioec. Londiensi. *OC*. 105.

[15] Ruffordia, in dioec. Eboracensi. *OC*. 112.

[16] Sive Kirkstall, in dioec. Eboracensi ; sive Kirksted, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 55.

[17] Coll. stat. 61 ann. 1213, legend. Estrebarc, i.e. Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC*. 189.

[18] Eusserthal, in Bavaria-Rhenana, dioec. Spirensi. *OC*. 114.

[19] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.

43 Querela abbatum Sancti-Andreae [1] et de Tileto [a] [2] committitur abbatibus de Columba [b] [3] et de Alta ripa [4] qui quod auctoritate Capituli generalis statutum est super hoc inviolabiliter [c] faciant observari, transgressores digne punientes.

44 Iniungitur abbatibus de Sacra moenia [a] [5] et de Ursaria [6] ut causam quae vertitur inter abbatem Claraevallis et abbatem de Superaddo [b] [7] ex una [c] parte, et abbatem de Carrazeto [d] [8] ex altera parte super abbatiis de Monte ramorum [e] [9] et de Monte fero[10] diligenter inquirant, et causam plenius instructam remittant ad audientiam Capituli generalis.

45 De conversis de Anglia [a] qui lanas dicuntur emere ut carius vendant, committitur abbatibus de Fontanis[11] et de Blancha landa[12] qui rem diligenter inquirant [b] et auctoritate Capituli corrigant et emendent, providentes nihilominus cum abbatibus de de Bildoas[13] et de Furnesio[c] [14], qui et quales abbates de partibus transmarinis singulis accedant ad Capitulum generale, et [d] maxime anno subsequenti.

46 Conversus de grangia [a] de Rabiola qui inhoneste dicitur recepisse abbatem ad Capitulum venientem, omni sexta feria usque

43 : *JP*[1]. [a] Tileti : *J*. [b] Columbae et Altae ripae : *J*. [c] inviolabiliter : *deest J*.

44 : *JP*[1]. [a] Sacramoeniae et Ursariae : *J*. [b] Superaddae : *J*. [c] ex una... ex altera... : *deest J*. [d] Carreseti : *J*. [e] Montis ramorum et Montis feri : *J*.

45 : *JL*[1]*MP*[1]. [a] De conversis Angliae lanas ementibus ut post easdem carius... : *J*. [b] et corrigant : *L*[1], *et cetera desunt*. [c] Furnesii : *J*. [d] praesertim vero... : *J*.

46 : *JP*[1]. [a] Conversus grangiae : *J*.

[1] S. Andreas De Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.
[2] Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquensi. *OC*. 9.
[3] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.
[4] Hauterive, in dioec. Lausannensi. *OC*. 50.
[5] Sagramenia, in Veteri Castella, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.
[6] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.
[7] Sobrado, Superatum, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[8] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[9] S. M. de Monte Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.
[10] Monfero, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 207.
[11] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.
[12] Whiteland, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 61.
[13] Bildwas, in dioec. Cestriensi. *OC*. 102.
[14] Furness Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 97.

ad Pascha sit in pane et aqua et semel in hebdomada discipli-
nam accipiat. Ultimus [b] sit usque ad tempus praefinitum [c].

De monacho de Escure [a] [1], committitur abbati Morimundi qui 47
episcopum Lingonensem [2] super eo [b] conveniat et ei supplicet
ex parte Capituli generalis ut consilii [c] et auxilii manum apponat.

Petitio Roderici Ferrandi de construenda abbatia admittitur. 48

Petitiones Malcobni et comitis Willermi de abbatiis cons- 49
tuendis, committuntur abbatibus de Kinlos [3] et de Cupren [4],
qui vocato secum abbate de Neobotl [a] [5], ad loca illa accedant, et
diligenter inquirant si [b] Ordini sint idonea si [c] sufficientiam
habeant in possessionibus, et quod invenerint, Capitulo sequenti
renuntiant.

Petitio episcopi Tridentini [6] de abbatia construenda commit- 50
titur abbati Morimundi [a].

Petitio comitis de Arber [a] de abbatia construenda exauditur. 51

Petitio de Landegravi [a] de recipiendis monialibus [7] committi- 52
tur abbati Morimundi [b].

Abbates Boni Montis [8] et de Trapa [9] qui in dedicationibus [a] 53
ecclesiarum suarum, ultra terminum constitutum, receperunt
ingressum mulierum, deponuntur in instanti.

Anno ab Incarnatione Domini MCCXIV, statutum[a] est in gene- 54
rali Capitulo, ut nullus audeat deinceps terras, vineas, furnos

---

[b] ultimisque : *J*. [c] praefatum : *J*.

47 : JMP^1W. [a] Escureii : *J*. [b] hoc : *J*. [c] ut consilium praebeat et... : *J*.

48 : JP^1.

49 : JP^1. [a] Neobotla : *J*. [b] an : *J*. [c] et : *J*.

50 : JMP^1W. [a] Morimundensi : *J*.

51 : JMP^1W. [a] Arberii : *J*.

52 : JMP^1W. [a] Petitio Landegravii : *J*. [b] Morimundensi : *J*.

53 : JL^1P^1. [a] dedicatione : L^1.

54 : C^1D^3 [P^3T^3 *ann.* 1200) *cf. infra ann.* 1215, nº 66. [a] Statutum est : *sic incipit* C^1.

---

[1] Escurey, in Lotharingia, de linea Morimundi. *OC*. 79.

[2] Guillelmus de Joinville, 1209-1219. *SE*. 558 ; *HC*. I, 307.

[3] Kinloss, in Scotia, dioec. Moraviensi. *OC*. 128.

[4] Cuprum, Coupar, in Scotia, dioec. S. Andreae. *OC*. 151.

[5] Newbottle, in Scotia, dioec. S. Andrea. *OC*. 62.

[6] Fredericus de Wangen, 1207-1218. *SE*. 317 ; *HC*. I, 497.

[7] Agitur hic de monialibus S. Catharinae de Eisenach, in dioec. Moguntina, cuius fundatio ad comitem Hermannum de Thuringia refertur, ann. 1208.

[8] Bonmont, in Helvetia, dioec. Genevensi. *OC*. 20.

[9] In Normannia, dioec. Sagiensi. *OC*. 105.

vel molendina [b] emere vel acquirere, nisi in puram eleemosynam et solemnem donationem nobis donata fuerint; quas tamen propriis sumptibus aut manibus non excolamus, sed aliis vendamus [c], vel excolendas tradamus. Trangressor [d], si abbas fuerit, sine retardatione deponatur. Alii quorum consilio factum fuerit, ad aliam domum emittantur sine spe reversionis.

55 In omnibus locis nostris in [a] quibus constat ecclesias [b] cum cimeteriis exstitisse [c] et adhuc vestigia supersunt, si ecclesiarum aedificia supersunt [d], altaria construantur. Si [e] parietes corruerint, novae capellae reaedificentur, et [f] bis tantum in hebdomada missas ibi liceat celebrare [g].

56 In [a] litania sanctus Ioannes Evangelista, et sanctus Thomas martyr, et sancta Catherina nominentur [b]. Et de sancta Catherina festum duodecim lectionum fiat. Missa sicut de sancta Prisca, cetera sicut de sancta Lucia.

57 Nullus [a] ecclesias parochiales recipiat. Transgressor, si abbas fuerit, sine retardatione [b] deponatur. Alii [c] quorum consilio factum fuerit a domo propria emittantur.

58 Constitutio [a] de non habenda societate cum saecularibus in terris excolendis et pecoribus nutriendis firmiter [b] in posterum teneatur; nec liceat alicui terras alienas excolere vel [c] conducere ad excolendum. Transgressor [d], si abbas fuerit, ab officio altaris

---

[b] molendinos : C^1. [c] vendamus : *deest in* C^1. [d] Si autem aliquis abbas huius constitutionis transgressor extiterit, a patre abbate absque retractatione deponatur, et omnes quorum consilio factum fuerit, a propriis domibus sine spe reversionis emittantur : C^1.

55 : $C^1D^3P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1200]. [a] ubi constiterit : C^1. [b] et cimeteria : P^3T^3. [c] quorum vestigia : C^1. [d] superstant : C^1. [e] ubi : P^4T^4. [f] et de his tantum quae sunt intra grangias : C^1. [g] P^4T^4 *add.* : Haec autem sententia [licentia : T^4] de reedificandis capellis intelligatur de illis tantum quae sunt intra clausuras grangiarum nostrarum.

56 : C^1D^3 [P^3T^3 *ann.* 1200]. *Cf. intra ann.* 1215, n° 68. [a] *apud* C^1 : S. Jacobus, S. Joh. ev.... in letania. [b] de qua etiam habeantur XII lectiones, missa... : C^1.

57 : $C^1D^3P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1200] *Cf. infra ann.* 1215, n° 64. [a] Inhibetur [auctoritate Capituli generalis : P^4T^4] ne de cetero aliquis praesumat ecclesias parochiales accipere : $C^1P^4T^4$. [b] retractatione : C^1. [c] ceteri eliminentur a propriis domibus sine spe reversionis : C^1.

58 : $C^1D^3P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1200] *Cf. infra ann.* 1215, n° 65. [a] [Item C^1] constitutio quae facta est de non : $C^1P^4T^4$. [b] firmiter; *deest* C^1. [c] vel ... excolendum : *deest* $C^1P^4T^4$ [d] autem : C^1 : Transgressores vero, si abbates fuerint ... abstineant : P^4T^4.

abstineat, ceteri [e] quorum consilio factum fuerit ad aliam domum non redituri emittantur.

Clerici [a] sub habitu saeculari et in sacris ordinibus constituti, qui in conversos recipiuntur, cum hoc abbati constiterit, eiiciantur. 59

Abbatiarum [a] commutatio vel transmutatio non [b] fiat, nisi de consensu [c] generalis Capituli. 60

In [a] omnibus missis in conventu, quando elevatur hostia salutaris, campana uno ictu pulsetur. Omnes [b] qui audierint, flexis genibus orationem quam Dominus inspiraverit faciant. 61

Decretum Capituli generalis Ordinis Cistercensis. Frater Arnaldus [1] dictus abbas Cisterciensis totumque Capitulum generale omnibus qui praesentem sunt paginam inspecturi in perpetuum. Dum memoria mortalium labilis est, ad evitandum oblivionis periculum, commendabilis Dei ecclesiae consuetudo introduxit, ea quae perpetuitatem desiderant scriptis authenticis adnotari. Hinc est quod universitati vestrae notum sit volumus, quod cum inter W[illelmum] Dalonensem [2] et Hug[onem] Bonaudae [3] abbates super abbatiis de Loco-Dei [4] et de Chamboniis [5], et earum pertinentiis contentio versaretur, tandem in venerabiles coabbates nostros R[ogerium] de Belbec [6], D. [Oliverium] de 62

[e] alii autem a domibus propriis emittantur [eliminentur sine spe reversionis : P^4T^4] non reversuri nisi per generale Capitulum : C^1.

59 : C^1D^3[P^3T^3 *ann.* 1200] *Cf. infra ann.* 1215, n° 63. [a] Clerici qui : C^1. *Cf. ann.* 1213, n° 1.

60 : $C^1D^3P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1200] *Cf. infra ann.* 1215, n° 67. [a] Item abbatiarum : C^1. [b] nusquam : C^1T^4 ; nunquam : P^4. [c] licentia : P^4. [d] P^4T^4 *add.* : conventus qui ad hoc consenserint, novem sextis feriis continuis sint in pane et aqua, nisi grandis sollemnitas exigat dispensationem ; qui autem absentes fuerant vel manifeste contradixerint, sint immunes.

61 : C^1D^3 [P^3T^3 *ann.* 1200]. [a] Item praecipitur ut minor campana... : C^1. [b] et omnes qui audierint veniam petant, praeter eos qui sunt in dormitorio : C^1. *Cf. ann.* 1210, n° 5.

62 : *M ex ms. Colbertino.*

[1] Arnaldus II, Cistercii abbas 1212-1217. *BB.* I, 319 ; *AC.* I, p. 476.

[2] Willelmus, Dalonensis abbas, 1211, 1224. Dalona, in dioec. Tutelensi. *OC.* 147.

[3] Hugo, abbas inter annos 1210 et 1231 Bonaevallis in dioec. Ruthenensi. *OC.* 144.

[4] Loc-Dieu, in dioec. Ruthenensi. *OC.* 149.

[5] Campi Boni, Chambons, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC.* 133.

[6] Rogerius de Canville, abbas de Bello Becco, 1211-1218, in dioec. Rotomagensi. *OC.* 96 ; *GC.* XI, col. 302.

Quinciaco [1] et R[adulfum] de Floragia [2], quos in eadem causa eisdem generale Capitulum concesserat auditores, fuit hinc inde amicabiliter compromissum, dicti vero abbates coram nobis in generali Capitulo constituti, arbitrium suum protulerunt in hunc modum, videlicet quod abbatia Loci-Dei cum omnibus quae in praesentiarum possidet, vel in futurum possessura est, ad Dalonensem ecclesiam libera et absoluta de cetero tamquam filia spectaret, abbate Bonaedae de consilio et assensu patris sui Phi[lippi ?] abbatis Mansiadae [3] pro se et conventu suo concedente et resignante; et si quid quaestionis inter eos moveri poterat, sopitis querelis omnibus, alterutrum remiserunt. Abbates vero et conventus Bonaldae domum de Chamboniis cum possessis et possidendis in filiam propriam perpetualiter obtineat, concedente et resignante sibi pro se et conventu suo abbate Loci-Dei, de voluntate et consilio patris sui Willelmi abbatis Dalonensis omnino cessante figmento. Ut autem haec rata et integra perpetuo perseverent, praesenti cartulae sigillum nostrum et quatuor primorum abbatum Simonis Firmitatis[4], J[oannis] Pontiniaci[7], C[onradi] Claraevallis [6], et P. Morimundi [7] apponi fecimus ad obtinendam perpetui roboris firmitatem. Actum anno Incarnati Verbi M.CC.XIV.

---

[1] Leg. Domnum (?) quia annis 1202-1215 abbas de Quinciaco, in dioec. Senonensi, erat Oliverius. *OC.* 27; *GC.* IV, col. 831.

[2] Al. Toronetum, in dioec. Foroiuliensi; *OC.* 40. Radulfus fuit abbas ann. 1209-1216, dein Sistaricensis episcopus; † 1241 cum fama santitatis. *SE.* 631; *HC.* I, 454; *GC.* I, col. 450.

[3] Mansiadae, Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi; *OC.* 9. Philippus, seu Philibertus (?) fuit abbas quintus huius monasterii. *GC.* XVI, col. 599.

[4] Simon, Firmitatis abbas ab anno 1208 ad 1237. *GC.* IV, col. 1203; *AC.* I, p. 494.

[5] Joannes II, Pontiniaci abbas 1202-1214. *GC.* XII, col. 444; *AC.* I, p. 498.

[6] Conradus d'Urach, antea abbas Villarii in Belgio 1209, dein Claraevallis 1214/5; Cistercii abbas 1217; cardinalis epis. Portuensis 1219-1227. *SE.* p. IX; *HC.* I, 36.

[7] Ab anno 1200 ad 1238 Morimundensis abbas fuit Guido I, teste Manrique. *AC.* I, p. 520.

1215

EPISTOLA FREDERICI[1] IMPERATORIS AD CAPITULUM GENERALE CISTERCII ET ISTIUS RESPONSUM.

Extat haec epistola in ms. (XII /XIII s.) e Cisterciensi abbatia, nunc in Divionensi bibliotheca asservatum sub n° 228, fol. 98 r et 99. Ab Ang. Manrique publicata fuit in *Annalibus cister.* t. II, p. 267, sed erronee attributa Frederico I, † 1188, et ad annum 1155 relata. Capituli vero responsum in supra laudato ms. tantum legitur.

Litterae Domini Frederici regis romanorum, regis siciliae, missae capitulo generali anno Domini MCCXV [a].

Venerabilibus in Christo Patribus et amicis dilectissimis, omnibus abbatibus Cysterciensis ordinis, F[idericus] Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, et rex Siciliae, salutem in Domino, et ad omne beneplacitum ipsorum paratum, et expositum.

Si iuxta veritatis vocem ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine Domini nostri Iesu Christi, ipse in medio eorum est : quid credendum est, ubi non solummodo duo, vel tres, sed tot nobiles athletae Christi, tot excelsae columnae Ecclesiae suae in nomine suo, imo ad honorem nominis sui, de diversis mundi partibus coadunati sunt, et congregati : nisi quod ipse in medio vestrum habitat, et Spiritus suus : quem in vos ipse transfudit, et sanctissima pectora vestra seipso inflammavit ? De qua igitur re, succensi flamma charitatis consenseritis, certissime obtinebitis, et fiet vobis, et quidquid postulaveritis Patrem in nomine dilectissimi filii sui Domini Iesu, dabit vobis affluenter, et non improperabit.

Credimus enim, immo vere scimus, quod tanta est sanctitas huius reverendi Ordinis, tamque est placens, tamque suave, et acceptabile holocaustum orationum vestrarum, quod ei quotidie offertis sub carnis vestrae maceratione, et mortificatione : quod omne id, quod a Creatore nostro duxeritis petendum, cum pius ipse sit, et promptus ad benefaciendum, obtinebitis a multitudine miserationum suarum. Est etiam fides nostra non utique parva,

[a] *Apud Manrique deest hic titulus.*

[1] Fredericus II, 1215-1250. *BB.* I, 1594.

quod hic mundus, qui lubricus et immundus est, et in maligno positus orationibus vestris sustentatur, et a facie furoris illius tremendi iudicis, cuius iram peccatis nostris accendimus, defensatur, avertendo suam quam meremur indignationem.

Cum igitur hoc firmissime credamus, quod ab ipso Patre misericordiarum piis orationibus vestris impetretis, quidquid ab ipso in nomine unigeniti Filii sui humiliter postulaveritis ; nos, qui peccati pondere recognoscimus oppressos nos esse, omni humilitate, omni devotione ab universis vobis et singulis, qui in nomine Christi hic convenistis ; petimus, et obsecramus omnium precum instantia, quatenus in fraternitatem vestram nos recipientes, et in consortium sanctissimum orationum vestrarum nos colligentes, speciales Creatori nostro preces effundere dignemini, ut gratia sua misericorditer in nobis deleat et emendet quidquid hactenus commisimus, ex humana[b] carnis infirmitate ; et in his, quae sibi placita sunt, nos conformare dignetur : et licet peccatores simus, cum tamen per ineffabilem misericordiam, Romani Imperii gubernacula susceperimus, det ipse nobis, vestro pio interventu, spiritum iudicii et veritatis, ut sic sub nobis regatur Imperium, et disponatur, ut ad laudem et gloriam nominis sui, sancta sua Ecclesia, quam in ara crucis sanguine suo redemit, pacis gaudeat optata tranquilitate ; et nos post decursum huius temporalis Imperii, una vobis cum ad Imperium sine fine mansurum pervenire possimus, et ipsum videre in decore gloriae suae, qui pro nobis humilis et despectus fieri non despexit. Et quia hoc, timore meritorum nostrorum, obtinere formidamus, piis orationibus vestris hoc consequi posse speramus et optamus.

Ceterum quia signum vivificae crucis, die nostrae coronationis[c] humeris nostris affiximus, fundantes ad hoc omnem nostram voluntatem et iacturam nostrae coronationis ut labore et studio nostro,terra sancta, terra illa quam calcarunt pedes Domini, terra illa in qua Dominus omnium salutem nostrorum operatus est, a manibus inimicorum crucis Christi, qui eam violenter detinent, capiatur ; suppliciter petimus, ut vestris sanctissimis orationibus desiderium nostrum compleatur. Adhuc quia recognoscimus, quia omnino ea, quae divina clementia circa nos, et in nobis misericorditer et miserabiliter operata est, per Dominum et patrem

[b] Humanae carnis : *AC*. [c] coronationis accepimus, ut labore et studio nostro, terra sancta, terra quam calcarunt pedes Domini, terra illa quam : *AC*.

nostrum summum Pontificem, sicut per vicarium et ministrum suum dignata est operari ; petimus humiliter et devote, ut quia ad persolvendas debitas gratiarum actiones, pro tantis beneficiis nos ipsos iudicamus insufficientes, vos vice et loco nostro, hoc apud ipsum velitis piissimis orationibus vestris promereri : ultimo orationibus vestris nos recommendantes, scire volumus vos quod omnibus diebus nostris, huius sanctissimi Ordinis defensores esse volumus, et omnia facta sua tamquam nostra propria promovere.

Datum apud S. Naborem XII° Kalend. Septembris Indictione III[a].

RESCRIPTUM CAPITULI AD EUNDEM.

Illustrissimo F[rederico] dei gratia regi romanorum semper augusto et regi Sicilie, fr[ater] A[rnaldus] [1] dictus abbas Cistercii totusque capituli generalis abbatum conventus, salutem et de temporali regimine ad regni celestis gloriam pervenire. Quum iuxta veritatis vocem omnis arbor bona fructum bonum facit, ex regiis apicibus vestris mellitum devotionis fructum gustando cognovimus et cognoscentes plurimum gratulamur quod divina bonitas bonitatem vestram in paradiso suo, quod est ecclesia, posuit velut arborem fructuosam et congruentissimam ad vineam domini sabaoth preregendum. Non est enim parva devotio quae tantae cedri sublimitatem ad tantillos frutices inclinavit, in tantum ut nos qui sumus obprobrium hominum et abiectio plebis dignata sit salutare et suae coronationis exhilarare gaudio, excitare ad devotionem, inflammare ad caritatem, dum pannosi ac pauperis gregis orationibus tam affectuose, tam ardenter, tam humiliter se commendat. Quamvis autem de vestra coronatione non gaudere non possumus, habundantius tamen nobis est gaudium quod illud evangelicae veritatis eulogium ad nos intelligimus pertinere quo apostolis dictum est : Regnum dei intra vos est. Ipsum est fides christiana qua christianissimum pectus vestrum summus pontifex futurorum bonorum Christus unctione divina sicut indubitanter credimus consecravit. Sed et capiti interioris hominis vestri coronam imposuit ornatam lapidibus preciosis, videlicet Salomonis sapientia, Samuelis iusticia, mansuetudine Moysi et fortitudine Sansonis, ut per sapientiam subiectos regatis

[1] Arnaldus II, Cistercii abbas 1212-1217.

populos, per iusticiam reos puniatis, per mansuetudinem foveatis pusillanimes, per fortitudinem conteratis rebelles. Hoc et oramus deum omnipotentem ut haec et cetera suae bonitatis dona semper augeat et confirmet in vobis ut ipsum bonorum nostrorum retributorem inveniatis, quem tam humiliter eorumdem recognoscitis tributorem. Siquidem inter cetera suae largitatis beneficia quibus vos excellentius decoravit, illud potissimum est scire cuius esset hoc donum et illi in gratiarum assurgere actiones. Ad quod dum vosmetipsos iudicatis minus ydoneos, minus sufficientes, humillima postulatione orationum nos omnes ad humilitatis devocionem non mediocriter excitastis. Qua et nos regiae devocioni pio concurrentes assensu, vos sicut postulastis in fraternitatem recipimus, et in consortium orationum nostrarum, et omnium quae in ordine fiunt et de cetero fient bonorum colligimus facturi pro vobis cum extremae dies vocationis vestrae nobis innotuerit quantum pro unoquoque nostrum fieri consuevit. Interim autem illud specialibus et devotis deo orationibus commendamus quod sanctae crucis signaculum suscepistis ut terram sanctam de pollutis infidelium manibus eripiatis, rogantes omnipotentis dei misericordiam ut secundum pium desiderium vestrum de suis adversariis triumphalem vobis gloriam conferre dignetur.

Illud vero totis affectibus graciarum prosequimur actione, quod sicut in calce litterarum vestrarum legimus nostri ordinis defensores esse vultis et omnia facta eius tanquam vestra propria promovere.

II STATUTA ANNI 1215

1 Quando minor campana pulsatur in elevatione hostiae salutaris, in missis de [a] conventu, omnes qui pulsationem audierint, flectant genua praeter eos qui in dormitorio fuerint, orationem quam Deus inspiraverit facientes; et in letania [b] nominetur sanctus Iacobus ante sanctum Ioannem.

2 Domus Sancti-Facundi [1] inter familiares nostros conscribatur.

1 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. *Cf. ann.* 1214, n. 61. [a] missis conventualibus : *J*. [b] lythania : *L²*.

2 : *D³JL¹P¹* [*P³T³ ann.* 1210].

[1] Sancti-Facundi coenobium, Sahagun, in Hispania, regno Legionis, O. S. B. *TB*. II, 2657.

Rescriptum [a] indulgentiae [b] Domini Papae, quod [c] continet [d] quod [e] nullae litterae pro fugitivis firmitatem habeant, in quibus non scribitur « *Salva Ordinis disciplina* », studeant [f] habere universi [g]. 3

Liceat [a] cuilibet [b] abbati vel priori, si abbas defuerit, auferre habitum monacho [c] fugitivo etiam renitenti. 4

Abbates [a] ad Capitulum venientes, non adducant monachos secum, sed conversos [b], sine certa necessitate, excepto abbate Savigniaci [3] cui permissum est ab antiquo. Qui [c] aliter fecerint [d], veniam petant in Capitulo generali [e]. 5

De pueris acuminatos cultellos portantibus, antiqua sententia teneatur. 6

---

3 : *D*³*JL*¹*L*²*MP*¹*P*⁴*T*⁴ [*P*³*T*³ *ann.* 1210]. [a] Item rescriptum : *P*⁴. [b] indulgentiae : *deest J.* [c] quae : *T*³. [d] quo continetur ut : *J.* [e] quidem : *P*¹. [f] audeant : *T*³. [g] *hoc rescriptum in codicibus P⁴T⁴ legitur, ut sequitur ; partes in italicis litteris sunt decisae apud P*⁴. (Cf. *PL.* t. 214, col. 1031).

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Cisterciensi salutem et apostolicam benedictionem.

Cum paci ac quieti eorum *qui Mariae officium elegerunt paterna sollicitudine providemus, officii nostri debitam prosequamur actionem. Qui ergo quanto ferventius in Dei servitio perseverare noscuntur tanto amplius ne ab eo valeant revocari debent in suo laudabili proposito confoveri.* Hinc est quod cum fugitivi cisterciensis Ordinis super receptione sua aliquotiens litteris impetratis contra debitum vos molestare praesumant, ob favorem religionis et Ordinis vestri volumus et mandamus ut si huiusmodi Ordinis desertores, si super receptione sua forte litteras impetraverint in quibus non contineatur ut recipiantur « salva Ordinis disciplina », vel si regulare fuerit et honestum tales [litterae] ne occasione earum possitis a divinis laudibus revocari, nullam obtineant firmitatem, et ne earum obtentu ad fugitivorum receptionem aliquis vos compellat authoritate apostolica prohibemus.

Nulli ergo omnino liceat *hanc paginam nostrae prohibitionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatissimorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverint incursurum.*

Datum Laterani 14° kalendas iulii pontificatus nostri anno quinto.

4 : *C*¹*D*³*JL*¹*L*²*MP*¹*P*⁴*T*⁴ [*P*³*T*³ *ann.* 1210]. [a] Licet : *T*³. [b] cuivis : *J.* [c] monachi vel conversi fugitivi etiam renitentis : *P*⁴*T*⁴.

5 : *C*¹*D*³*JL*¹*L*²*MP*¹*P*⁴*T*⁴ [*P*³*T*³ *ann.* 1210]. [a] Anno Domini M CC XV statutum est in generali Capitulo ut abbates... *D*³ ; Statutum est in generali Capitulo ut abbates... : *T*³. [b] monachos autem non absque certa... : *J.* [c] Qui autem : *C*¹. [d] fecerit... petat : *C*¹*D*³. [e] *P*⁴*T*⁴ *add.* : vel ab eo qui hoc cognoverit proclametur. Quod si conversos eorum in aliqua domorum Ordinis vel infra infirmari contigerit, abbas illius domus illic provideat de converso. Procuratio quoque venientium ad Capitulum vel redeuntium sicut Capitulum disposuit sollicite observetur.

6 : *JL*¹*P*¹.

7 Sententiae quae lata est de abbatibus ad Capitulum venientibus, ne infra quindecim dies ante [a] Capitulum generale plusquam duas noctes morentur in domo Cistercii [b], nisi infirmitate vel necessitate detenti [c], additum est ut a vino abstineant omnino sine [d] dispensatione, quamdiu amplius ibi fuerint commorati.

8 Sententia de reaedificandis capellis intelligitur de illis [a] tantum quae sunt infra [b] grangias.

9 Cum constitutum [a] sit a Capitulo generali quod [b] creationes et electiones abbatum non fiant nisi in domibus [c] quae vacant, tamen [d] auctoritas Capituli generalis dispensat circa illas [e] quae a matribus ultra quindecim dietas distare [f] noscuntur, in quibus si seniores domus illius [g] in patrem [h] abbatem vota sua transtulerint, poterit illuc abbatem dirigere.

10 Sententia antiqua de Sarracenis teneatur, videlicet [a] ut non emantur, nec baptizari [b] prohibeantur.

11 Abbates [a] venientes ad Capitulum qui [b] introducunt secum in Cistercium servientes in equis tempore Capituli generalis contra institutionem eiusdem Capituli [c], veniam petant super hoc ad nutum [d] Capituli [e] satisfacturi [f].

12 Petitio Beanensis [a] [1] abbatiae ut associetur inter familiares Ordinis admittitur.

13 Abbas de [a] Sancto-Spiritus [2] qui anno praeterito non venit ad Capitulum cum venire deberet, et nihilominus a Capitulo vocatus, hoc [b] anno non venit, omni sexta feria sit in pane et aqua, et

---

7 : $C^1D^3L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] ante illud : *J*. [b] Cisterciensi : T^3. [c] detenti fuerint, quin etiam : *J*. [d] absque ulla dispensatione, si alias diutius ibi fuerint : *J*.

8 : $D^3JL^1P^1$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] iis : *J*. [b] intra : D^3.

9 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] statutum : C^1. [b] ut : *J* ; quando : T^3. [c] vacantibus, auctoritas tamen : *J*. [d] tanta : P^1. [e] eas : *J*. [f] stare : *J*. [g] quae vacat : C^1. [h] praesentem : T^3.

10 : JL^1P^1. [a] scilicet : *J*. [b] baptizati : P^1.

11 : $C^1JP^1P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] Abbates qui cum duobus equis et sine converso veniunt ad Capitulum vel qui introducunt secum servientes [venientes : P^4] in equis in Cistercium... : P^4T^4. [b] et introducentes : *J*. [c] Capituli : *deest* *J*. [d] adiunctum est : T^3. [e] ipsius : *J*. [f] P^4T^4 *add.* : nec monachos adducant... *etc. ut in n*° 5.

12 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Beanerd : L^1.

13 : JP^1. [a] Abbas Sancti-Spiritus : *J*. [b] nec hoc anno venit : *J*.

---

[1] Beaniense Sancti-Stephani monasterium, O. S. B. in pago Engolismensi et dioec. Santonica *TB*. I, 292, « Baignes-Ste-Radegonde ».

[2] In Sicilia, dioec. Panormitana. *OC*. 165.

extra stallum abbatis donec Cistercio se praesentet, et [c] nisi ad sequens Capitulum se praesentaverit, sciat se esse depositum. Abbas Casemarii [d] [1] hoc ei denuntiet, admonitus per abbatem Sancti-Stephani de Bosco [2].

Abbas de Egris [3] qui non venit hoc anno ad Capitulum cum **14**
venire deberet tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et sequenti Capitulo se praesentet, et cui [a] parcitur ad praesens propter suam novitatem, veniam super hoc petiturus. Abbas de Toplis [4] hoc ei denuntiet.

Definitionum retractatio iterum committitur domino Cistercii **15**
et quatuor primis abbatibus qui, convocatis [a] quos viderint evocandos, retractare satagant prout noverint expedire utilitati totius Ordinis intendentes.

Abbates de [a] Ligno-Sancti-Patricii [5] et de Fonte vivo [6] qui **16**
hoc anno non venerunt ad Capitulum cum venire deberent, omni sexta feria sint in pane et aqua, et extra stallum abbatis, donec Cistercio se praesentent, et anno sequenti omni occasione postposita, Capitulum veniant, veniam super hoc petituri. Abbas de [b] Valle salutis [7] hoc eis nuntiet.

Abbas de [a] Sancto-Thoma [8] de Venitiis qui hoc anno non venit **17**
ad Capitulum cum venire deberet, omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis, donec Cistercio se praesentet. Abbas de [b] Cherreto [9] hoc ei denuntiet.

Abbas Sancti-Anastasii [10] qui hoc anno nec praeterito ad Capi- **18**

---

[c] porro : *J*. [d] Casaemaris : *J*.
14 : *JP*¹. [a] cui quidem parcitur modo ob... : *J*.
15 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] evocatis : *L*¹.
16 : *JP*¹. [a] Abbates Ligni-Sancti-Patricii et Fontis-vivi : *J*. [b] Abbas Vallis salutis : *J*.
17 : *JP*¹. [a] Abbas Sancti-Thomae Venetiarum : *J*. [b] Abbas Cherreti : *J*.
18 : *JP*¹.

---

[1] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.
[2] In Calabria, dioec. Squillacensi. *OC*. 123.
[3] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi. *OC*. 177.
[4] Toplica, in Croatia, dioec. Zagrabiensi. *OC*. 215.
[5] Seu Viride-Lignum, Newry, in Hibernia dioec. Dunensi. *OC*. 136.
[6] Fons Vivus, seu Maure, in Hibernia dioec. Rossensi. *OC*. 167.
[7] Seu Baltinglass, in Hibernia, dioec. Lagliniensi. *OC*. 114.
[8] S. Tommaso, in ditione Venetorum, dioec. Torcellana. *OC*. 213.
[9] Cerredo, Ceretum, in Lombardia, dioec. Laudensi. *OC*. 43.
[10] SS. Vincentius et Anastasius Trium Fontium ad Aquas Salvias, prope Romam. *OC*. 62.

tulum accessit cum venire deberet, omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis donec Cistercio se praesentet, et anno sequenti accedat ad [a] Capitulum veniam super hoc petiturus. Abbas de [b] Fossa nova [1] hoc ei denuntiet.

19 Abbates de [a] Cara insula [2] et de Tuta valle [3] de Datia qui propter pericula guerrarum non venerunt [b] ad Capitulum cum venire deberent, omni occasione postposita sequenti Capitulo se praesentent, veniam super [c] hoc petituri. Abbas de Saba [d] [4] hoc eis denuntiet.

20 Abbas de [a] Buxeto [5] qui non renuntiavit [b] Capitulo de poena conversi sui de [c] Rabiola, a Capitulo [d] iniuncta, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de [e] Sancto-Prudentio [6] hoc ei denuntiet.

21 Abbas Sancti-Petri-de-Gomer [7] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire deberet, omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis donec Cistercio [a] se praesentet et nihilominus ad sequens veniat [b] Capitulum veniam super hoc petiturus. Abbas de [c] Orta [8] hoc ei denuntiet.

22 Abbas de [a] Tironello [9] qui conversum abbatis de [b] Berdela [10] remisit ad domum propriam sine nutu abbatis proprii quem [c] non tenuerat per tres menses, tribus diebus sit in pane et aqua.

23 Abbas Sciciae [a] [11] qui in proprietate et excommunicatione est

---

[a] ad illud : *J*. [b] Abbas Fossae novae : *J*.

19 : *JP*¹. [a] Abbates Charae-Insulae et Tutae vallis ex Dacia qui ob pericula bellorum : *J*. [b] hoc anno : *J*. [c] de hoc : *J*. [d] Abbas Sabae : *J*.

20 : *JP*¹. [a] Abbas Buxeti : *J*. [b] rescripsit : *J*. [c] de grangia Rabiolae : *J*. [d] ei : *J*. [e] Abbas Sancti-Prudentii : *J*.

21 : *JP*¹. [a] Cistercium veniat : *J*. [b] accedat : *J*. [c] Abbas Ortae : *J*.

22 : *JP*¹. [a] Abbas Tironelli : *J*. [b] abbatis Bardelae : *J*. [c] quem quidem : *J*.

23 : *JL*¹*P*¹. [a] Seitiae : *J*.

---

1 Fossa nuova, in Campania romana dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
2 Seu Oem, in Jutia septentrionali, dioec. Arusiensi. *OC*. 154.
3 Twis Kloster, in Jutia, dioec. Ripensi. *OC*. 146.
4 Saba, seu Jutela, in Suecia, dioec. Strengnensi. *OC*. 144.
5 Buxetum, Bugedo, in Veteri-Castella, dioec. Burgensi. *OC*. 167.
6 In Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.
7 S. Pedro de Gumiel, in Veteri-Castella, dioec. Oxomiensi. *OC*. 198.
8 Horta, Huerta, in Veteri-Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
9 Tyronellus, Tyronneau, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 116.
10 Berdona (?) in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 48.
11 Seu Ceica, in Lusitania, dioec. Conimbriensi. *OC*. 199.

promotus in abbatem, sicut constat ex trium abbatum testimonio, nec admonitus a visitatoribus cessare voluit, et qui novitium infra annum probationis contra Regulam beati Benedicti procuravit, et de quo multa alia proferuntur [b], deponitur in [c] instanti. Abbas de Accubatia [d] [1] hoc ei denuntiet.

Praecipitur abbatibus de [a] Cadunis [2] et de Bella pertica [3], auctoritate Capituli, ut convocent priorem de [b] Ardonello [4] qui [c] obolos aureos accepit in depositum a fugitivo Grandis sylvae [5], et rei veritate diligenter inquisita, ordinent de pecunia, et corrigant de persona prout viderint expedire. 24

Praecipitur abbatibus de [a] Karrazeto [b] [6] et de Buxeto [7], auctoritate Capituli generalis, ut ad locum de Lironis [8], in quo nobilis vir Rodericus, Roderici filius, et nutritor illustris regis Castellae, promittit se constructurum abbatiam, personaliter [b] accedant, et consideratis omnibus et diligenter inspectis quae ad rem pertinent, utrúm [c] locus idoneus, et possessiones pacificae et sufficientes [d] sint ad necessaria et constructionem abbatiae, sequenti Capitulo quae viderint et cognoverint studeant nuntiare. 25

Praecipitur abbati et conventui de [a] Claro loco [9], auctoritate Capituli generalis ut corpus ducis Lotharingiae pacifice reddant, et extra abbatiam efferant [b] abbati et monachis de Turceburne [c] [10], usque [d] ad octavam Paschae. Quod si non fecerint, interdicitur 26

---

[b] referuntur : *J*. [c] statim : *J*. [d] Alcobaciae : *J* ; Alcobachor : *L*¹.

24 : *JP*¹. [a] abbatibus Caduini et Bellae perticae : *J*. [b] priorem Ardonelli : *J*. [c] *J add.* : ut dicitur.

25 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] abbatibus Carreseti et Buxeti : *J*. [b] pluraliter : *J*. [c] *J add.* : scilicet. [d] ad necessitatem contructionis abbatiae : *J*.

26 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*. [a] conventui Clari loci : *J*. [b] deferant monachis de Sturceburne : *W* ; referant : *J*. [c] Sturceburne : *JL²W*. [d] intra octavas : *J*.

---

[1] Leg. Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulisiponensi. *OC*. 110.

[2] Caduinum, in dioec. Petrocoricensi. *OC*. 7.

[3] In Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.

[4] Ardorellum, in Languedocio, dioec. Albiensi. *OC*. 108.

[5] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.

[6] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[7] Bugedo, in Veteri Castella, dioec. Burgensi. *OC*. 167.

[8] Idem locus est atque *Lerones*, in quo monasterium S. M. de Vega fundatum est, in regno et dioec. Legionensi. *OC*. 220.

[9] Clairlieu, in Lotharingia, dioec. Nanceyensi. *OC*. 127.

[10] Sturzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 72.

eis [e], auctoritate Capituli generalis, ne divina in ecclesia praesumant [f] celebrare, quamdiu ibi fuerit corpus ducis [g].

27 Abbas Mansiadae [a] [1] qui inobediens fuit mandato domini Cistercii et sine aliquibus abbatibus, contra Chartam charitatis recepit cessionem abbatis de Sinancha [b] [2], sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Conversos [c] et monachos vero illos qui, ausu temerario, oves Aquaebellae [3] peremerunt, ad domos remotissimas extra regnum eiiciat, et omni sexta feria sint in pane et aqua, et quoties in Capitulo praesentes adfuerint accipiant disciplinam, ultimi in ordine permansuri, usque ad nutum Capituli generalis. Liceat tamen abbati conversos in domo propria retinere, si voluerit damna ab eis illata moderate resarcire [d], ubi praedictam poenitentiam explere non obmittant.

28 Iniungitur abbatibus de [a] Montepetroso [4] et de Alta comba [5], auctoritate Capituli, ut die condicta personaliter [b] accedant ad loca illa in quibus de pasturis quaestio vertitur inter abbatias Mansiadae et Aquae bellae, et auditis allegationibus et inspectis instrumentis utriusque partis, dissidentes ad concordiam inducant metas et terminos utriusque [c] praefigentes quos transgredi non audeant, certam poenam transgressoribus imponendo et quod fuerit ratum et [d] firmum statuant, auctoritate Capituli generalis.

29 Conversus de [a] Lanconio, de Oratorio [6], qui cellerrario et monachis de Ré [7] dure respondit, et [b] eis necessaria ministrare

---

[e] exinde : *JL²MW*. [f] praesumant : *deest J*. [g] *apud L¹* : Iteratur praeceptum Capituli generalis abbati et conventui de Claro loco, de reddendo corpore ducis Lotharingiae abbati de Turreburna sub poena interdictionis a divinis.

27 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] de Mansiade : *L²P¹⁰*. [b] Sinanquae : *J* ; Sinanqua : *M*. [c] Conversos vero : *J* ; Conversos ... *etc. ad finem desunt apud L¹*. [d] nihilominus tamen ibidem poenitentiam : *J*.

28 : *JP¹*. [a] abbatibus Montispetrosi et Altae combae : *J*. [b] pluraliter : *J*. [c] partis figentes : *J*. [d] ac : *J*.

29 : *JP¹*. [a] Conversus Lanconii dictus, Oratorii : *J*. [b] eisque : *J*.

---

[1] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC.* 9.
[2] Senanque, in dioec. Avenionensi. *OC.* 112.
[3] Aiguebelle, in dioec. Valentina, in Delphinatu. *OC.* 45.
[4] Montpeyroux, in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC.* 13.
[5] Hautecombe, ad lacum Burgeti, dioec. Camberiensi. *OC.* 34.
[6] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC.* 10.
[7] B. M. in Insula de Ré, in dioec. Santonensi. *OC.* 139.

noluit, septem sextis feriis sit in pane et aqua et septies disciplinam coram fratribus suis in capitulo Oratorii accipiat infra annum.

Abbas Sancti-Stephani de Bosco [1] qui monachum et conversum ad se missos recipere noluit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 30

Abbas Fontis frigidi [2] qui mulierem quae regina publice [a] vocabatur, in oratorio sepelivit, quia [b] in nomine potuit decipi, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis et conventus sex sextis feriis abstineat a vino. 31

Abbas de [a] Bona valle [3] qui monachum non sibi professum promovit in abbatem in domo Montis petrosi [4], et ipse abbas qui in professionibus recipiendis obediens ei fuit cum sciret se esse professum alterius, stent arbitrio et voluntati Domini Cistercii. 32

De conspiratione, quae dicitur facta contra abbatem in domo de Coronato [5], committitur abbati Morimundi. 33

De abbate de Florano [6] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, et de quo dicitur quod iniuste monachum suspenderit per verenda et nimis inhoneste et creduliter tractari fecit, et [a] quod iuraverit et iurare fecerit conventum suum pro pecunia in domo sua perdita, committitur abbatibus de Bardonis [b] [7] et de Portaglon [8], qui auctoritate Capituli generalis, ad domum illam accedant, et de his omnibus diligenter inquirant, praecipue [c] de quantitate pecuniae, et de modo torturae, et quod invenerint, 34

30 : *JP*[1].
31 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] publice : *deest* *L*[2] *MP*[10] ; pulice : *P*[1]. [b] autem : *J*.
32 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Abbas Bonae vallis : *J*.
33 : *P*[1].
34 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] quodque iuraverit tum : *J*. [b] Verdonis : *L*[2]*P*[1]. [c] praesertim vero : *J*. [d] adfuit Capitulo : *J*. [e] Cistercium : *J*.

[1] In Calabria, dioec. Squillacensi. *OC*. 123.
[2] Fontfroide, in Languedocio. dioec. Carcassonensi. *OC*. 86.
[3] Bonnevaux, in Delphinatu, dioec. Viennensi. *OC*. 7.
[4] Montpeyroux, Bonae vallis filia, in dioec. Claromontana. *OC*. 13.
[5] Morimondo coronato, prope Mediolanum, Morimundi Lingonensis filia. *OC*. 13.
[6] Seu Flaranum, Flaran, in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 126.
[7] Berdona, Berdoües, in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 48.
[8] Al. Bouillas, in Languedocio, dioec. Ausciensi. *OC*. 121.

Capitulo sequenti studeant nuntiare. Abbas autem ille, quia non venit [d] ad Capitulum, omni sexta feria sit in pane et aqua, et extra stallum abbatis, donec Cistercio [c] se praesentet.

35 Abbas de [a] Monte-ramorum [1] qui non venit ad Capitulum generale cum venire deberet, sententiam a Capitulo generali constitutam [b] sustineat scilicet ut sit extra stallum abbatis et omni sexta feria sit in pane et aqua donec Cistercio [c] se praesentet, sequenti anno veniat super hoc veniam petiturus. Abbas de Superrado [2] hoc ei denuntiet.

36 Abbates Nucariae [3] et Curacii [4] qui non venerunt hoc anno ad Capitulum generale cum venire deberent, poenam a Capitulo generali constitutam sustineant, scilicet [a] ut sint extra stallum abbatis et omni sexta feria sint [b] in pane et aqua donec Cistercio [c] se praesentent. Abbas Sancti-Stephani de Bosco hoc eis denuntiet, et sequenti [d] Capitulo omni occasione remota veniant super [e] hoc veniam petituri. Hoc idem sustineat abbas de [f] Aquilis [5] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire deberet et hoc ei denuntiet abbas S. Joannis de Tarrocha [6].

37 Abbas de Florano [7] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire deberet, poenam sustineat a Capitulo generali constitutam, scilicet ut sit extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua, donec Cistercio se praesentet, sequenti tamen anno veniat super hoc veniam petiturus. Abbas de Scala Dei [8] hoc ei denuntiet.

38 Abbati de Gargano [9] qui hoc anno non venit ad Capitulum, cum venire deberet, ad preces Camerarii Domini Papae parcitur,

35 : *JP*[1]. [a] Abbas Montis ramorum : *J*. [b] latam sustineat, videlicet : *J*. [c] Cistercium veniat : *J*.

36 : *JP*[1]. [a] videlicet : *J*. [b] ieiunent : *J*. [c] Cistercium : *J*. [d] sequenti vero anno : *J*. [e] de hoc : *J*. [f] abbas Aquilarum : *J*.

37 : *P*[1]. *Mirum est quod iterum retractatur hic causa abbatis de Florano, cf. supra n*° 34.

38 : *JP*[1].

[1] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.

[2] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.

[3] Nucaria, La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanensi. *OC*. 164.

[4] Curatium, Corazzo, in Calabria, dioec. Marturanensi. *OC*. 168.

[5] S. M. de Aquilis in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 153.

[6] Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 61.

[7] Flaran. in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 126.

[8] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 47.

[9] S. Galgano, in Tuscia, dioec. Volaterrana. *OC*. 205.

sequenti tamen anno veniat super hoc veniam petiturus. Abbas de [a] Fossa nova [1] hoc illi denuntiet.

Abbates de [a] Colomba [2] et de Ripa alta [3] qui non renuntia- **39**
verunt Capitulo generali de commissione sibi facta quid inde fecerint, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas de [b] Locedio [4] hoc eis denuntiet.

De abbate de Vacellis [5] qui novitium infra annos constitutum **40**
dicitur recepisse; committitur abbati Claraevallis.

Praecipitur abbati et conventui Belli Loci [a] [6] ut omni contra- **41**
dictione remota inviolabiliter observent sententiam latam a iudicibus a Capitulo generali delegatis, videlicet abbatibus de [b] Wardone [7] et Wuburna [8] et de Dorée [9]. Si autem per quemcumque religiosum vel saecularem sententiae executio [c] impedita fuerit, ex tunc abstineat tam abbas quam conventus a divina celebratione donec totum fuerit pacificatum. Iudices autem diligenter procurent ut executioni sententia demandetur et partibus ad se, auctoritate Capituli generalis, convocatis, de iniuriis, damnis et expensis pronuntient [d] et ad satisfactionem abbatem et conventum, prout iustum fuerit, compellant. Ista fiant infra octavam [e] Epiphaniae.

Abbas Sanae vallis [10] qui hoc anno non venit ad Capitulum **42**
cum venire deberet [a], poenam sustineat a Capitulo [b] constitutam, scilicet ut sit extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua, donec Cistercio se praesentet et sequenti Capitulo, omni

[a] Abbas Fossae novae hoc ei denuntiet : *J*.

39 : *JP*[1]. [a] Abbates Colombae et Ripae altae : *J*. [b] Abbas Locedii : *J*.

40 : *JP*[1].

41 : *JP*[1]. [a] *J add.* : in Anglia. [b] abbatibus Wardonae, Woburnae et Dorae : *J*. [c] exequutio : *J*. [d] ac definiant : *J*. [e] octavas : *J*.

42 : *JP*[1]. [a] debuisset : *J*. [b] super hoc institutam, videlicet : *J*.

[1] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[2] S. M. della Colomba, in dioec. Placentia. *OC*. 45.
[3] In Pedemontio, dioec. Derthonensi. *OC*. 180.
[4] Locedio, in Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC*. 11.
[5] Valcellae, Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC*. 24.
[6] Beaulieu abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.
[7] Wardon, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 43.
[8] Woburn, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 83.
[9] Dore, in dioec. Herefordiensi. *OC*. 92.
[10] Sana vallis, seu Follina, in ditione Venetorum, dioec. Cenetensi. *OC*. 86.

occasione remota, veniat super [c] hoc veniam petiturus. Abbas de [d] Charreto [1] hoc illi denuntiet [e].

43 Abbas de [a] Recluso [2] in cuius [b] grangiae horto extra septa grangiae mulieres pernoctaverunt longo tempore ad pectendam lanam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua; et caveat ne de [c] cetero talia in domo illa contingant.

44 De Galfrido [a] de Mandevilla, filio Iusticiarii Angliae, qui detractat reddere 100 libras sterlingas [b] quas pater eius legavit Capitulo generali, committitur abbati Claraevallis.

45 De abbate de [a] Stanleia [3] qui petit ab abbatibus Walliae sive Angliae quatuor marchas quas expendit in itinere post Dominum Narbonensem [4] et Comitem Montisfortis [5], committitur abbati de [b] Bordeleia [6] qui auctoritate Capituli generalis faciat ei reddi quod viderit expedire.

46 Abbas de [a] Petrosa [7] qui inhumanum se praebuit in domo sua abbatibus hospitibus, nec per se, nec per priorem visitavit abbatem infirmum, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

47 Abbates de Melen [a] [8] et Valle [b] ecclesiarum [9], qui cum visitatores essent in abbatia S. Joannis de Torracha [c] [10], deposito abbate, priorem et subpriorem instituerunt ibidem contra for-

---

[c] de: *J.* [d] Abbas Charreti: *J.* [e] *Codex P^1 sub n*° 43 *idem recitat statutum ac in n*° 42.

43: *JL^1P^1.* [a] Abbas Reclusi: *J.* [b] horto extra septa grangiae: *J.* [c] deinceps: *J.*

44: *JL^1P^1.* [a] Valfrido: *L^1*; Gaufrido Mandevillae filio: *J.* [b] sterlingorum: *P^1*; stellingorum: *J.*

45: *JL^1P^1.* [a] abbate Stanleiae petente ab abbatibus Valliae: *J.* [b] abbati Bordeleiae: *J.*

46: *$JL^2MP^1P^{10}$.* [a] Abbas Petrosae: *J.*

47: *$JL^2MP^1P^{10}$.* [a] Melenii: *J*; Melensis: *M.* [b] Vallis: *J.* [c] Torracae: *J.*

---

[1] Cerredo, Ceretum, in Lombardia, dioec. Laudensi. *OC.* 43.

[2] Le Reclus, in dioec. Trecensi Campanaie. *OC.* 66.

[3] Stanleia in Arderna, Stoneley, in dioec. Wigorniensi. *OC.* 137.

[4] Arnaldus Amauri, Narbon. arch. 1212-1225; antea Cistercii abbas. *SE.* 583; *HC.* I, 356.

[5] Simon de Montfort, 1150-1218.

[6] Bordesleya, in dioec. Wigorniensi. *OC.* 53.

[7] La Peyrouse, in dioec. Petragoricensi. *OC.* 134.

[8] De Melone, Melon, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC.* 69.

[9] Valdeiglesias, in Castella-Nova, dioec. Toletana. *OC.* 174.

[10] Tarouca, in Lu·itania, dioec. Lamecensi. *OC.* 61.

mam Ordinis, sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua ; prior [d] et subprior deponantur, liceat tamen abbati [e] suo, si voluerit eosdem restituere.

Abbas Belli loci in Anglia [1] qui coram tribus comitibus et quadraginta militibus inordinate se habuit in mensa, scilicet bibendo ad garsacil, et qui habet canem cum catena argentea ad custodiendum lectum suum, et qui adduxit secum servientes saeculares in equis qui ei, flexis genibus, ministrant, et qui in vasis argenteis de consuetudine facit sibi ministrari, et de quo multa alia dicuntur, sequenti Capitulo, omni occasione remota, Cistercio se praesentet, obiectis et obiiciendis responsurus ; alioquin sciat se esse depositum. Abbas de [a] Quarreria [2] hoc ei denuntiet. 48

Duo monachi Willerus[a] et Arfulsus qui vagando diffamant Ordinem, revocentur ad claustra sua, et neuter eorum equitet nisi in comitatu abbatis sui et nisi revertantur, pro fugitivis habeantur. 49

Monachus de [a] Maceriis [3] qui manipulos asportavit de campo Cistercii contra prohibitionem Cistercii [b], manipulos in eundem campum [c] reducat, et veniat Cistercium satisfacturus. Dominus [d] Cisterciensis provideat ne domus [e] de Maceriis gravetur. 50

Testamentum praedecessoris abbatis de Sacedai [4] de possessionibus ecclesiae suae in extremis factum, non teneat, nisi [a] in hoc quod spectat ad manumissionem servorum. 51

Contentio [a] Pruliacensis [5] et Savigniacensis [b] [6] de voluntate et beneplacito abbatis Cistercii ita sopitur quod [c] Saviniacus [d] tempore Capituli generalis unum monachum secum adducere poterit in Cistercium [e], et Pruliacensis [f] remanet prioratus [g]. 52

---

[d] prior autem : *J*. [e] eorum : *J*.

48 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Abbas Carreriae : *J*.

49 : *JP¹*. [a] Wilenus et Alphonsus : *J*.

50 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Monachus Maceriarum : *J*. [b] Cisterciensium : *J*. [c] sive idem pratum reportet : *J*. [d] autem : *J*. [e] domus Maceriarum : *J*.

51 : *JL¹P¹*. [a] nisi quantum spectat ad : *J*.

52 : *JL¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] Savigniacensis et Pruliacensis abbatum : *P⁴*. [b] Savigniaci : *P¹*. [c] quod Pruliacensi remaneat prioratus : *P⁴*. [d] Savigniacensis : *JL¹L²M*. [e] Cistercio : *J*. [f] vero primatus remaneat : *J*. [g] *L¹ add.* : id est primatus.

---

[1] Bellus Locus Regis, Beaulieu-Abbey, in dioec. Winthoniensi. *OC*. 210.

[2] Quarr-Abbey, in Vecta insula *OC*. 99.

[3] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.

[4] Salceda, Salzedas, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 143.

[5] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC*. 5.

[6] Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.

53 Querela abbatis S. Stephani de Bosco [1] contra abbatem Sambucinae [2] pro auro quod prior S. Stephani in domo Sambucinae dicitur amississe, committitur abbatibus Casemarii [a] [3] et Fossae novae [4] qui rem diligenter inquirant, et auctoritate Capituli querelam praedictam compositione vel iudicio studeant terminare.

54 Querela abbatis Mortui maris [5] contra abbatem Vallis S. Mariae [6] committitur abbatibus de Beubec [a] [7] et de Karoliloco [b] [8], qui ad loca personaliter [c] accedentes, ordinent de eis, auctoritate Capituli generalis, quod [d] viderint et cognoverint faciendum [e].

55 Querimonia abbatum de [a] Claro fonte [9] et de Caroloco [10] super pascuis, committitur abbatibus Bellae vallis [11] et Longi vadi [12], qui auctoritate Capituli compositionem super eis factam a Capitulo confirmatam, diligenter inspiciant, et illos quos culpabiles invenerint et transgressores corrigere satagant et punire.

56 Querela abbatis de Abercono [13] contra abbatem de Basinguere [14] super quinque libris et quibusdam aliis rebus, committitur abbatibus de Cumbremare [15] et de Stalhauze [a] [16], qui auctoritate Capituli generalis quod iustum viderint et cognoverint de praedictis statuant et [b] disponant. Abbas de Deslocrescha [c] [17] hoc eis denuntiet.

53 : *JP*[1]. [a] Casaemaris : *J*.
54 : *JP*[1]. [a] Bellobeco : *J*. [b] Caroliloco : *J*. [c] pluraliter : *J*. [d] quae : *J*. [e] facienda : *J*.
55 : *JP*[1]. [a] Clarifontis et Cariloci : *J*.
56 : *JP*[1]. [a] Stanleia : *J*. [b] ac : *J*. [c] Delocrescha : *J*.

[1] In Calabria, dioec. Squillacensi. *OC*. 123.
[2] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.
[3] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.
[4] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[5] Mortemer, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 48.
[6] N.-D. du Val, in dioec. Versaliensi. *OC*. 42.
[7] Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.
[8] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 44.
[9] Clairefontaine, in dioec. Bisuntina. *OC*. 24.
[10] Cherlieu, in dioec. Bisuntina. *OC*. 19.
[11] Bellevaux, in dioec. Bisuntina. *OC*. 8.
[12] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.
[13] Aberconwey, in Wallia, dioec. Bangorensi. *OC*. 186.
[14] Basingwerk, in Wallia, dioec. Assanensi. *OC*. 99.
[15] Cumbermera, in dioec. Conventrensi. *OC*. 100.
[16] Stanlaw, al. Locus-Benedictus de Whalley, in dioec. Conventrensi. *OC*. 167.
[17] Inaudita forma pro Dieulacresium, Dieulacres, in dioec. Conventrensi. *OC*. 142.

Querela abbatum de [a] Sancto-Leonardo [1] et de Bona valle [2] super maresco [b] et aliis rebus, committitur abbatibus [c] de Oratorio [3] et de Domo Dei [4], auctoritate Capituli terminanda. **57**

Conquestio Willermi de Helpestinoc [a] contra abbatem Vallis S. Petri [5] super eleemosyna quam dedit Brucamnus [b] Coloniensis ad construendam abbatiam committitur abbatibus de Everbac [c] [6] et de Sconaugia [7] qui diligenter cognoscant de praemissis et cognita sequenti Capitulo studeant nuntiare. **58**

Petitio Cremonensium [8] de construenda abbatia committitur abbatibus de [a] Caravalle [9] et de Colomba [10], qui ad locum personaliter [b] accedant, et diligenter inspectis [c] quae ad rem pertinent utrum locus idoneus sit et [d] possessiones sufficientes et pacificae ad constructionem [e] et necessaria abbatiae, sequenti Capitulo quae viderint et cognoverint studeant nuntiare. **59**

Petitio abbatis de Orta [11] de faciendo anniversario Domini Martini [12] episcopi in domo sua, exauditur [a], non tamen stando. Idem conceditur abbati de Campo-S.-Mariae [13] de [b] anniversario episcopi sui [14]. **60**

---

57 : *JP*[1]. [a] abbatum Sancti-Leonardi et Bonae vallis : *J*. [b] maresio : *J*. [c] abbatibus Oratorii et Domus Dei : *J*.

58 : *JP*[1]. [a] Helpesting : *J*. [b] Brucanius : *J*. [c] Eurebach et Sconaugiae : *J*.

59 : *JP*[1]. [a] abbatibus Caraevallis et Colombae : *J*. [b] pluraliter : *J*. [c] inspectis ad rem pertinentibus, nempe : *J*. [d] an : *J*. [e] constructionem necessariam abbatiae : *J*.

60 : *JP*[1]. [a] ita tamenut stando minime fiat : *J*. [b] pro : *J*.

---

[1] S. Leonardus de Calmis, in dioec. Rupellensi. *OC*. 156.

[2] In dioec. Pictaviensi. *OC*. 13.

[3] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC*. 10.

[4] Domus Dei super Carum, al. Niger-Lacus, in dioec. Bituricensi. *OC*. 43.

[5] Al. Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC*. 189.

[6] Eberbach, in dioec. Moguntina. *OC*. 20.

[7] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.

[8] Prope Cremonam construenda erat abbatia de S[a] Maria-Magdalena de Cava. *OC*. 233.

[9] Chiaravalle, prope Mediolanum. *OC*. 39.

[10] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.

[14] Horta, Huerta, in Veteri-Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.

[12] S. Martinus de Finoioso, vocatus Sacerdos, Hortae abbas 1166, Seguntinae episc. 1186-1193/4; † 1213. *SE*. 74; *ASS*. Maii, t. II, 4.

[13] Campus S. M. seu Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasteriensi. *OC*. 185.

[14] Hermann von Katzenelnbogen, Monasteriensis episc. 1174-1203. *SE*. 295.

61 Petitio fratrum de Monte Frag [a] [1] ut incorporentur Ordini sub magisterio fratrum de Calatrava [b] [2] et custodia abbatis Morimundi [c], admittitur.

62 Clerici qui sub habitu laicali et in sacris ordinibus constituti in conversos recipiuntur, cum hoc abbati constiterit, eiiciantur.

63 Inhibetur auctoritate Capituli generalis ne de [a] cetero aliquis praesumat ecclesias parochiales accipere. Transgressor autem, si abbas fuerit, sine retractatione deponatur, alii vero a domibus propriis sine spe reversionis eliminentur.

64 Constitutio quae facta est de non habenda societate cum saecularibus in terris excolendis et pecoribus nutriendis firmiter in posterum teneatur. Nec liceat alicui alienas terras excolere; transgressores vero, si abbates fuerint, ab altaris officio abstineant. Alii autem a domibus propriis eliminentur, sine spe reversionis.

65 Statutum est a Capitulo generali ut nullus deinceps audeat terras arabiles, vineas, furnos, vel molendina emere vel acquirere, nisi in puram eleemosynam et solemnem donationem data fuerint nobis, quae tamen propriis manibus et sumptibus nequaquam excolamus, sed aliis tradamus excolendas. Si autem aliquis abbas huius constitutionis transgressor fuerit comprobatus, sine retractatione aliqua a patre abbate deponatur, et omnes quorum consilio factum fuerit, a domo illa eliminentur sine spe reversionis permansuri [b].

66 Abbatiarum transmutatio vel commutatio nusquam fiat nisi de licentia Capituli generalis. Conventus vero novem feriis sextis continuis sit in pane et aqua [a], nisi [b] grandis solemnitas exigat dispensationem. Qui autem absentes erant, vel manifeste contradixerunt [c], sint immunes.

---

61 : *JL¹MP¹P⁴T⁴*. [a] Montis fragini : *J* ; Monte frigido : *M* ; Monte Frager : *P⁴T⁴*. [b] Calatravae : *J* ; Calatrave : *P¹P⁴T⁴*. [c] Morimundensis, exauditur : *J*.

62 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. *Cf. ann.* 1214, *n*° 59.

63 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. *Cf. ann.* 1214, *n*° 57. [a] deinceps : *J*.

64 : *JL²MP¹P¹⁰*. *Cf. ann.* 1214, *n*° 58.

65 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*. *Cf. ann.* 1214, *n*° 54.

66 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. *Cf. ann.* 1214, *n*° 60. [a] qui non contradixerit : *J*. [b] forte : *J*. [c] fractioni huius statuti : *J*.

---

[1] i. e. Militia seu ordo militaris de Monfrac (de Monte Franco, vel Frigido).

[2] Calatrava, prima militia ex ipso Ordine cisterciensi orta.

Praecipitur ut Bs. Ioannes evangelista et Bs. Thomas martyr Cantuariae [a] in letaniis [b] nominentur, et Sa. Catharina, de qua festum duodecim lectionum fiet, et[iam] [c] in letaniis nominetur. 67

Tempore tonsionis, missae post Primam celebrentur in his locis ubi monachi tondere consueverunt. 68

1216

Statutum est a Capitulo generali ut causae deinceps ad Capitulum generale delatae, tribus committantur abbatibus ; et si omnes nequiverint interesse, duo nihilominus exequantur. 1

Sententia de non acquirendo retractatur [a]. 2

Abbates a quibus decimae exiguntur de [a] terris [b] ante Concilium [1] possessis, privilegiis suis utantur, nec de illis [c] decimas [d] reddere consentiant, nisi [e] prius [f] reddidissent. 3

Auctoritate Capituli generalis districte praecipitur ne [a] aliquis [b] Ordinis nostri alicubi negotium aliquod contra Dominum Simonem comitem Montis fortis, militem Jesu Christi audeat attentare [c]. 4

Abbates [a] de Ligno-Sancti-Patricii [2] et de Fonte vivo [3] qui anno praeterito non venerunt ad Capitulum generale cum venire deberent, et nihilominus hoc anno venire neglexerunt, omni sexta feria sint in pane et aqua et extra stallum abbatis, donec Cistercio se praesentent, et nisi Capitulo sequenti se praesenta- 5

---

67 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] Cantuariensis : *J*. [b] lythaniis : *L²*. [c] in iisdem etiam : *J*.

68 : *D³* [*P³T³ ann.* 1210].

1 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*.

2 : *C¹JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] retractabitur : *C¹ qui add.* : usque ad sequens Capitulum cum consilio patris abbatis potest acquiri.

3 : *C¹JL¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] *C¹P⁴T⁴ incip.* : De terris... [b] suis : *P⁴T⁴*. [c] consentiant reddere : *T⁴*. [d] decimae non reddantur nisi qui prius rediderunt : *C¹*. [e] nisi ante reddiderint : *P⁴T⁴*. [f] forsan : *J*.

4 : *C¹JL²MP¹P¹⁰*. [a] *C¹ incip.* : Nullus Ordinis nostri contra ... [b] quis ... uspiam : *J*. [c] acceptare : *P¹*.

5 : *JP¹*. [a] Abbates Ligni-St-Patricii et Fontis vivi : *J*.

---

[1] Cf. Mansi *Conciliorum ... collectio.* t. XXII, p. 954. Concilium Lateranense IV sub Innocentio IV. Cap. LV. Nuper abbates Cisterciensis ordinis ... : p. 1042.

[2] Al. Viride-Lignum, Newry, in Hibernia, dioec. Denensi. *OC.* 136.

[3] Al. Maure, in Hibernia, dioec. Rossensi. *OC.* 167.

verint [b] veniam super [c] hoc petituri, noverint se esse depositos. Abbas vero de Valle [d] salutis [1] qui poenam supra scriptam eisdem debuit nuntiare nec renuntiavit [e] Capitulo quid egerit, tribus diebus sit in levi culpa. Abbas de Basinguere [2] his tribus praedictis poenam suprascriptam [f] procuret nuntiare et [f] sequens Capitulum certificet eosdem.

6 Praecipitur abbatibus de Orta [3] et de Berola [4] auctoritate Capituli generalis ut occurrente eis priore Ardonelli [5] personaliter [a] accedant ad domum de Petra [6] in festo Ascensionis Dominicae, et diligenter inquirant de obolis aureis quos idem prior se dicit expendisse in operibus domus praedictae et cum abbate computasse, et veritate diligenter inquisita, si expensas in utilitatem domus [b] receperint, persolvere faciant domui Grandis sylvae, et sequenti Capitulo per litteras quid egerint studeant nuntiare. Abbas de Spina [c] hoc eis denuntiet. Abbas vero de Cadunio [d] [7] priorem de Ardunello die [e] statuta in domo de Petra [f] faciat interesse.

7 Sententiae interdicti quae lata est a Capitulo generali de reddendo corpus [a] Ducis Lotharingiae, abbati de Turceburna [b] [8] districte teneatur, cui super additum est ut nisi infra festum B. Martini corpus Ducis extra portam [c] delatum et redditum abbati [d] de Turceburna fuerit, ex tunc abbas Clariloci [9], prior et cellerarii et omnes officiales tam monachorum quam conversorum, tribus diebus in hebdomada ieiunent in pane et aqua. Ceteri vero, tam monachi quam conversi, quarta et sexta feria praedictam poeni-

[b] obtulerint : *J*. [c] de : *J*. [d] Vallis salutis : *J*. [e] etiam : *J*.
[f] praefatam : *J*. [g] et de sequenti Capitulo : *J*.
6 : *JP*¹. [a] pluraliter : *J*. [b] praefatae reppererint : *J*. [c] Abbas Spinae : *J*. [d] Cadunii : *J*. [e] diei statutae : *JP*¹. [f] domo Petrae : *J*.
7 : *JL*¹*P*¹. [a] corpore : *J*. [b] Stulcerburnae : *J*. [c] Clariloci : *J*.
[d] supradicto : *J*.

[1] Seu Baltinglass, in Hibernia, dioec. Lagliniensi. *OC*. 114.
[2] Basingwerk, in Wallia, dioec. Assanensi. *OC*. 99.
[3] Horta, Huerta, in Veteri Castilla, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[4] Seu Verola, in Aragonia, dioec. Tirasonensi. *OC*. 91.
[5] Ardorellum, in Languedocio, dioec. Albiensi. *OC*. 108.
[6] N. D. de Piedra, in Aragonia, dioec. Tirasonensi. *OC*. 198.
[7] Caduinum, Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC*. 7.
[8] Stürzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 72.
[9] Clairlieu, in Lotharingia, dioec. Nanceyensi. *OC*. 127.

tentiam peragant in grangiis et in abbatia, usquedum impleverint mandatum Capituli generalis [e].

Abbatibus ad quos mandatum Domini Cistercii et quatuor primorum abbatum pervenit et perveniet, districte praecipitur ut [a] usque ad sequens Capitulum pecuniam assignatam sibi reddere satagant, in solutionem expensarum Concilii et debiti antiqui. **8**

Abbas de Zuetela [a] [1] in Austria qui ad preces abbatis de Plaz [b] [2] non visitavit abbatiam de Wellegrat [c] [3] in Moravia, sequenti Capitulo se praesentet super [d] hoc veniam petiturus. Abbas de Walbrebac [e] [4] hoc ei denuntiet. **9**

Abbas Vallis bonae [5] in Hispania qui abbatibus supervenientibus iuxta Chartam Caritatis, stallum abbatis, licet admonitus, relinquere noluit [a]; qui etiam ipsis praesentibus divina celebravit, et mortuum tradidit sepulturae, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et quadraginta diebus extra stallum abbatis, et sequenti Capitulo se praesentet veniam super [b] hoc petiturus. Abbas de Spina [c] [6] hoc ei denuntiet. **10**

Praecipitur iterum abbatibus Caroliloci [7] et de Beubec [a] [8], auctoritate Capituli generalis, ut querelam abbatis Mortuimaris [9] contra abbatem Vallis S.-Mariae [10], infra sequens Capitulum satagant terminare, quibus ad praesens [b] parcitur propter eius evidentem infirmitatem. **11**

---

[e] *brevius apud* L^1 : Sententia interdicti lata a Capitulo generali contra abbatem et conventum Clari loci, qui non reddiderunt corpus ducis Lotharingiae abbati et conventui de Turreburna, confirmatur.

8 : JL^1P^1. [a] ut intra sequens : *J*.

9 : JP^1. [a] Abbas Zuetelae : *J*. [b] Plas : *J*. [c] Vellegrat : *J*. [d] veniam de hoc : *J*. [e] Valrebach : *J*.

10 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] renuit : *J*. [b] de hoc : *J*. [c] Abbas Spinae : *J*.

11 : JP^1. [a] Beaubec : *J*. [b] modo parcitur ob evidentem : *J*.

---

[1] Zwettl, Claravallis Austriae, in dioec. S. Hippolyti. *OC.* 54.
[2] Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragensi. *OC.* 82.
[3] Welehrad, in dioec. Olomusensi. *OC.* 211.
[4] Walderbach, in Bavaria, dioec. Ratisbonensi. *OC.* 78.
[5] Valbuena, in Veteri-Castella, dioec. Palentina. *OC.* 71.
[6] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC.* 108.
[7] Châlis, in dioec. Bellovacensi. *OC.* 44.
[8] Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC.* 96.
[9] Mortemer, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC.* 48.
[10] N. D. du Val, in dioec. Versaliensi. *OC.* 42.

12 Praecipitur abbati de [a] Claustro [1] ut adeat Dominum Treverensem [2], et ex parte Capituli generalis roget et supplicet ut partes suas interponat in causa Willermi [b] de Helpestinh contra abbatem Vallis S.-Petri [3], qualiter [c] pace vel iudicio terminetur.

13 Abbas de Mera [a] [4] in Galetia qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, extra stallum abbatis sit et omni sexta feria in pane et aqua donec Cistercio se praesentet, et in sequenti Capitulo generali veniam inde petat. Abbas de[b] Carrezeto [5] hoc ei denuntiet.

14 Similem sententiam sustineat abbas de[a] Cara-Insula [6] in Dacia qui non venit ad Capitulum cum venire deberet. Hoc ei denuntiet abbas de [b] Insula-Dei [7].

15 Abbas Novae vallis [8] in Suecia et abbas de [a] Clariana [9] et abbas S.-Angeli[10] in Calabria qui non venerunt ad Capitulum cum venire deberent, similem sententiam sortiantur. Abbas de [b] Alvastro[11] abbati Novae vallis et abbati de [c] Clariana denuntiet abbas de [d] Cadunio[12], et abbati Sancti-Angeli denuntiet abbas de [e] Nugaria [13].

16 Abbates de Casamarii[a] [14] et de Fossa nova[15] qui non renun-

---

12 : *JP*[1]. [a] abbati Claustri : *J*. [b] Guillelmi de Helpesting : *J*. [c] ut : *J*.

13 : *JP*[1]. [a] Abbas Merae : *J*. [b] Abbas Carreseti : *J*.

14 : *JP*[1]. [a] Abbas Carae insulae : *J*. [b] abbas Insulae-Dei : *J*.

15 : *JP*[1]. [a] abbas Clarianae : *J*. [b] Abbas Alvastri : *J*. [c] Clarianae : *J*. [d] Cadunii : *J*. [e] Nogariae : *J*.

16 : *JP*[1]. [a] Casaemaris : *J*.

---

[1] Claustrum Novum, i. e. Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.

[2] Theodericus de Wied, arch. Trev. 1212-1242. *SE*. 318 ; *HC*. I, 495.

[3] Seu Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC*. 189.

[4] Meyra, Meira, in Gallecia, dioec. Lucensi. *OC*. 73.

[5] Carracetum, Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[6] Seu Oem, in Jutia septentrionali, dioec. Arusiensi. *OC*. 154.

[7] Seu Holm, in Dania, dioec. Ottiniensi. *OC*. 166.

[8] Nydala, in Suecia, dioec. Lincopensi. *OC*. 74.

[9] Clariana, du Jau, in dioec. Perpiniancensi. *OC*. 147.

[10] S. Angelus in Fringillis, in Calabria ulteriore, dioec. S. Severinae. *OC*. 224. sed Janauschek huius abbatiae aggregationem Ord. cister. ad annum 1220 refert, perperam, ut videtur.

[11] In Suecia, dioec. Lincopensi. *OC*. 73.

[12] Caduinum, Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC*. 7.

[13] Nucaria, La Nuara, in Sicilia, dioec. Messanensi. *OC*. 164.

[14] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.

[15] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.

tiaverunt Capitulo generali quid actum sit de querela abbatis S.-Stephani de Bosco [1] contra abbatem Sambucinae [2] quae [b] necdum terminata est, ut dicitur, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et iterum eisdem committitur querela praedicta quam compositione vel iudicio studeant terminare, et sequens Capitulum certificent de eadem. Abbas de [c] Coratio [3] hoc eis denuntiet.

Abbati de Ponte [4] ut sit in Ordine quinquaginta annorum, 17
conceditur a Capitulo generali.

Quoniam auditum est mulieres intrare in [a] abbatiam Belli 18
loci [5], abbate prohibente, committitur abbatibus Albae ripae [6] et Longivadi [7] ut re diligenter inquisita quos culpabiles invenerint, districte punire non omittant. Pecunia vero ad altaria oblata per manus eorum in usus pauperum erogetur.

Iniungitur abbatibus de [a] Colomba [8], de Casamarii [b] [9] et de 19
Fossa nova[10] ut die condicta personaliter [c] accedant ad Summum Pontificem, supplicantes humiliter et devote, ex parte Capituli generalis, ut liceat nobis absolvere fratres nostros, si forte miserint manus violentes in clericos saeculares, et de iis [d], quod absit, qui scienter [e] celebraverint excommunicati, dispensare ubi noverimus expedire.

Praecipitur abbati de [a] Montepetroso [11] et de Domo Dei[12] ut 20

---

[b] etiam : *J*. [c] Coratii : *J*.
17 : *JP*¹.
18 : *JP*¹. [a] intrare abbatiam : *J*.
19 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] abbatibus Colombae, Casaemaris et Fossae novae : *J*. [b] Casermarii : *M*. [c] pluraliter : *J*. [d] his : *L*²*MP*¹⁰ ; hiis : *J*. [e] quod absit : *J*.
20 : *JP*¹. [a] abbati Montispetrosi et Domus Dei : *J*.

---

[1] In Calabria, dioec. Squillacensi. *OC*. 123.
[2] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.
[3] Curatium, Corazzo, in Calabria, dioec. Marturanensi. *OC*. 168.
[4] Pons Trebiae, seu Quartazzola, in dioec. Placentina, hoc anno Ord. cister. ingressa. *OC*. 221.
[5] Beaulieu-en-Bassigny, in dioec. Lingonensi. *OC*. 160.
[6] Auberive, in dioec. Lingonensi. *OC*. 44.
[7] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.
[8] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.
[9] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.
[10] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[11] Montpeyroux, in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC*. 13.
[12] Domus Dei super Carum, al. Niger-Lacus, in dioec. Bituricensi. *OC*. 43.

ad domum Bellae aquae [1] quae dicitur annuari [b] personaliter accedant, et auctoritate Capituli generalis ordinent et disponant omnia [c], tam de possessionibus quam de personis, ne domus praedicta Dei servitio in posterum defraudetur.

21 Absentia abbatis de [a] Wallia et de Abercon [b] [2] propter infirmitatem excusatur, sed sequenti Capitulo se praesentet. Abbas de Cunis [3] hoc ei denuntiet.

22 Abbas de [a] Ardunello [4] qui non venit ad Capitulum cum venire deberet, ad preces Comitis Montisfortis excusatur.

23 Institutum est [a] a Capitulo generali ut in domo de [b] Alba ripa [5] a [c] die Nativitatis B. Mariae in conventu pisces non administrentur alicui, donec [d] post reditum Capituli generalis in Claramvallem [e].

24 De domo Sancti-Petri [a] de Aquilis [6] in Hispania quae ad nimiam dicitur devenisse paupertatem, commissum est abbati Claraevallis ut de ea disponat prout utilitati et honestati Ordinis et domus viderit expedire.

25 De domo Castaneolae [a] [7] et de abbatia de [b] Cliente [8] in quibus ut dicitur, lana venditur ut panni delicati comparentur, committitur abbatibus de [c] Locedio [9] et de Caravalle [10], sequenti Capitulo quid actum sit procurent renuntiare.

---

[b] annulari, pluraliter : *J*. [c] omnia : *deest J*.

21 : *JP*[1]. [a] abbatis Valliae : *J*. [b] Aberconensis : *J*.

22 : *JP*[1]. [a] Abbas Ardunelli : *J*.

23 : *JP*[1]*P*[4]*T*[4]. [a] Constituitur : *P*[4]*T*[4]. [b] domo Albae Ripae : *JT*[4]. [c] a nativitate beate Virginis pisces non administrentur : *P*[4]. [b] usque ad reditum a Capitulo generali : *JP*[4]*T*[4]. [e] *P*[4]*T*[4] *add.* : Similiter apud Longum vadum et grangiam Fonteneti, videlicet Florini [Storni : *P*[4]], praecipitur ne tempore Capituli generalis pisces amodo comedantur nisi fuerit dies precipui [precipuus : *P*[4]] ieieunii.

24 : *JP*[1]. [a] Sancti-Petri-Aquilarum : *J*.

25 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Castagneolae : *J*. [b] abbatia Clientis : *J*. [c] abbatibus Locedii et Caraevallis qui : *J*.

---

[1] Bellaigue, in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC*. 47.

[2] Leg. de Abercon in Wallia, Aberconwey, in Norwallia, dioec. Bangorensi. *OC*. 186.

[3] Seu Cunnir, Cumhir, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 74.

[4] Ardorellum, in Languedocio, dioec. Albiensi. *OC*. 108.

[5] Auberive, in dioec. Lingonensi. *OC*. 44.

[6] S. Pedros das Aguias, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 159.

[7] S. M. de Castaneola, in marchia Anconitana, dioec. Senogalliensi. *OC*. 91.

[8] Cliens, in Piceno, dioec. Camerinensi. *OC*. 66.

[9] In Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC*. 11.

[10] Chiaravalle, prope Mediolanum. *OC*. 39.

Festum S. Martialis in dioecesi Lemovicensi eodem die et 26
uniformiter celebretur sicut in ecclesia matrice.

De abbate Clarifontis [1] qui negavit se carnes ministrasse in 27
infirmitorio monachis nigris et de quo alia referuntur, committitur abbati Morimundi.

Illorum nomina qui perpetuas eleemosynas generali Capitulo 28
assignaverunt inter [a] illos conscribantur pro quibus die ultimo orationes statuuntur.

Abbas Sancti-Prudentii [2] qui non denuntiavit abbati de [a] 29
Buxeto [3] mandatum generalis Capituli, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et quid super hoc factum fuerit, in sequenti Capitulo denuntiare procuret. Abbas de [b] Carrazeto [4] hoc illi denuntiet.

Abbas de Accubatia [a] [5] qui non renuntiavit Capitulo generali 30
quid fecerit de abbate Seiciae [b] [6] tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua ; et sequenti Capitulo quid super hoc [c] factum fuerit insinuare procuret. Abbas de [d] Spina [7] hoc ei denuntiet.

Abbates Mansiadae [8] et de [a] Aqua bella [9] qui cum recepissent 31
iudices delegatos a Capitulo generali et eorum praetermittentes iudicium in [b] personam quae non est de Ordine [c], et promiserunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et ad praedictos [d] recurrant iudices qui causam pace terminent [e] vel iudicio, quod de cetero non redeat ad Capitulum ;

---

26 : *JL¹P¹*.
27 : *JL¹P¹*.
28 : *C¹JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] inter familiares conscribantur : *sic terminatur apud C¹*.
29 : *JP¹*. [a] abbati Doxeti : *J*. [b] Abbas Carraseti : *J*.
30 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] Alcobatiae : *J* ; Alcubatia : *L²* ; Alcobatia : *M*. [b] Ceiciae : *J*. [c] super hoc : *deest M*. [d] Abbas Spinae : *J*.
31 : *JP¹*. [a] et Aquae bellae : *J*. [b] ad : *J*. [c] recurrerunt et : *J*. [d] praefatos : *J*. [e] terminent et de cetero illa non redeat : *J*.

---

[1] Clairefontaine, in dioec. Bisuntina. *OC*. 24.
[2] In Veteri-Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.
[3] Buxetum, Bugedo, in Veteri Castella, dioec. Burgensi. *OC*. 167.
[4] Carracetum, Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[5] Alcobatia, in Lusitania, dioec. Ulisiponensi. *OC*. 110.
[6] Ceica, in Lusitania, dioec. Conimbriensi. *OC*. 199.
[7] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[8] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9.
[9] Aiguebelle, in dioec. Valentina, in Delphinatu. *OC*. 45.

duobus tamen iudicibus addatur tertius nempe abbas Cassaneae [f] [1].

32 Praecipitur abbati Claraevallis ut in domo Mellifontis [2] in qua multa enormia succrevisse dicuntur, quae corrigenda invenerit tam in capite quam in membris sic emendet quatenus [a] tot et tantarum enormitatum querelae ad Capitulum generale de [b] cetero non perveniant. Similiter et [c] de ceteris domibus Hiberniae et Scotiae patres abbates studeant providere [3].

33 Abbatibus episcopatus Andegavensis conceditur ut faciant festum S. Mauritii, ita tamen ut conventus laboret.

34 Committitur abbatibus de Straford [4] et de Crokedena [a] [5] ut pro loco et tempore conveniant haeredes Gaufridi filii Petri quondam Iusticiarii Angliae, super 100 libras sterlingorum [b] quas praedictus Gaufridus [c] Capitulo legavit generali, et quid super hoc factum fuerit, in sequenti Capitulo denuntient.

35 Abbas de [a] Monte Ramorum [6] qui nec anno praeterito nec in praesenti venit ad Capitulum cum venire deberet, de quo etiam dicitur quod assidue moratur in infirmitorio et quaedam alia de eo dicuntur, in sequenti Capitulo omni occasione remota veniat Cistercium veniam super [b] hoc petiturus. Interim vero sit extra stallum abbatis et qualibet [c] sexta feria in pane et aqua donec Cistercio se praesentet ; alioquin sciat se depositum. Abbas Saltus Novalis [7] hoc ei denuntiet.

36 Abbas de Bebenhuse [8] in Suevia qui hoc anno non venit ad

---

[f] P^1 *perp. add.* : loco abbatis sit de Altacumba et abbas de Benedictione Dei.

32 : JL^1P^1. [a] ut : *J*. [b] deinceps : *J*. [c] etiam : *J*.

33 : JL^1P^1. [a] conceditur facere : *J*.

34 : JP^1. [a] Krokedena : *J*. [b] stellingorum quos : *J*. [c] Goffridus : *J*.

35 : JL^1P^1. [a] Abbas Montis-Ramorum : *J*. [b] de : *J*. [c] omni : *J*.

36 : JP^1.

---

[1] Cassania, N. D. de la Chassagne, in dioec. Bellicensi. *OC*. 147.

[2] In Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.

[3] Cf. *Acta cisterciensia* public. a F. Cognasso apud *Röm. Quartalschrift*. t. XXVI (1912).

[4] Stratford Langthorne, in dioec. Londoniensi. *OC*. 102.

[5] Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 176.

[6] S. Maria de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.

[7] Sandoval, in regno et dioec. Oegionensi. *OC*. 161.

[8] Bebenhusa, Bebenhausen, in reg. Wirtembergico, antq. dioec. Constantiensi. *OC*. 191.

Capitulum cum venire deberet, sit extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua, donec Cistercio se praesentet veniam super [a] hoc petiturus, et de monachis qui ei expensam denegasse dicuntur, sit in patris abbatis arbitrio. Abbas [b] autem pater hoc ei denuntiet.

Abbates de [a] Benedictione-Dei [1] et de Periniaco [2] in Gasconia 37
qui hoc anno non venerunt ad Capitulum cum venire deberent, sint extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua donec Cistercio se praesentent veniam super [b] hoc petituri in sequenti Capitulo. Abbas de [c] Cadonio [3] hoc eis denuntiet.

Praecipitur abbati de Bildewas [a] [4] ut inquirat de abbatibus 38
de [b] Hibernia qui eorum deberent venire hoc anno ad Capitulum et [c] non venerunt et iniungat eis ut sint extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua [e], donec Cistercio se praesentent et in sequenti Capitulo super hoc veniam petant [f]. Abbas de Cumermare [g] [5] hoc eis denuntiet.

Idem committitur abbati de Rivaus [a] [6] de abbatibus Scotiae. 39
Abbas de Furnaus [7] hoc illi [b] denuntiet. Uterque [c] eorum id est de Cumermare [d] et de Furnaus [e] quid super hoc fecerint sequenti Capitulo denuntiare procurent.

Abbas de Morolorna [a] [8] in Hispaniis qui hoc anno non venit ad 40
Capitulum cum venire deberet, nec recipere voluit duos monachos ab abbate de [b] Carrazeto [9] missos, sit extra stallum abbatis et omni sexta feria sit in pane et aqua donec Cistercio se prae-

---

[a] de : *J*. [b] ipse et pater : *P*[1].

37 : *JP*[1]. [a] Abbas Benedictionis-Dei et Perigniaci : *J*. [b] de : *J*. [c] Abbas Caduini : *J*.

38 : *JP*[1]. [a] Bildevas : *J*. [b] abbatibus Hiberniae qui eorum debuerint : *J*. [c] nec : *J*. [b] esse : *J*. [e] ieiunare : *J*. [f] petituri : *J*. [g] Combremare : *J*.

39 : *JP*[1]. [a] Rinaus : *J*. [b] ei : *J*. [c] vero : *J*. [d] Combremare : *J*. [e] Furnais : *J*.

40 : *JP*[1]. [a] Morelorna : *J*. [b] abbate Carreseti : *J*.

---

[1] Bénissons-Dieu, in Vasconia, dioec. Convenensi. *OC*. 184.
[2] Payriniacum, in Guiennia, dioec. Agennensi. *OC*. 130.
[3] Caduinum, Cadouin, in dioec. Petrocoricensi. *OC*. 7.
[4] In dioec. Cestriensi in Anglia. *OC*. 102.
[5] Seu Cumbermera, in dioec. Conventrensi in Anglia. *OC*. 100.
[6] Rievallis, Rievaulx, in dioec. Eboracensi. *OC*. 22.
[7] Furness-Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 97.
[8] Morerola, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.
[9] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

sentet et in sequenti Capitulo veniat reponsurus et veniam super [c] hoc petiturus. Abbas de [d] Spina [1] hoc illi denuntiet et quid super [e] hoc fecerit in sequenti Capitulo insinuare [f] procuret.

41 De abbatissa Bituminis [2] quae ad mandatum Capituli generali noluit reddere corpus comitissae, committitur abbatibus de Alta cumba [a] [3] et Bonae vallis [4] qui et [b] corpus infra terminum competentem reddi faciant et excessum digne corrigere satagant, et quid super hoc fecerint [c] in sequenti Capitulo denuntient.

42 Conceditur abbati de Karz [a] [5] cuius abbatia multum distat ab aliis abbatiis Hungariae ut tribus annis remaneat et quarto [c] veniat ad Capitulum.

43 Auctoritate Capituli generalis praecipitur Magistro [a] de Calatrava [6] ut infra Pentecosten, omni occasione remota, satisfaciat vicecomiti de Fronsac [b], de quodam equo a quodam milite sibi ut dicitur legato, ita ut praedictus vicecomes de cetero propter praedictum equum Ordinem non vexet vel [c] impediat. Si [d] vero Ordo propter praefatam causam aliquam iacturam incurrerit, a praedicto Magistro restituetur. Abbas Sancti-Petri de Gummer [e] [7] hoc ei denuntiet et tam litteras Capituli generalis quam [f] Morimundensis ad eum deferat, et quid super hoc factum fuerit, sequenti Capitulo diligenter insinuet.

44 Abbates de [a] Alba [8] et de Caesaria [9] qui hoc anno venire debuerunt ad Capitulum et non venerunt, ad petitionem Regis Frederici qui eos ad [b] praesens ad curiam destinavit romanam, excusantur.

45 Imagines et cruces sculptae quae dicuntur esse in domo Sancti-

---

[c] de : *J.* [d] Abbas Spinae : *J.* [e] super hoc : *deest J.* [f] insinuet : *J.*
41 : *JP*¹. [a] Altae cumbae : *J.* [b] et : *deest J.* [c] egerint : *J.*
42 : *JP*¹. [a] Cara : *J.* [b] Hungariae abbatiis : *J.* [c] quarto quovis : *J.*
43 : *JL*¹*P*¹. [a] militiae Calatravae : *J.* [b] Franersac : *P*¹. [c] aut : *J.* [d] Nam si Ordo ob : *J.* [e] Gommer : *J.* [f] abbatis : *J.*
44 : *JP*¹. [a] Abbates Albae et Caesariae : *J.* [b] modo : *J.*
45 : *JL*¹*P*¹.

---

1 Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC.* 108.
2 Le Beton, abbatia cist. in dioec. Maurianensi. *TB.* I, 387.
3 Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberiensi. *OC.* 34.
4 Bonnevaux, in Delphinatu dioec. Viennensi. *OC.* 7.
5 B. M. V. de Kerz, in Transsilvania. *OC.* 208.
6 Ordo militaris in Ord. cistêr. natus. *TB.* I, 547.
7 S. Pedro de Gumiel, in Veteri Castella, dioec. Oxomiensi. *OC.* 198.
8 Alba-Dominorum, Herrenalb, in dioec. Spirensi. *OC.* 92.
9 Kaisersheim, in Bavaria, dioec. Augustana. *OC.* 32.

Prudentii [1], infra Natale Domini amoveantur ; sin autem abbas et prior et cellerarius et sacrista sint omni sexta feria in pane et aqua. Abbas de [a] Carrazeto [2] hoc eis denuntiet.

Praecipitur auctoritate Capituli generalis ut controversia de marisco quodam aliquandiu ventilata inter abbatem [a] Sancti-Leonardi [3] et abbatem Bonaevallis [4] ita sopiatur ut domus Bonaevallis in eadem maneat possessione in qua fuit in die in qua ad Ordinem est conversa, et auctoritate eiusdem Capituli ei in perpetuum confirmatur. 46

De abbatiis [a] quae sunt in Graecia et in partibus transmarinis visitandis et earumdem abbatibus creandis [b], ita statuit Capitulum ut abbas qui ob has causas in partes illas perrexerit, si ad Capitulum venire non poterit [c], sequenti Capitulo [d] veniam petat. 47

Abbas Sancti Andreae [5] qui hoc anno propter infirmitatem ad Capitulum venire non potuit, sequenti anno, omni occasione remota, veniat super [a] hoc veniam petiturus. Abbas de [b] Spina [6] hoc ei nuntiet. 48

Abbates Graeciae [a] anno [b] quarto veniant ad Capitulum. Abbates [c] vero de Syria et de Palestina, quinto. 49

Praecipitur ut domus Sancti-Vincentii [7] in territorio Astoricensi [a] quae tantae paupertatis est, ut dicitur [b], quod vix ad sustentationem duorum monachorum sufficiat, in grangiam redigatur. 50

---

[a] Abbas Carreseti : *J*.

46 : *JP*[1]. [a] abbates St-Leonardi et Bonaevallis : *J*.

47 : *JL*[1]*P*[1]*P*[4]*T*[4]. [a] abbatiis Greciae et partium transmarinarum : *J*. [b] procreandis : *P*[4]*T*[4]. [c] potuerit : *J*. [d] inde : *P*[4]*T*[4].

48 : *JP*[1]. [a] de hoc : *J*. [b] Abbas Spinae : *J*.

49 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[4]*P*[10]*T*[4]. [a] de Grecia : *T*[4]. [b] quoque quarto : *J*. [c] Syriae vero et Palestinae : *J*.

50 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Asturicenci sita : *J*. [b] dicitur esse ut vix sustentare duos monachos valeat : *J*.

---

[1] In Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.

[2] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[3] In dioec. Rupellensi. *OC*. 156.

[4] In dioec. Pictaviensi. *OC*. 13.

[5] S. Andreas de Palatiolis, seu S. M. de Palazuelos, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 158.

[6] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.

[7] Ex hoc unico textu nota est ista domus, et cum in nulla reperiatur chronologia, paucis tantum vixit annis.

51 Abbas Bellae Branchae [1] qui dure se habuit et respondit in visitatione patris sui abbatis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

52 Retractatio de [a] definitionibus iterum Domino Cistercii et quatuor primis abbatibus committitur, qui discretis viris quos voluerint secum assumptis, usque ad sequens Capitulum corrigere [b] studeant quae viderint corrigenda.

53 Causam quae vertebatur inter domum de Stanleg [a] [2] et domum Belli loci [3] in Anglia, sicut terminata est a iudicibus a Capitulo generali delegatis, scilicet [b] de Wardona [4], de Voburna [5] et de Dora [6] abbatibus confirmamus, praecipientes ut sicut definitum firmiter teneatur [c]. Abbatibus vero de Kingeseude [d] [7] et de Brueria [8] districte praecipimus ut sententiam istam executioni demandent. Si quid autem dubietatis [e] emerserit, Domino Cisterciensi et abbati Claraevallis relinquatur [f], et quid super hoc factum fuerit, omni occasione remota, in sequenti Capitulo nuntiare procurent [g].

54 De abbate Belli loci [9] qui in multis dictis [a] et factis scitur offendisse, arbitrio Domini Cistercii committitur.

55 Querela Willermi [a] de Brukinkam contra abbatem de Woburn [b] [10], committitur abbatibus de Thama [c] [11] de Bordeleia [12] et de Mitea [13] in Anglia. Abbas de Brueria [14] hoc eis denuntiet.

---

51 : JP^1.
52 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] definitionum : *J*. [b] corrigant quae : *J*.
53 : JP^1. [a] Stanleiae et Belli loci : *J*. [b] nempe : *J*. [c] observetur : *J*. [d] Kingesuude : *J*. [e] dubietates emiserit : P^1. [f] relinquitur : P^1. [g] curent : *J*.
54 : JL^1P^1. [a] dictis : *deest* P^1.
55 : JP^1. [a] Willelmi : *J*. [b] Wburna... Thamae, Bordeleiae et Mirae... Abbas Brueriae : *J*.

---

[1] Bellebranche, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 132.
[2] Stanlegia, Stanley, in Anglia, dioec. Sarensi. *OC*. 125.
[3] Beaulieu-Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.
[4] Wardon, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 43.
[5] Woburn, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 83.
[6] Dore, in dioec. Herefordiensi. *OC*. 92.
[7] Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestriensi. *OC*. 58.
[8] Bruernia, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 95.
[9] Tunc temporis tria erant monasteria huius nominis, in dioec. Lingonensi Ruthenensi, Wintoniensi ; de quo istorum hic agatur, non apparet.
[10] In dioec. Lincolniensi. *OC*. 83.
[11] Tama, Tama, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 46.
[12] Bordesley, in dioec. Wigorniensi. *OC*. 53.
[13] i. e. Mira vallis, Mereval, in dioec. Wigorniensi in Anglia. *OC*. 114.
[14] Bruernia, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 95.

Querela abbatis de Alwastro [a] [1] contra monachos et conversos suos qui eum ad portam eduxerunt violenter, et [b] ei sigillum abstulerunt, committitur abbati Claraevallis qui, auctoritate Capituli generalis, per se vel per vicinos abbates digne [d] corrigat et emendet ; sed et de abbate de [e] Saba [2] committitur eidem, qui conversum suspectum contra patrem abbatem dicitur ad Claramvallem misisse cum sigillo patris abbatis et conspiratoribus consensisse. 56

Querela abbatum de [a] Clarofonte [3] et de Caroloco [4] committitur abbatibus de Claravalle et de Morimundo, auctoritate Capituli generalis terminanda. 57

Querela monialium de Moleisa [a] [5] contra abbatem de [b] Maceriis [6] committitur abbatibus de [c] Fonteneto [7], de Bruxeria [8] et de Balerna [9] qui personaliter [d] ad locum de quo questio fit accedentes, auctoritate Capituli generalis ordinare satagant prout viderint honestati et utilitati utriusque partis expedire. 58

Querela abbatis [a] de Ripa alta [10] super quadam grangia contra abbatem Locedii [11], committitur abbatibus [b] de Colomba [12], de Coronato [13] et de Sancti-Andrea [14] auctoritate Capituli generalis terminanda. 59

---

56 : *JP*¹. [a] Alvastri : *J*. [b] eique : *J*. [c] seu : *J*. [d] illud factum : *J*. [e] abbate Sabae : *J*.

57 : *JP*¹. [a] abbatum Clarifontis et Cariloci ... Claraevallis et Morimundi : *J*.

58 : *JP*¹. [a] Maleisa : *J*. [b] abbatem Maceriarum ... abbatibus Fonteneti, Bruxeriae et Balernae : *J*. [c] pluraliter : *J*.

59 : *JP*¹. [a] Ripae altae : *J*. [b] abbatibus Colombae, Coronati et Sancti-Andreae : *J*.

---

[1] Alvastra, in Suecia, dioec. Lincopensi. *OC*. 73.
[2] Saba, seu Juleta, in Suecia, dioec. Strengnensi. *OC*. 144.
[3] In dioec. Bisuntina. *OC*. 24.
[4] Cherlieu, in dioec. Bisuntina. *OC*. 19.
[5] Molèze. Parthenon Cist. in dioec. Cabilonensi. *GC*. IV, 1035.
[6] Mazières, in dioec. Divionensi. *OC*. 26.
[7] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.
[8] La Bussière, in dioec. Divionensi. *OC*. 19.
[9] In dioec. S. Claudii. *OC*. 41.
[10] In Pedemontio, dioec. Derthonensi. *OC*. 180.
[11] In Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC*. 11.
[12] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.
[13] Morimondo Coronato, prope Mediolanum. *OC*. 33.
[14] S. Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Januensi. *OC*. 22.

60 Querela abbatum Mansiadae [1], Bonaevallis [2] et Bonaecumbae [3] Rutenensium, committitur abbatibus [a] de Bullio [4], et de Grandi silva [5], et de Obazina [6], qui causam diligenter inquirant et cognita digne corrigant et emendent in monachis et conversis. Culpam vero abbatum, si quam invenerint, ad Capitulum referant generale.

61 Pro querela comitis Montisfortis [7] mittantur in [a] instanti ad Dominum Narbonensem [8] duo de discretioribus abbates, qui ex parte Capituli generalis ipsum rogent et efficaciter inducant [b] ut pax reformetur inter eos, cum comes praedictus promiserit se libentissime iudicio vel arbitrio Ordinis stare, seu aliorum [c] virorum bonorum.

62 Querela quae vertitur inter abbatem [a] de Alcresta [9] et monachos de Tela [10], committitur abbatibus de Altacumba [11] et de Roseriis [12] et de Altaripa [13].

63 Querela abbatis de Karrazeto [a] [14] quam habet adversus abbatem Claraevallis pro domo de [b] Monte Ramorum [15], committitur abbatibus de Sacramoenia [16] et de Orta [17] et Sancto-Prudentio [18]

---

60 : *JP*¹. [a] abbatibus Bullii, Grandis silvae et Obazinae : *J*.

61 : *JP*¹. [a] statim : *J*. [b] ad pacis utruisque reformationem praesertim vero cum comes... : *J*. [c] proborum aquieturum : *J*.

62 : *JP*¹. [a] abbatem Alcrestae... Telae... Altaecumbae... Altae ripae : *J*.

63 : *JL*¹*P*¹. [a] Carreseti : *J*. [b] domo Montis ramorum,... Sacramoeniae, Hortae et Sancti-Prudentii ... Ursariae : *J*.

---

[1] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9.

[2] Bonneval, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 144.

[3] Bonnecombe, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 155.

[4] Sive Bulium in dioec. Lemovicensi, sive Bullio in dioec. Bisuntina. *OC*. 148, 110.

[5] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana *OC*. 81.

[6] In dioec. Tutelensi. *OC*. 106.

[7] Simon comes, 1150-1218.

[8] Arnaldus Amauri, antea Cistercii abbas, archiep. Narb. 1212-1225, *SE*. 583; *HC*. I, 356.

[9] Hautcrêt, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 71.

[10] Seu Montheron, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 34.

[11] Hautecombe, ad lacum Burgeti, in dioec. Camberiensi. *OC*. 34.

[12] Rozières, in dioec. S. Claudii. *OC*. 26.

[13] Hauterive, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 50.

[14] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[15] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.

[16] In Veteri Castella, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.

[17] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.

[18] In Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.

qui cum abbate de Ursaria [1] et cum iudicibus [c] iisdem in causa ista datis [d], ab eis iam pridem susceptas si quas habent accipiant, diligenter inquirentes quid de eis factum sit. Si non inveniatur, et auditis allegationibus et testibus [e] iam [f] receptis, et inspectis instrumentis utriusque partis, causam sufficienter instructam, et attestationes tam novas quam antiquas sub sigillis suis inclusas necnon et instrumenta remittere studeant ad audientiam Capituli generalis [g].

Petitio de dispensando cum furibus redeuntibus et ablata restituentibus differtur. Similiter et [a] petitio de suscipiendis mortuis [b] ad sepulturam differtur. **64**

Petitio abbatis Clari campi [2] de abbatia [3] nigri Ordinis incorporanda Ordini nostro, committitur abbatibus Sancti-Bernardi [4] et Vallis-Sancti-Petri [5] qui accedentes ad locum, diligenter inquirant utrum locus sit competens, possessiones sufficientes [a] et pacificae, si abbas et monachi loci illius consentiunt [b], si episcopus loci assensum praebuit [c] et si haec omnia ita se habeant, liceat praedicto [d] abbati eam recipere et Ordini incorporare [e], et nihilominus [f] quod super hoc factum fuerit in sequenti Capitulo denuntient. **65**

Petitio illa [a] de terris nostris dandis colonis saecularibus, et de societate habenda cum [b] saecularibus de animalibus nutriendis, differtur usque ad sequens Capitulum. **66**

Petitio Domini Cistercii de domibus alterius Ordinis sub cura sua recipiendis hoc anno admittitur praeterquam de domo Pi- **67**

---

[c] olim : *J.* [d] attestationes iam pridem ab eisdem susceptas : *J.* [e] testibusque : *J.* [f] quam : *P*1. [g] *Brevius apud L*1 : Querela inter abbatem Claraevallis et abbatem de Carraceto propter abbatiam de Monte Ramorum remittitur cum omnibus instrumentis ad audientiam Capituli generalis.

64 : *JL*1*L*2*MP*1*P*10. [a] etiam : *J.* [b] de suscipiendo mortuos : *L*2*MP*1*P*10.

65 : *JL*2*MP*1*P*10*W.* [a] habent pacificas, an abbas : *J.* [b] consentiant : *M.* [c] praebuerit : *JP*1. [d] praedictis abbatibus : *MW.* [e] corporare : *L*2*P*1*P*10. [f] et tamen quid : *J.*

66 : *JL*1*P*1. [a] illa : *deest J.* [b] cum illis pro : *J.*

67 : *JL*1*L*2*MP*1*P*10.

---

[1] Seu Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC.* 63.

[2] Klaarcamp, in Frisia, dioec. Leovardiensi. *OC.* 154.

[3] Putat Winter hic agi de abbatia Schola-Dei vocata, seu Ihlo ; sed refutat Janauschek. *OC.* 231.

[4] Sanctus-Bernardus in Adwert, in Frisia, dioec. Monasteriensi. *OC.* 194.

[5] Seu Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC.* 189.

rario [a] [1] quae ad [b] praesens differtur, quia, ut dicitur, res est litigiosa.

68 Petitio abbatis [a] de Sconaugia [2] de construenda abbatia in Apulia, committitur abbatibus Casemarii [b] [3] et de Fossa nova [4] qui rem diligenter inquirant, et considerent utrum [c] locus idoneus et possessiones sufficientes [d] et pacificae, si [e] consentiat episcopus, et per litteras suas in sequenti Capitulo quod viderint manifestent. Abbas [f] de Casa nova [5] hoc eis denuntiet.

69 Petitio abbatis de Casa nova [a] de incorporanda abbatia nostro Ordini committitur abbatibus Sanctae Mariae de Arrobona [b] [6] et Sanctae-Mariae de Priscina [c] [7] qui locum et possessiones et [d] alia necessaria diligenter inspiciant et sequenti Capitulo quod viderint satagant nuntiare.

70 Petitio Domini Hostiensis [8] de quadam domo quae Ordini nostro incorporanda est, exauditur [a].

71 Petitio abbatum de Sicilia [a] non exauditur.

72 Petitio comitis Stephani Burgundiae de abbatia construenda committitur abbati Claraevallis.

73 Abbati [a] tamen de Sancto-Spiritu [b] [9] ad suggestionem domini archiepiscopi Cusantini [c] [10] indultum est tempore Concilii a Do-

---

[a] Pirarii : *J*. [b] modo differtur eo quod ... esse : *J*.
68 : *JP*¹. [a] Sconaugiae : *J*. [b] Casemaris et Fossae novae : *J*. [c] an : *J*. [d] sufficientes adsint possessiones : *J*. [e] an : *J*. [f] Abbas Casae novae : *J*.
69 : *JP*¹. [a] Casae novae : *J*. [b] Arrabona : *J*. [c] Priscinae : *J*. [d] ac : *J*.
70 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] admittitur et exauditur : *J*.
71 : *JL¹P¹*. [a] Siciliae : *J*.
72 : *JL²MP¹P¹⁰*.
73 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] *Videtur haec definitio esse partem secundam statuti* 71. [b] Abbati Sancti-Spiritus : *J*. [c] Crisantini : *L²*.

---

[1] Huius monasterii nullibi invenitur alia mentio quam praesens textus. *OC*. LXV.
[2] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.
[3] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.
[4] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[5] In Aprutio ulteriori, dioec. Pennensi. *OC*. 199.
[6] Ara-Bona, S. M. de Rabona, in Aprutio Citeriore, dioec. Theatina. *OC*. 215.
[7] Haec formula aliquando adhibetur pro *Persenia*, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 84 ; sed in Italia nullum huius nominis monasterium extitisse videtur.
[8] Ugolinus de Anagni, 1206-1227, postea Papa, Gregorius IX. *SE*. V; *HC*. I, 35.
[9] In Sicilia, dioec. Panormitana. *OC*. 165.
[10] Lucas, antea Sambucinae abbas Ord. Cist. ; Cusent. archiep. 1203-1224. *SE*. 878; *HC*. I, 220.

mino abbate Cistercii, abbatibus Pontiniaci, Claraevallis et Morimundi, eo quod domus eius [d] a Sarracenis nimis oppressa fuit [e], et exinanita fere usque ad desolationem extremam, ne usque ad quinquennium veniat ad Capitulum generale.

Tempore tonsionis, post primam missas celebrentur in locis 74
ubi monachi tondere consueverunt.

1217

Auctoritate [a] Capituli generalis statuitur ut quicumque[b] abbas, 1
monachus vel [c] conversus, praeter causas in Usibus allatas [d], post Completorium locutus fuerit, in crastino sit [e] in pane et aqua.

Firmiter inhibetur ne aliquis in [a] Ordine nostro post secundam 2
ablutionem [b], pro mortuo [c] vel aliquo [d] alio casu celebrare praesumat [e]. Quod autem in Usibus scriptum est corrigatur.

Mortui saeculares qui in coemeteriis nostris sepulturam sibi 3
eligunt, si de licentia sacerdotum suorum hoc faciant, recipiantur.

Quicumque officialis monachus vel conversus habens proventus 4
aliquos suo [a] officio assignatos non penes se retineat, sed custodi communium [b] depositorum custodiendos committat [c], et eos [d] de consensu proprii abbatis expendat. De [e] receptis vero et [f] expensis abbati suo vel cui ipse iusserit, in singulis computationibus [g] rationem reddat. Ipsis [h] etiam abbatibus modis omnibus inhibetur ne pro expensis suis [i] habeant proventus vel redditus specialiter assignatos, et [j] quamdiu hoc habuerint, quia species proprietatis est, ab officio altaris [k] se abstineant.

---

[d] ipsius : *J*. [e] fuerit : JL^2P^1M.

74 : $C^1P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210].

1 : $C^1JL^1P^1P^4T^4$. [a] Statuitur etiam auctoritate... : P^4T^4. [b] quicumque : *deest* C^1. [c] aut : *J*. [d] assignatas : C^1J. [e] sint : T^4.

2 : $C^1JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] de : L^2P^{10}. [b] absolutionem : $L^1L^2MP^{10}$. [c] pro aliquo mortuo : L^1. [d] aliquo casu : C^1 ; alio aliquo : P^4T^4. [e] *sic finitur* P^4.

3 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$.

4 : $C^1JL^1L^2MP^1P^4T^4$. [a] suo assignatos officio : $C^1P^4T^4$. [b] omnium : P^4T^4. [c] dimittat : C^1. [d] eos : *deest* P^4. [e] De vero : P^4. [f] vel : P^4T^4. [g] abbati vel cui iusserit [commiserit : P^4] ipse, reddat rationem : $C^1P^4T^4$. [h] Ipsis vero : L^2MP^{10}. [i] redditus habeant vel aliquos proventus : $C^1P^4T^4$. [j] qui autem habere presumpserit : C^1P^4. [k] abstineat : $C^1P^4T^4$.

5 Auctoritate [a] Capituli generalis statuitur ne servientes [b] saeculares [c], tempore Capituli generalis, in quatuor primas domos intrent [d]. Si vero [e] contigerit conversos abbatum venientium ad Capitulum in aliquibus quatuor domorum vel infra infirmari, abbas illius domus illi provideat de converso. Indulgetur etiam ipsis [f] conversis ut interim [g] in stabulis dormiant, et equos suos diligenter custodiant, et ad observationem ordinis interim absolvantur.

6 De pellibus et mantellis conversorum antiqua sententia [a] teneatur [b]. Trangressores [c] vero mantellis careant per annum, et vapulent in Capitulo et sex [d] sextis feriis sint in pane et aqua [e].

7 Quoniam [a] ex saecularium frequentia claustralium [b] perturbatur tranquillitas, statutum est ut ad claustri ostia [c] duae personae vicissim sedeant qui saeculares ingredi volentes [d], diligenter studeant amovere et ibidem [e] horas solvant canonicas, uno eorum absente, alius [f] in claustro remaneat [g], et interim a labore absolvantur [h].

8 Redditus et eleemosynae collatae ad faciendas [a] pitancias conventibus ad abbatis [b] arbitrium disponantur, et prior non se intromittat de eisdem [c], et monachi pitancias ex consuetudine non requirant. Monachus vero [d] vel conversus qui pitanciam [e] requisierit, uno die sit in pane et aqua et semel in capitulo verberetur.

9 Quoniam [a] detractionis malum omnem fere religionis virtutem [b] corrumpit, huic morbo cupientes adhibere remedium, statuimus et volumus firmiter observari, ut si quis frater alteri

---

5 : $C^1JL^1P^1$. [a] Vetatur auctoritate... : L^1. [b] servientes : *deest* C^1. [c] saeculares : *deest* L^1. [d] introeant : C^1. [e] Si vero... converso : *deest* L^1. [f] ipsis : *deest* C^1. [g] interim : *deest* C^1.

6 : $C^1JL^1P^1P^4T^4$. [a] sententia antiqua teneatur ut est in distinc. 14, cap. 15 : P^4. [b] supra distinctione 14 cap. XXV. T^4. [c] pellibus careant et mantellis : $C^1P^4T^4$. [d] septem : L^1. [e] P^4T^4 add. : Conversi hospites qui requisiti a refectorario ordinem suum nolunt dicere, sedeant ubi refectorarius voluerit et non apponatur eis nisi panis et aqua.

7 : $C^1JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] Item quia ex : C^1P^4. [b] tranquillitas claustralium perturbatur : P^4T^4. [c] ostium : P^4T^4. [d] cupientes : P^4T^4. [e] ibi solvant horas canonicas : P^4T^4. [f] alter : C^1. [g] sedeat : P^4. [h] absolvatur : $C^1L^1T^4$.

8 : $C^1JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$. [a] pitancias faciendas : P^4T^4. [b] abbatiam : *perp.* P^1. [c] iisdem : P^4. [d] vero : *deest* P^4T^4. [e] pitancias : P^4T^4.

9 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] P^4 *haec tantum* : De detractoribus et exprobratoribus fiat ut statuitur cap. 12 lib. I definitionum dist. 10. T^4 : De detractoribus et exprobratoribus. Quere distinctionem 10am cap. XII. [b] veritatem : L^1.

fratri detraxerit aut exprobraverit, si conversus fuerit super hoc comprobatus, sex diebus continuis in terra comedat pane et aqua, et uno tantum pulmento contentus. Si [d] monachus, sex diebus continuis in Capitulo vapulet, et per mensem ultimus omnium habeatur. Qui vero detrahentem vel exprobrantem audierit, si eum proclamare noluerit, donec eum proclamaverit, gradum altaris non ascendat. Qui vero ex consuetudine huic vitio inventus fuerit subiacere, eliminetur a domo propria non reversurus, nisi per Capitulum generale. Qui vero Superiori suo detraxerit vel exprobraverit, gravius puniatur secundum quod in gradum altiorem peccaverit [e]. Prior vero et subprior, quoniam de ipsis potissimum pendet vel pax vel pertubatio domus, si abbati suo detraxerint vel exprobraverint, vel contra eum detractionem receperint, eiiciantur de domo propria non reversuri, nisi per Capitulum [f] generale. Tunc autem iudicabuntur recepisse, si maledico non resisterint, in capitulo non proclamaverint coram omnibus [g], ut ceteri metum habeant. Porro detractionem vel exprobrationem vocamus, cum aliquis [h] in absentem vel praesentem verbum dixerit in quo eius aestimatio [i] vel fama valeat minui vel denigrari; et ne quis ab hoc vitio se excuset dicens quod non maliciose dixerit [j], quomodocumque dixerit, nisi [k] ei qui potest corrigere, detractor iudicetur. Si quis autem alicui crimen imposuerit quod probare non poterit [l], eamdem poenam sustineat quam meruerat accusatus, si de imposito posset crimine comprobari. Abbates vero qui inventi fuerint huius tam pessimi vitii tepidi correctores, vel [m] negligentes executores sententiae Capituli generalis, per patres abbates vel etiam visitatores corripiantur acerrime, vel per generale Capitulum, si ipsorum innotuerit negligentia, graviter puniendi.

Item prohibemus omnino ne quis monachus vel conversus **10**
praesumat proclamatori signo aut verbo indignationem ostendere, vel sententiam abbatis aut prioris seu eius qui praeest capitulo audeat iudicare vel de eo loqui aut significare extra capitulum, nisi [a] ei qui potest corrigere. Qui vero aliter praesumpserit, sex diebus continuis in capitulo verberetur. Additum

---

[c] pane et aqua : *deest J.* [d] Si vero : *J.* [e] peccavit : L^1. [f] generale Capitulum : JP^1. [g] cunctis : JL^1P^1. [h] quis : *J.* [i] fama vel aestimatio : *J.* [j] protulerit illud : *J.* [k] nisi ... corrigere : *deest J.* [l] possit : *J.* [m] aut : *J.*

10 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] excepto ipsius superiori qui culpam correxerit : *J.*

est etiam quod monachus qui libellum scripserit vel in medium proiecerit [b] eliminetur a domo propria non reversurus, nisi per generale Capitulum, et sit ultimus omnium, et omni sexta feria sit in pane et aqua usque ad nutum Capituli generalis.

11 Monachus vel conversus qui aliquam personam domus suae apud aliquem per eamdem domum transeuntem diffamaverit, eamdem poenam patiatur, et ut ista definitio monachorum cordibus firmiter inseratur, praeceptum est ut affigatur tabulae quae in armario librorum iugiter dependeat, ut ibi a monachis quotidie videatur.

12 Quoniam vero [a] in quibusdam domibus [b] contra formam Ordinis eliguntur priores, statutum est a Capitulo generali quod [c] abbates sibi priores instituant cum consilio fratrum Deum [d] timentium, quos et quomodo voluerint convocare.

13 De visitationibus faciendis antiqua et communis forma teneatur [a].

14 De abbatiis [a] quae sunt in Graecia [b], Livonia, et Norvegia providեant patres abbates ut ad minus [c] in anno tertio visitentur. Abbates [d] autem anno quinto veniant ad [e] Capitulum generale.

15 Statuitur ut abbates Hungariae, Poloniae, Boemiae et Alemanniae, et [a] in aliis quibusdam regionibus, conversos secundum formam Ordinis in equis secum ducant et patres abbates provideant ne in proximo Capitulo gravius super hoc [b] puniantur.

16 Abbas Sancti-Angeli [1] qui remansit infirmus in domo Case-

---

[b] protulerit : *P*¹.

11 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*.

12 : *C¹JL¹L²MP¹P⁴P¹⁰T⁴*. [a] vero : *deest C¹T⁴*. [b] *C¹T⁴ add.* : Ordinis nostri. [c] ut : *C¹P⁴T⁴*. [d] timentium Deum : *J*.

13 : *JL¹P¹*. [a] observetur : *J*.

14 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*. [a] De abbatiis Graeciae, Livoniae... : *J*. [b] *M in marg.* : Suevia. [c] tertio quoque anno : *J*. [d] ipsi anno quovis : *J*. [e] ad Capitulum veniant generale : *J*.

15 : *JL¹L²MP¹P¹⁰W*. [a] et aliarum quarumdam regionum : *J*. [b] super hoc : *deest L¹*.

16 : *JP¹*.

---

[1] S.-Angelus in Fringillis, in Calabria ulteriori, dioec. S. Severinae. *OC*. 224. Inter diversas auctorum opiniones circa annum quo hoc monasterium Ordini aggregatum fuerit Cisterciensi et sub Sambucinae paternitate admissum fuerit, Janauschek annum 1220 eligit, sed perperam, ut videtur ex hoc statuto.

marii [a] [1], sequenti Capitulo veniat Cistercium super [b] hoc veniam petiturus. Abbas Sambucinae [2] hoc ei denuntiet.

Abbatem de [a] Monte Ramorum [3] qui ter vocatus ad Capitulum **17**
non venit, et cui denuntiatum est eum esse depositum si non veniret, depositum esse denuntiamus.

Abbas Joraevallis [4] qui propter [a] infirmitatem hoc anno non **18**
venit ad Capitulum, sequenti anno, omni occasione remota, Cistercium se praesentet, super hoc veniam petiturus. Similiter faciant abbates de [b] Ponte Roberti [5] et de Methmehan [6]. Abbas de Waverleia [c] [7] hoc illis denuntiet.

Abbas de Crista [a] [8] per cuius negligentiam abbatia Fullientii [9], **19**
filia sua, hoc anno non fuit visitata, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbates de Caudre [10] et de Dundrian [a] [11], de Welduus [a] [12] et de **20**
Sautre [13] qui per litteras se excusaverunt quia [c] hoc anno ad Capitulum, ut dicunt, venire non poterant, sequenti anno, modis omnibus, ad Capitulum veniant, super hoc veniam petituri. Abbas de Ruffort [b] [14] qui pro infirmitate sua per litteras se excusavit, similiter faciat. Abbas de Kirkestalle [15] hoc illis denuntiet.

---

[a] Casemaris : *J*. [b] de hoc : *J*.
17 : *JP*[1]. [a] Abbatem Montis Ramorum : *J*.
18 : *JP*[1]. [a] ob : *J*. [b] Pontis-Roberti : *J*. [c] Waverleiae : *J*.
19 : *JP*[1]. [a] Cristae : *J*. [b] Fuillmis : *P*[1].
20 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Bundriau : *M* ; Dundriam : *L*[2] ; Dandriam : *P*[10]. [b] Belduuas et de Saleia : *J* ; Belduiis : *L*[2]*MP*[10]. [c] quod : *J*. [d] Rutfort : *J* ; Kusfort : *P*[1].

---

[1] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58..
[2] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.
[3] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.
[4] Joraval, in dioec. Eboracensi. *OC*. 119.
[5] Roberts Bridge, in dioec. Cestriensi. *OC*. 173.
[6] Seu Mendham, in dioec. Wigorniensi. *OC*. 216.
[7] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.
[8] La Creste, in dioec. Lingonensi. *OC*. 10.
[9] i. e. Fulium, Feuillant, in Languedocio, dioec. Rivensi. *OC*. 157.
[10] Seu Calder Abbey, in dioec. Cestriensi. *OC*. 100.
[11] Dundrainan, in Hibernia, dioec. Candidae Casae. *OC*. 70.
[12] Belduis, Bilwas (?) sic putat Janauschek, *OC*. 102 ; sed dubitandi habemus rationem ex statuto 21° infra.
[13] Saltrey, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 95.
[14] In dioec. Eboracensi. *OC*. 112.
[15] In dioec. Eboracensi. *OC*. 93.

21 Abbas de Bilduas [1] qui pro infirmitate sua per litteras se excusavit, sequenti anno veniat ad Capitulum, super [a] hoc veniam petiturus. Abbas de Giredonia [2] hoc illi denuntiet.

22 Abbas de Monte [a] S.-Mariae [3] in Hungaria, cui pro novitate et paupertate parcitur ad praesens, anno sequenti veniat ad Capitulum super [b] hoc veniam petiturus. Abbas Sanctae-Crucis [4] hoc illi denuntiet.

23 Abbas de Vallas [5] qui per litteras regis Bohemiae propter urgens negotium quod ei iniunctum est excusatur, modis [a] omnibus in sequenti anno veniat super [b] hoc veniam petiturus, et [c] si non venerit, ex [d] tunc omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis donec Cistercio se praesentet. Abbas de Lanchem [6] hoc ei denuntiet.

24 Abbates de Stanforda [a] [7] et de Crochedena [8] quibus iniunctum fuit ex parte Capituli, ut convenirent haeredem Galfridi [b], filii Petri, de [c] 100 libris sterlingorum, quos Galfridus, filius Petri, legavit Capitulo generali, et quid inde fecissent Capitulo denuntiarent, et non denuntiaverunt, sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et [d] iterum eisdem committitur, et quid inde fecerint [e] sequenti Capitulo denuntient. Abbas de Waverleia [9] hoc illis denuntiet.

25 Quatuor [a] abbates scilicet de Valle salutis [10], de Valle Dei [11],

---

21 : *JP*¹. [a] de hoc : *J*.
22 : *JP*¹. [a] Montis-Sanctae-Mariae : *J*. [b] de hoc : *J*.
23 : *JP*¹. [a] omnimode tamen : *J*. [b] de hoc : *J*. [c] Quod si : *J*. [d] et : *perp*. *P*¹.
24 : *JP*¹. [a] Stanfordae : *J*. [b] Alfridi : *P*¹. [c] super centum libras : *J*. [d] hoc negotium iterum : *J*. [e] egerint : *J*.
25 : *JP*¹. [a] Abbates Vallis-salutis, Vallis-Dei, Benedictionis-Dei et Beatitudinis : *J*.

---

[1] Bildwas, in dioec. Cestriensi. *OC*. 102.
[2] Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventrensi. *OC*. 30.
[3] Seu Marienberg, in Hungaria, dioec. Jaurinensi. *OC*. 200.
[4] Heiligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonensi. *OC*. 36.
[5] Leg. forsan Plass, in Bohemia et Langhemii filia. *OC*. 82.
[6] Langheim, in Bavaria, dioec. Bambergensi. *OC*. 28.
[7] Stratford Langthone, in dioec. Londoniensi. *OC*. 102.
[8] Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 176.
[9] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.
[10] Seu Baltinglass, in Hibernia, dioec. Lagliniensi. *OC*. 114.
[11] Seu Glandy, in Hibernia, dioec. Kilkenniensi. *OC*. 184.

de Benedictione [1] et de B[eat]itudine [2], qui perturbationi [b] quae facta est in domo de Ieriponte [3] contra visitatores interfuerunt et assensum praebuerunt, infra hos quadraginta dies extra stallum abbatis maneant. De abbate tamen de [c] Beatitudine qui dum prior esset Mellifontis [4] hominem, ut dicitur, in cippo posuit qui et ibi mortuus est, abbati Claraevallis committitur qui omnem diligentiam et industriam adhibeat ut domus Mellifontis tam in spiritualibus quam in temporalibus corrigetur et ordinetur.

De abbate de Misericordia [a] [5] in cuius grangia [b], ut dicitur, mulieres intrant et ibi panem faciunt [c], committitur abbatibus de Bausades [b] [6] et de Stella [7], qui rei veritatem diligenter inquirant, et quae corrigenda invenerint, studeant emendare. **26**

Abbas de Boeris [8] in cuius domo campanile [a] contra formam Ordinis et institutum factum est, infra sequens Capitulum iubeat illud diruere penitus. **27**

Abbates qui tenentur reddere pecuniam expensarum Concilii anni praeteriti, non recedant a Divione donec inde satisfecerint. Qui vero non sunt ituri Divionem, in Cistercio [a] ipsam pecuniam reddant in [b] praesenti, alioquin veniant Divionem non recessuri inde donec dictam pecuniam plenarie persolverint. Qui vero huius sententiae transgressores fuerint, sint extra stallum abbatis et omni sexta feria in pane et aqua, donec praedicta [c] pecunia plenarie persolvatur, et ipsi [b] nihilominus sequenti anno veniant ad Capitulum super [e] hoc veniam petituri. Illis vero qui praesenti Capitulo non intersunt, praesentes abbates intimare pro- **28**

---

[b] factae in domo Ieripontis : *J*. [c] Beatitudinis : *J*.

26 : *JP*[1]. [a] Misericordiae : *J*. [b] grangiam : *J*. [c] conficiunt : *J*. [d] Bauiadeis : *J*.

27 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Abbas ... qui campanile [altum : *L*[1]] quod habet contra ... diruatur. *(sic !)* : *L*[1]*P*[1].

28 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Apud Cistercium : *J*. [b] modo : *J*. [c] praedictam pecuniam... persolverint : *J* ; persolvant : *L*[1]. [d] ipsi autem : *J*. [e] de : *J*.

---

[1] Seu Shrule, in Hibernia, dioec. Midensi. *OC*. 123.

[2] Seu Bective, in Hibernia, dioec. Midensi. *OC*. 92.

[3] Jeripons, Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossoriensi. *OC*. 180.

[4] In Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.

[5] Misericordia Dei, La Mercy-Dieu, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 129.

[6] Inaudita forma sub qua latere potest Baugesium, Baugerais, in dioec. Turonensi. *OC*. 165 ; vel Bonnevaux, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 13.

[7] L'Étoile, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 85.

[8] Boheriae, in Picardia, dioec. Suessionensi. *OC*. 64.

curent, quatenus [f] supradictam pecuniam infra proximum Pascha patribus suis abbatibus plenarie reddant, vel apud Firmitatem, vel Pontiniacum vel Claramvallem aut Morimundum quantocius deferendam.

29 Abbati de [a] Portu S.-Mariae [1] firmiter inhibetur ne parochianos episcopi Frennensis [b] [2] sine [c] licentia ipsius [b] episcopi vel sacerdotum ad sepulturam recipere praesumat [e].

30 De abbate [a] de Tinterna [3] de quo dicitur [b] quod post Completorium locutus fuerit et etiam cum episcopo et monachis suis solemniter biberit, et quod iuxta portam grangiae mulieres habitent, et [c] etiam in grangia laborent [b], committitur abbatibus de Dora [e] [4] et de Bordesleya [5], qui rei veritatem diligenter inquirant, et si ita invenerint, ut in sequenti Capitulo veniat super [f] hoc veniam petiturus illi denuntiet; litteras etiam suas rei veritatem continentes nobis praesentet. Abbas [g] de Kingeseude [6] hoc eis denuntiet.

31 De abbatibus de Dora [a] et Tinterna in quorum abbatiis, ut dicitur [b], triparti [c] vel quadriparti voce, more saecularium canitur, committitur abbatibus de Neth et de Flesleya [7], qui ad praedicta loca personaliter accedentes, rei veritate diligenter exquisita, quae viderint emendanda diligenter corrigant et quid inde fecerint, in sequenti Capitulo denuntient.

32 Abbas Aquae bellae [8] qui non punivit conversos qui intra-

---

[f] ut: *J*.

29: *JP*¹. [a] Portus-S^ae^.-Mariae: *J*. [b] Freunensis: *P*¹. [c] absque: *J*. [d] eius: *J*. [e] ne ... praesumat: *deest apud J*.

30: *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Abbas Tinternae: *J*; Abbas de: *M*. [b] ipsum locutum fuisse ... bibisse, quodque: *J*. [c] et in ea laborent: *J*. [d] laborant: *P*¹. [e] Dorae et Bordesleyae: *J*. [f] de hoc: *J*. [g] Abbas... etc.: *deest L*¹.

31: *JL*¹*P*¹. [a] Dorae et Tinternae: *J*. [b] fertur: *J*. [c] triplici vel quadruplici: *JL*¹.

32: *JP*¹.

---

[1] Seu Dunbrody, in Hibernia, dioec. Fernensi. *OC*. 181.

[2] Tunc erat episcopus Fernensis Albinus O'Mulloy, ord. cist. antea Vallis Salutis (Baltinglass) abbas; 1186-1223. Gams. *SE*. 221.

[3] Tinterna maior, in dioec. Herefordiensi. *OC*. 19.

[4] Dore, in dioec. Herefordiensi. *OC*. 92.

[5] Bordesley, in dioec. Wigorniensi. *OC*. 53.

[6] i. e. Kingeswoda, Kingswood, in dioec. Glocestriensi. *OC*. 58.

[7] Flexley, in dioec. Herefordiensi. *OC*. 129.

[8] Aiguebelle, in Delphinatu, dioec. Valentina. *OC*. 45.

verunt pascua abbatis Mansiadae [1], tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et dictos conversos digne puniat et qualiter eos punierit sequenti anno denuntiet Capitulo generali.

Abbas de Mataplana [a] [2] qui hoc anno venire debebat ad Capi- 33
tulum et non venit, ad preces reginae Castellae excusatur, sequenti tamen anno veniat ad Capitulum super [b] hoc veniam petiturus. Abbas de [c] Morelora [3] hoc ei denuntiet.

Abbas Aquae bellae qui nimis tarde misit litteras suas de filia 34
sua visitanda, et ita per eius negligentiam non fuit visitata, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Abbas de [a] Franeia [4] qui patre suo inconsulto et absente cessit, 35
restituatur, et pro inordinata cessione [b] sit tribus diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Pater [c] abbas [5] restituat eum et denuntiet ei poenam impositam a Capitulo generali.

Abbas Sancti-Albini [6] qui hoc anno non venit ad Capitulum 36
cum venire debuisset [a], sit extra stallum abbatis, et omni sexta feria in pane et aqua, donec Cistercio se praesentet et anno sequenti veniat ad Capitulum super [b] hoc veniam petiturus. Abbas [c] de Eleemosyna [7] hoc ei denuntiet.

Abbas de [a] Ferraria [8] et de Rivo sicco [9] in Hispaniis qui hoc 37
anno non venerunt ad Capitulum cum venire deberent [b], poenam similem patiantur. Abbas de [c] Sancto-Prudentio [10] hoc illis denuntiet.

---

33 : *JP*¹. [a] Abbas Mataplanae : *J*. [b] de hoc : *J*. [c] Abbas Morelorae : *J*.
34 : *JP*¹.
35 : *JP*¹. [a] Abbas Franeiae : *J*. [b] sessione : *P*¹. [c] Pater vero abbas : *J*.
36 : *JL*¹*P*¹. [a] deberet : *J*. [b] de hoc : *J*. [c] Abbas ... etc.: *deest in L*¹.
37 : *JP*¹. [a] Abbas Ferrariae et Rivi sicci : *J*. [b] debuisset : *J*. [c] Abbas Sancti-Prudentii : *J*.

---

[1] Mazan in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9.
[2] Seu Matallana, in Castella, dioec. Palentina. *OC*. 170.
[3] Moreruela, in Legione, dioec. Zamorensi. *OC*. 23.
[4] Seu Frenada, La Frenade, in dioec. Engolismensi. *OC*. 129.
[5] i. e. Obasinae abbas, in dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[6] S.-Albinus de Nemore, in dioec. Briocensi. *OC*. 49.
[7] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.
[8] Seu Herrera, in Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 163.
[9] Seu Rico-Seco, in Veteri Castella, dioec. Burgensi. *OC*. 111.
[10] In Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.

38 De abbate de Lysa [a] [1] qui dicitur inordinate promovisse filium suum abbatem de Tuta [b] insula [2], et de ipso abbate de Tuta [b] insula [c] qui contra patrem abbatem dicitur aliqua procurasse, committitur abbatibus de Asylo [d] [3] et de Guedeija [e] [4], qui culpas eorum [f] diligenter inquirant, et [g] eorum culpas sequenti Capitulo studeant nuntiare. Abbas de Herivado [5] hoc eis denuntiet.

39 Abbas de Campo [a] [6] qui [b] non venit ad Capitulum cum venire deberet, ad petitionem Domini Cistercii et abbatis Morimundi, excusatur, ita tamen quod [c] anno sequenti veniat ad Capitulum super [d] hoc veniam petiturus. Abbas [e] de Bergis [7] hoc ei denuntiet.

40 De abbate Sancti-Prudentii [8] qui monachum infirmum per violentiam a parentibus, ut asserit, asportatum, [a] per duos menses non requisivit, sed eum in saeculo mori permisit, committitur abbatibus [b] de Buxeto [9] et de Ferraria [10]. Abbas [c] de Orta [11] hoc eis denuntiet et quid super hoc factum fuerit, sequenti Capitulo denuntiet.

41 De abbatia [a] de Franeya [12] in qua omnes fere dicuntur esse proprietarii, committitur abbatibus [b] de Gratia Dei [13] et de Stella [14],

---

38 : *JP*[1]. [a] Lusae : *J*. [b] Tutae insulae : *J*. [c] fertur quod : *J*. [d] Asyli : *J*. [e] Ouedejae : *J*. [f] eorumdem : *J*. [g] easque : *J*.

39 : *JL*[1]*P*[1]. [a] Abbas Campi : *J*. [b] hoc anno : *J*, qui ... etc.... deberet : *deest apud L*[1]. [c] ut : *J*. [d] de hoc : *J*. [e] Abbas ... etc. : *deest apud L*[1].

40 : *JL*[1]*P*[1]. [a] portatum : *J*. [b] Buxeti et Ferrariae : *J*. [c] Abbas... etc. : *deest apud L*[1].

41 : *JL*[1]*P*[1]. [a] De abbate Franeyae in cuius domo dicuntur omnes... : *J*. [b] Gratiae-Dei et Stellae : *J*.

---

[1] Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergensi. *OC*. 88.
[2] Seu Tuttero, in Norvegia, dioec. Nidrosiensi. *OC*. 213.
[3] Seu As, in Dania, dioec. Lundensi. *OC*. 197.
[4] Hovodeyia, Hoveoda, Hovedö Kloster, in Norvegia, dioec. Osloensi. *OC*. 93.
[5] Herrevad, in Dania, dioec. Lundensi. *OC*. 80.
[6] Seu Vetus Campus, in dioec. Coloniensi. *OC*. 11.
[7] Seu Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.
[8] In Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.
[9] Buxetum, Bugedo, in Veteri Castella, dioec. Burgensi. *OC*. 167.
[10] Seu Herrera, in Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 163.
[11] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[12] Seu Frenada, La Frenade, in dioec. Engolismensi. *OC*. 129.
[14] In dioec. Rupellensi. *OC*. 34.
[14] L'Étoile, in dioec. Pictaviensi. *OC*. 85.

qui hoc diligenter inquirant, et auctoritate Capituli generalis digne corrigant quae invenerint corrigenda [c], et [d] quid inde fecerint sequenti Capitulo denuntient.

Abbas Sancti-Marcelli [1] qui debuit hoc anno venire ad Capi- 42
tulum et non venit, poenam sustineat super hoc a Capitulo constitutam, scilicet [a] ut omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis donec Cistercio se praesentet. Abbas de [b] Garda Dei [2] hoc ei denuntiet.

De abbatibus [a] de Boxelée [3], de Stanlée [4], Wiltissire [5], et de 43
Miravalle [6] et de Comir [7], qui dicuntur contra formam Ordinis monachos remisisse sibi missos [b], et de abbate [c] de Comir qui, ut dicitur, contra formam Ordinis conversum remisit abbati de Margan [8], committitur abbati de Wauerlée [b] [9] qui hoc diligenter inquirat, et si dictos abbates super hoc culpabiles invenerit, auctoritate Capituli iniungat eis ut sint sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

De abbatibus de [a] Septia[10] et de S.-Petro de Aquilis[11] in His- 44
pania, qui apud Maius-monasterium[12] hospitati non erant [b] contenti sepiis [c], ovis et halecibus [d] quae eis sunt apposita, sed [e] sicut dicitur, conversi eorum [f] petebant aquam ad abluendas manus [f] tanquam sepiae [h] foeterent, et abbates in crastino fecerunt emi bonos pisces in burgo, et dixerunt hospitali ut eos

---

[c] emendanda : *J*. [d] et quid... etc. : *deest in* L^1.

42 : JP^1. [a] videlicet : *J*. [b] Abbas Gardae-Dei : *J*.

43 : JL^1P^1. [a] Boxleiae, Stanleiae, Wiltiferae et Miraevallis : *J*. [b] sint in levi culpa ...etc. : L^1. [c] Commir : *J*. [d] Vaverleiae : *J*.

44 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Septiae et Sancti-Petri-Aquilarum : *J*. [b] fuerunt : *J*. [c] caepiis : *M*. [d] oleribus : *M* ; alecibus sibi appositis : *J*. [e] cum diligerent potiora : *J*. [f] ut feretur : *J*. [g] quasi nimirum ipsae saepiae foeterent : *J*. [h] caepiae : *M*.

---

[1] In dioec. Cadurcensi. *OC*. 172.
[2] In dioec. Montis-Albani. *OC*. 122.
[3] Boxley, in dioec. Cantuariensi. *OC*. 91.
[4] Stanlegia, Stanley, in dioec. Sarensi. *OC*. 125.
[5] Victoriae-collis, Victory Hill (?) in dioec. Tuamensi, in Hibernia. *OC*. 192.
[6] Mereval, in dioec. Wigorniensi. *OC*. 114.
[7] Cumhir, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 74.
[8] Margan, in Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 107.
[9] Seu Waverlée, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.
[10] Seu Ceica, in Lusitania, dioec. Conimbriensi. *OC*. 199.
[11] S. Pedros das Aguias, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 159.
[12] Marmoutier. *TB*. II, 1852.

pararet sibi, quod ille noluit facere, nisi redderet ei nummos [i], sed dedit eis panem et vinum ea ratione ut [j] longe ab abbatia comederent sicut promittebant ; qui statim egressi comederunt [k] in villa ad portam ubi nullus monachus comedere solet, praeceptum est a Capitulo generali ut dicti abbates in praedicto monasterio uno die sint in pane et aqua, et conversi eorum ab abbatia [l] quae dicitur Eleemosyna [1] ad praedictum monasterium pedites eant, ibidem in capitulo verberandi ad illius nutum qui in ipso capitulo praesidebit ; et tam abbates quam conversi per annum unum a piscibus abstineant, nisi grandis necessitas vel evidens infirmitas exegerit aliquam dispensationem, et ipsi abbates tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Iniunctum est etiam abbati de Oratorio [m] [2] ut praedictos abbates et conversos ad praedictum [n] monasterium ducat et hanc definitionem in capitulo legi faciat.

45 De abbatia [a] monachorum nigrorum in Frisia quae petit [b] incorporari Ordini, committitur abbatibus Vallis S.-Petri [3] et Floridi campi [4], qui accedentes ad locum diligenter considerent [c] commoditates et alia quae sunt necessaria ad abbatiam construendam et faciant quod viderint expedire, auctoritate Capituli generalis.

46 Prior de Bevenhuse [a] [5] qui cum esset cellerarius eiusdem domus et nollet administrare expensas abbati suo ad [b] veniendum ad Capitulum, qualibet sexta feria per annum sit in pane et aqua, nisi gravis infirmitas vel grandis solemnitas impedierit, et nisi se humiliaverit deponatur. Abbas de Sconaugia [c] [6] hoc ei denuntiet.

---

[i] quos ipsis commodaverat, sed tantum dedit... : *J*. [j] ea lege ut remotius ab abbatia comedere pergerent uti promittebant : *J*. [k] eos : *J*. [l] abbatia Eleemosynae ad praefatum : *J*. [m] Oratorii : *J*. [n] praefatum... duceret ... faceret : *J*.

45 : *JP*[1]. [a] monasterio nigri ordinis : *J*. [b] petente : *J*. [c] spectent commoditates aliaque necessaria : *J*.

46 : *JP*[1]. [a] Benehuse : *J*. [b] ut veniret : *J*. [c] Abbas Sconaugiae : *J*.

---

[1] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC*. 10.
[2] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC*. 10.
[3] Seu Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC*. 189.
[4] Bloomkamp, in Frisia, dioec. Leovardiensi. *OC*. 194.
[5] Bebenhusa, in regno Wirtembergico, antiq. dioec. Constantiensi. *OC*. 191.
[6] Schoenau, in Palatinatu, dioec. Wormatiensi. *OC*. 81.

De monachis et conversis de Alavastro [a] [1] qui propter conspirationem factam contra abbatem suum ad portam Claraevallis missis, pro quibus rogat rex Suessiae [2] et archiepiscopus Daciae [3], abbatis Claraevallis committitur. 47

Causa de conspiratione [a] proposita contra [b] abbatem S.-Joannis de Thoraca [4], et quosdam monachos eiusdem domus qui, ut dicitur, ei contra visitatores adhaerent in signum defensionis manus suas, ut dicitur, in Capitulo levaverunt, abbati Claraevallis committitur, qui per se vel per alias idoneas personas tantum excessum, tam in capite quam in membris satagant emendare. Abbas vero de Oia [c] [5] qui in visitatione illa proponenda non audebat proponere, sicut ipse in [d] Capitulo confessus est, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 48

Corpus monachi de Monte petroso [a] [6] qui extra sepulturam ponitur [b] canonicam, in continenti [c] in coemeterio sepeliatur. Illi vero quorum consilio factum est ad nutum patris abbatis [7] durius puniantur, et quid inde factum fuerit, in sequenti Capitulo denuntiet. 49

De monachis de Lanouua [a] [8] qui elegerunt unam personam in abbatem contra formam Ordinis committitur abbati Pontiniacensi [b]. Abbas [c] quidem de Ioiaco [d] [9] in sequenti Capitulo veniat super hoc veniam petiturus. 50

Causa quae vertitur inter abbatem de Macenaria [a] [1] et abba- 51

47 : *JP*¹. [a] Alvastri qui ob : *J*.
48 : *JP*¹. [a] Causa conspirationis : *J*. [b] adversus : *J*. [c] Oiae : *J*. [b] in hoc : *c*.
49 : *JP*¹. [a] Montis-petrosi quod : *J*. [b] positum est : *J*. [c] sepeliatur statim in cimeterio : *J*.
50 : *JL*¹*P*¹. [a] Lavounae : *J* ; Lavans : *L*¹. [b] Pontiniaci : *J*. [c] Abbas... etc. : *deest in L*¹. [d] Ioiaci : *J*.
51 : *JP*¹. [a] Macenariae : *J*.

[1] Alvastra, in Suecia, dioec. Lincopensi. *OC*. 73.
[2] Jean Sverkersson † 1222.
[3] Andreas Sunesen, Lundensis archiepisc. 1201-1223. *SE*. 330 ; *HC*. I, 317.
[4] Tarouca, in Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 61.
[5] Oya, Hoya, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 185.
[6] Montpeyroux, in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC*. 13.
[7] i. e. abbas Bonae-Vallis, in dioec. Viennensi. *OC*. 7.
[8] La Noa (?), Joiaci filia, de linea Pontigniacensi, in dioec. Ebroicensi. *OC*. 80. Aliquando Lavans assumitur pro *Landavallis*, in dioec. Venetensi ; sed nihil commune habet cum Joyaco nec Pontigniaco. Legere possumus etiam Lannoy, in dioec. Bollovacensi. *OC*. 103.
[9] Iouy, in dioec. Meldensi. *OC*. 12.
[10] Maceiradam, in Lusitania, dioec. Visensi. *OC*. 187.

tem Vallis bonae [1] de pecunia cuiusdam fugitivi, committitur abbatibus de Orta [b] [2] et de Spina [3]. Abbas [c] de Orta abbati de Spina hoc denuntiet.

52 De monacho Claraevallis qui missus est in Daciam et gessit se pro visitatore cum non esset, et de quo dicitur quod diffamavit abbatem Hermandi [4], committitur abbati Claraevallis qui rei veritate diligenter inquisita, sicut viderit expedire satagat emendare.

53 Magistro de Calatrava [a] [5] scribatur auctoritate Capituli generalis ut restituat vice comiti equum quem dicitur habuisse, usque [b] ad proximum Pascha. Abbas de Valbona [c] [6] litteras Capituli ad eum deferat vel deferri faciat [d].

54 De definitionibus retractandis quod iam inceptum est per eos [a] quibus iniunctum fuit [b], perficiatur.

55 Querela abbatis S.-Trinitatis [7] in Calabria contra abbatem Aquae formosae [8] super detentione quarumdam rerum, committitur abbatibus de Curatio [a] [9], de Sagittario [10], qui eam pace vel iudicio terminent, et sequenti anno quid de ipsa factum fuerit [b], certificent Capitulum generale. Abbas de Sambucina [c] [11] hoc eis denuntiet, et ex parte Capituli supplicet Domino archiepiscopo Gusentino [d] [12] ut ad dictam querelam pace vel iudicio terminandam velit interponere preces suas.

---

[b] Ortae et Spinae : *J*. [c] Et ille isti hoc denuntiet : *J*.

52 : *JP*¹.

53 : *JL*¹*P*¹. [a] Calatravae : *J*. [b] intra : *J*. [c] Valbonae : *J*. [d] *brevius apud L*¹ : Iteratur praeceptum Cap. gen. Magistro de Calatrava de quodam equo de quo supra.

54 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] eosdem : *J*. [b] est : *L*²*M*.

55 : *JP*¹. [a] Curatii et Sagittarii : *J*. [b] extiterit : *J*. [c] Sambucinae : *J*. [d] Cusentino : *J*.

---

[1] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.
[2] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[3] Espina, in Legione, dioec. Palentina. *OC*. 108.
[4] i. e. Herivadi, Herrevad, in Dania, dioec. Lundensi. *OC*. 80.
[5] Monachilis militia de Ordine cisterciensi orta. *TB*. I, 547.
[6] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.
[7] S.-Trinitas de Ligno, in Calabria, dioec. Rossanensi. *OC*. 185.
[8] In Calabria citeriore, dioec. Cassanensi. *OC*. 201.
[9] Corazzo, in Calabria, dioec. Marturanensi. *OC*. 168.
[10] In regno Neapolitano, dioec. Anglonensi. *OC*. 208.
[11] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.
[12] Lucas, antea monachus in Casamario ; Sambucinae abbas 1197 ; Cusentinus archiepisc. 1203-1224. *SE*. 878; *HC*. I, 220.

Festum S. Martialis in episcopatu Lemovicensi, sicut de uno confessore uniformiter fiat in crastino octavae [a] S. Joannis-Baptistae. 56

Querela quae vertitur inter abbatem de Accubatia [a] [1] et fratres Ebracenses [b] [2] committitur abbatibus de Ursaria [c] [3], de Salceda [4] et de Orta [5] qui eam pace vel iudicio terminent infra Capitulum generale, et quid de ipsa factum fuerit, sequenti anno studeant nuntiare. 57

Querela abbatis de Karrezeto [a] [6] quam habet adversus abbatem Claraevallis pro domo de Monte Ramorum [b] [7], iterum committitur abbatibus de Sacramoenia [c] [8], de Orta [9] et de S. Prudentio[10] qui de abbate de Ursaria[11] et cum iudicibus eius olim in causa ista datis, attestationes ab eis iam pridem susceptas, si quas habent, accipiant diligenter inquirentes quid de eis factum sit. Si non invenerint, et auditis allegationibus, testibusque receptis et inspectis instrumentis utriusque partis causam sufficienter instructam et attestationes tam novas quam antiquas sub sigillis suis inclusas, necnon et instrumenta remittere studeant ad audientiam Capituli generalis ; et quia in executione huius commissionis anno praeterito negligentes fuerunt, tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 58

Querela abbatum de Ursaria [a] et de Melone[12] committitur 59

56 : *JL¹P¹*. [a] octavarum : *J*.

57 : *JP¹*. [a] Alcobatiae : *J*. [b] Elboressenses : *P¹*. [c] Ursariae, Salcedae et Ortae : *J*.

58 : *JP¹*. [a] Carraseti : *J* ; quam habet : *deest in J*. [b] Montis-Ramorum ; *J*. [c] Saciamoeniae, Ortae et S¹-Prudentii qui ab abbate Ursariae : *J*.

59 : *JP¹*. [a] Ursariae et Melonis ... Oiae, Armentariae et Superaddi : *J*.

[1] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulisiponensi. *OC*. 110.

[2] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC*. 13.

[3] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.

[4] In Lusitania, dioec. Lamecensi. *OC*. 143.

[5] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.

[6] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[7] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.

[8] In Veteri Castella, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.

[9] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.

[10] In Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.

[11] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.

[12] In Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 69.

abbatibus de Oia [1], de Armentaria [2] et de Superaddo [3] ab eis pace vel iudicio terminanda, qui etiam anno sequenti nuntient Capitulo generali quid factum fuerit de eadem.

60 Querela abbatis S. Leonardi [4] contra abbatem Gratiae Dei [5] committitur abbatibus [a] de Columna [6], de Morellio [7] et de Ré [8].

61 Querela abbatum de S. Agatha [a] [9] et de Valle S. Lamberti[10] de [b] vicinitate loci, committitur abbatibus de Camberona [c] [11], de Villari[12] et de Alna[13], qui auctoritate Capituli ordinent prout viderint expedire.

62 Querela W. de Comer [a] contra abbatem Fontis Danielis[14] committitur abbatibus de Savigniaco[b] [15], de Tironello[16] et Campania[17] qui, auctoritate Capituli generalis eam determinent, si miles dare noluerit [c] cautionem, stabit iuri.

63 Querela abbatum de Gondeio [a] [18] et de Villalonga[19] committitur abbatibus de Fonte frigido[20] et de Vallemagna [21] et de Bor-

60 : *JP*[1]. [a] abbatibus Morellii et Rei : *J*.

61 : *JP*[1]. [a] Sanctae-Agathae et Vallis-Lamberti : *J*. [b] super : *J*. [c] Camberonensi, Villariensi et Alnensi : *J*.

62 : *JP*[1]. [a] Guillelmi Gomerii : *J*. [b] Savigniaci, Tironelli e. Campaniae : *J*. [c] voluerit quod ... : *P*[1].

63 : *JP*[1]. [a] Gondeii et Villae longae ... Fontis frigidi, Vallis magnae et Borbonae : *J*.

[1] Oya, Hoya, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 185.
[2] Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 146.
[3] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[4] S. Leonardus de Calmis, in dioec. Rupellensi. *OC*. 156.
[5] In dioec. Rupellensi. *OC*. 34.
[6] Seu potius Columba, La Colombe, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 88.
[7] B. M. de Moroliis, Moureilles, in dioec. Rupellensi. *OC*. 132.
[8] B. M. in Insula Rea (île de Ré) in dioec. Santonensi. *OC*. 139.
[9] Al. Vallis-Dei, in dioec. Leodiensi, in Belgio. *OC*. 179.
[10] In dioec. Leodiensi. *OC*. 207.
[11] Cambron, in dioec. Tornacensi, in Belgio. *OC*. 113.
[12] Villarium in Brabantia, in dioec. Mechliniensi. *OC*. 87.
[13] Aulne, in dioec. Tornacensi, in Belgio. *OC*. 108.
[14] Fontaine-Daniel, in dioec. Vallis-Guidonis. *OC*. 210.
[15] Savigny, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
[16] Tyronellus, Tyronneau, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 116.
[17] In dioec. Cenomanensi. *OC*. 188.
[18] Seu Gondonium, Gondon, in Guiennia, dioec. Aginnensi. *OC*. 11.
[19] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC*. 122.
[20] Fontfroide, in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC*. 86.
[21] Valmagne, in Languedocio, dioec. Montis-Pessulana. *OC*. 138.

bona [1] qui eam pace vel iudicio terminent et quid inde fecerint certificent sequens Capitulum generale.

Petitio Domini Cistercii de retractanda sententia qua dictum est ut quindecim diebus ante Capitulum non morentur abbates apud Cistercium ultra duos [a] dies, exauditur, et de libro [b] deleatur. **64**

Petitio conventus Casemarii [a] [2] super anniversario Domini archiepiscopi Reginae [b] et fratris Renerii faciendo exauditur. **65**

Petitio abbatis S.-Agathae [3] de mittendo Romam pro negotiis domus [a] suae exauditur. **66**

Petitio nobilis viri J. [a] militis de Mouili in Wallia de facienda abbatia admittitur, ita [b] quod possessiones et alia mobilia quae promisit se daturum compleat et persolvat. Abbati [c] Morimundi committitur ut mittat viros discretos qui rem diligenter inquirant et proximo Capitulo quod ab ipsis audierint studeat nuntiare. **67**

Petitio Capituli de [a] habenda societate cum saecularibus usque ad correctionem definitionum differtur. **68**

Petitio Domini archiepiscopi Coloniensis [4] sic exauditur scilicet [a] ut festum XI [b] virginum cum duodecim lectionibus in domibus Ordinis nostri in provincia sua tantum celebretur. **69**

Petitio Domini Patriarchae Constantinopolitani de abbatia de Monte [a] S.-Gregorii [5] Ordini nostro incorporanda, et abbati S. Thomae in Venetiis [6] supponenda exauditur, ita tamen si [b] dicto abbati visum fuerit expedire. **70**

---

64 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] dictos : *L¹* ; *deest apud L²P¹* ; unum diem : *J*. [b] *J add.* : illa.

65 : *JP¹*. [a] Casemaris : *J*. [b] Reginensis : *J*.

66 : *JP¹*. [a] suae domus : *J*.

67 : *JP¹*. [a] Iohannis : *J*. [b] ita tamen ut : *J*. [c] Abbati autem : *J*.

68 : *JL¹P¹*. [a] de non : *L¹*.

69 : *JP¹*. [a] ut scilicet : *J*. [b] 11ᵐ : *J*.

70 : *JP¹*. [a] Montis-S^{ti}-Gregorii : *J*. [b] si : *deest P¹*.

---

[1] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana. *OC.* 123.

[2] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC.* 58.

[3] Al. Vallis-Dei, in dioec. Leodiensi, in Belgio. *OC.* 179.

[4] S. Engelbertus de Monte (von Berg), Colon. archiepisc. 1216-1225. *SF.* 270; *HC.* I, 198.

[5] Huius nominis nulla cisterciensis abbatia extitit in dioec. Constantinopolitana ; sed in hac dioecesi creata vel admissa fuit, tamquam S. Thomae filia, abbatia de S° Stephano, circa hos annos, « incerto auctore incertoque tempore » ait Janauschek. *OC.* 215.

[6] In ditione Venetorum, in dioec. Torcellana. *OC.* 213.

71 Petitio Pontiniaci et Claraevallis abbatum [a] ut [b] pro comite Ioviniaci et [c] multis aliis benefactoribus Ordinis ab unoquoque sacerdote Ordinis una missa de Spiritu Sancto et alia pro defunctis celebretur, exauditur.

72 Petitio abbatis Longi pontis [1] de solemnitate sanctorum [a] Crispini et Crispiniani cum XII lectionibus in domo [b] Longi pontis tantum facienda, exauditur.

73 Petitio ducis Brabantiae de abbate de Villari [a] [2] secum ducendo ad partes transmarinas admittitur, ita [b] quod voluntati dicti abbatis relinquitur utrum [c] cum ipso voluerit transfretare.

74 Petitio episcoporum Poloniae [a] de festivitatibus sanctorum Alberti et Venerelais [b] illius gentis apostolorum [c] admittitur ut scilicet omnis domus Ordinis in illa regione cum XII lectionibus celebrent festum eorumdem.

75 Abbas Clari loci [3] qui ter inobediens extitit Capitulo generali, et sub interdicto Capituli celebravit, eo quod corpus Ducis contra inhibitionem retinere praesumpsisset, et adhuc retinet, deponitur in instanti. Prior autem et subprior et ceteri officiales, si corpus non reportaverint [a] ad tutum locum bona fide, eliminentur a domo propria numquam in perpetuum reversuri, et domus [b] subiaceat interdicto donec corpus fuerit reportatum. Si autem obedientes fuerint, exequendo mandatum Capituli, licebit eis remanere in domo propria ad arbitrium patris abbatis puniendis.

76 Quia in tabula in qua [a] notantur nomina abbatiarum videtur esse discordia de tempore [b] abbatiarum, volumus ut nova et certa tabula fiat. Visitatores autem super hoc diligenter inqui-

---

71 : *JP*¹. [a] abbatum : *deest P*¹. [b] ut scilicet : *P*¹. [c] aliisque pluribus : *J*.
72 : *JL*¹*P*¹. [a] sanctorum : *deest P*¹. [b] domo sua facienda : *J*.
73 : *JP*¹. [a] Villariensi : *J*. [b] ita tamen ut : *J*. [c] velit cum duce transfretare : *J*.
74 : *JP*¹. [a] Boloniae : *P*¹. [b] Wenasci : *J* ; *leg* : *Wenceslai*. [c] celebrandis in domibus Ordinis nostri in illa provincia constitutis, admittitur ita tamen ut omnes uniformiter eas celebrent cum XII lectionibus : *J*.
75 : *JP*¹. [a] retulerint bona fide : *J*. [b] domus vero : *J*.
76 : *JL*¹*L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] ubi : *L*¹. [b] illarum : *J*.

---

[1] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionensi. *OC*. 22.
[2] Villarium in Brabantia, in dioec. Mechliniensi, in Belgio. *OC*. 87.
[3] Clairlieu, in Lotharingia, dioec. Nanceyensi. *OC*. 127.

rant, et in sequenti Capitulo certitudinem [c] reddant cantori Cisterciensi [d].

Abbas de Falera [a] [1] qui per quinquennium non venit ad Capitulum nec etiam adhuc benedictionem accepit, et [b] maxime qui domum suam, ignorante patre abbate, nititur subtrahere [c], et alii abbatiae quam matri [2] adiicere, auctoritate Capituli generalis in [d] consequenti deponitur. **77**

Abbas [b] Mellifontis [3] qui Visitatores irreverenter repulit, et qui multa enormia in domo sua sustinuit diutius [a] et non correxit, et qui portas violenter clausas per multitudinem conversorum visitatoribus egressum prohibuit, et qui filium abbatem de quo multa turpia et enormia dicta sunt, cum correxisse debuisset, diu sustinuit, deponitur in instanti [b]. **78**

Abbas de Ieriponte [a] [4] qui, cum quatuor aliis abbatibus, tertia die visitationis a patre abbate vocatus ad omnimodam contumaciam, inobedientiam et turbationem contra visitatores et patrem abbatem devenit, et quia totum conventum concitavit, deponitur in instanti [b]. **79**

Abbas de Lanouua [5], qui praedecessorem suum apud religiosos et saeculares pessime diffamavit, et eum usque ad cessionem persecutus est, quia ab abbatiam, ut dicitur, aspiravit [a], et contra prohibitionem patris abbatis in abbatem electus est, deponitur in instanti [b]. **80**

Abbas de Scarliis [a] [6] qui abbatem de Reigniaco [b] [7] nisus est **81**

---

[c] huius rei : *J*. [d] Cistercii : *L¹M*.

77 : *JL¹P¹*. [a] Abbas Phalerae : *J*. [b] qui etiam : *J*. [c] ab ipso, et alii matri : *J*. [d] statim : *J*. [e] *apud L¹* : Abbas de Falera per quinquennium absens a Capitulo, et nitens suam abbatiam subtrahere auctoritati matris suae et alteri addicere ignorante patre abbate, deponitur in instanti.

78 : *JL¹P¹*. [a] diutius : *deest J*. [b] *brevius apud L¹* : Similiter abbas Mellifontis qui visitatores irreverenter repulit et male tractavit, deponitur.

79 : *JL¹P¹*. [a] Ieripontis : *J*. [b] *brevius apud L¹* : Similiter abbas Geripontis deponitur propter eamdem causam.

80 : *JP¹*. [a] ad abbatiam aspiraverit : *J*. [b] in presenti : *J*.

81 : *JL¹P¹*. [a] Scarlegiarum : *J* ; Scaliis : *L¹*. [b] Rigniaci : *J*.

---

[1] In patrimonio S. Petri, dioec. Civitatis-Castellae. *OC*. 77.

[2] i. e. S.-Sulpicius, in dioec. Bellicensi. *OC*. 28.

[3] In Hibernia, dioec. Armachana. *OC*. 70.

[4] Jerpoint, in Hibernia, dioec. Ossoriensi. *OC*. 180.

[5] La Noa, in dioec. Ebroicensi, vel Lannoy, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 80, 103. *Cf* ann. 1217, nº 50.

[6] Scarleiae, Escharlis, in dioec. Senonensi. *OC*. 20.

[7] Rigny, in dioec. Senonensi. *OC*. 15.

supplantare de possessione quadam quam emerat, et qui prohibitus est a Cisterciensi et Claraevallensi, et triginta fere aliis abbatibus per definitivam sententiam ne impediret Reigniacensem [c] super possessione praedicta, qui tot et tantorum patrum prohibitioni honorem [d] non detulit, sed nihilominus prohibitione contempta, censum vero domino reddidit, et possessionem praedictam in quantum potuit [e] perturbavit, deponitur in [f] continenti. Chartas [g] vero, si quas habet, Cisterciensi reddet [h].

82 Abbas S.-Leonardi [1] qui se pro abbate gessit, cum non esset abbas, patri abbati [2] reddat sigillum in instanti.

83 Abbas de Strataflorida [a] [3] qui praeter conscientiam abbatum, nomine ipsorum, cardinali scripsit, deponitur in [b] instanti. Priores vero qui ad illum diem fuerunt, ab officiis suis amoveantur et ad domos alias emittantur. Pater vero abbas, cui iniunctum est a Legato ut secundum formam Ordinis puniret eum, et non punivit, similiter deponitur in instanti.

84 Item monachus vel conversus qui suggesserit alicui seculari ut eleemosynas quas dare voluerit abbatiae det conventui specialiter ad pitanciam faciendam, per totum annum careat pitancia, nisi fuerit infirmus vel minutus.

85 Item monachus vel conversus qui scienter in mensa silentium fregerit, ipsa die sit in pane et aqua et in proximo capitulo verberetur.

1218

1 Omni die, finito Capitulo incipiat cantor Responsorium : *Aspice Domine*, sub mediocri voce eundo in oratorium usque ante [a] altare, sicut itur in sexta feria ad VII psalmos. Finito [b] Res-

---

[c] Rigniacensem : *J*. [d] honorem : *deest* L^1P^1. [e] potuit : *deest* P^1.
[f] subito : *J*. [g] Cartas : *J*. [h] reddantur : L^1P^1.
82 : JP^1.
83 : JP^1. [a] Strataefloridae : *J*. [b] statim : *J*.
84 : P^4T^4.
85 : P^4T^4.
1 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] ad altare : *J*. [b] autem : *J*.

---

[1] S. Leonardus de Calmis, in dioec. Rupellensi. *OC*. 156.
[2] i. e. abbas de Bulio, Le Beuil, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 148.
[3] Stratfleur, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 151.

ponsorio dicatur versus cum *Gloria* et repetitione [c] Responsorii; et post incipiat cantor *Salve Regina* sub mediocri voce; quam cum inceperit, omnes veniam petant et sic maneant usque [d] ad *misericordiae*, et tunc surgant fratres [e] donec tota finiatur. Qua finita, dicat qui tenet conventum: *Ora pro nobis sancta Dei Genitrix*, conventu petente veniam et prono existente, donec ille collectas stando dixerit: *Adsit nobis* et *Concede nos*, quae [f] non praemisso *Dominus vobiscum* dicentur [g] et *per Christum Dominum nostrum* finientur.

Missa quoque de Spiritu Sancto ab unoquoque sacerdote semel in hebdomada celebretur, pro qua clerici VII psalmos persolvant, et omnibus sextis feriis conventus disciplinas accipiant [h]. Qui autem accipere non voluerint [i], VII psalmos pro disciplina persolvant.

Mandato Domini Papae de facienda solemnitate SS. Martyrum 2
Ioannis et Pauli obeditur [a], ita [b] quod fiat de eis lectiones et responsoria sicut de SS. Fabiano [c] et Sebastiano. Missa [d] vero quae in nostris Gradalibus [e] de eis proprie notatur, cum collecta dicatur, evangelium [f] quidem mutetur et dicatur: *Descendens Jesus de monte*. In letania [g] vero post S. Thomam coniunctim nominentur.

De S. Guillelmo [a] fiat [b] sicut de S. Nicholao cum duabus 3
missis. [c] Festum autem fiat IV° Idus Ianuarii.

Abbatiae monialium de cetero [a] non construantur infra VI 4
leucas [b] a [c] nostris abbatiis, et infra se habeant distantiam X leucarum, [d] et [e] recipiant se alterutras sicut monachi [f] facere consueverunt. Indulgetur [g] etiam [h] eis ut festum XI M [i] virginum celebrent [j] cum XII lectionibus. [k]

---

[c] eiusdem: *J*. [d] dicatur: *J*. [e] stantes: $JL^1L^2MP^{10}$. [f] quibus non praemittitur: *J*. [g] dicentur: *deest J*. [h] accipiat; quod si quis: *J*. [i] noluerit: *J*.

2: $C^1JL^1P^1$. [a] de eis fiant ...: C^1. [b] ita tamen ut: *J*. [c] Sebastiano atque Fabiano: *J*. [d] etiam: C^1. [e] notatur de eis, dicatur: C^1. [f] tamen: C^1. [g] litaniis: L^1; coniunctim nominentur post beatum Thomam: C^1.

3: $C^1JL^1P^1$. [a] Willelmo: C^1P^1. [b] festum: C^1. [c] et fiat 4° ...: C^1.

4: $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] *deest* C^1; deinceps: *J*. [b] leugas: $C^1D^3T^4$. [c] ab abbatiis monachorum: *J*. [d] leugarum: $C^1D^3T^4$. *Cod.* P^3T^3 *nihil amplius dicunt.* [e] et praecipitur eis ut: C^1. [f] nostri: P^4T^4. [g] Indulgetur ... *et cetera*: *desunt in* L^2P^{10}. [h] autem: $C^1P^4T^4$. [i] 11000: P^1; 11 millium: *J*; XI millium: $C^1P^4T^4$. [j] faciant: *J*.
[k] P^4T^4 *add.*: Item praecipitur ut moniales nihil habeant proprium et abbas visitator taxet numerum personarum quem trangredi non licebit.

5 Praecipitur ut omnis varietas [a] pavimentorum de [b] ecclesiis nostris [c] intra [d] sequens Capitulum amoveantur [e], ab eo [f] tempore abbas in cuius domo istud [g] emendatum non fuerit, ad Capitulum generale veniat super [h] hoc veniam petiturus.

6 Monachi [a] egredientes de [b] Ordine, si [c] celebrent in saeculo [d], cum reversi fuerint et recepti, non celebrent, nisi de licentia Capituli generalis.

7 Sententia de adducendis equis ad Capitulum generale, sicut in quinta Distinctione VI° Capitulo continetur, firmiter teneatur. Qui vero eam transgressus fuerit [a], veniam petat in Capitulo generali, ad arbitrium [b] Capituli puniendus [c], vel ab eo qui cognoverit [d] proclametur [e].

8 Praecipitur omnibus [a] abbatibus ut [b] abbatiarum suarum tam nomina quam aetates nec non [c] et kalendas [d] in sequenti Capitulo [e] cantori Cistercii [f] studeant declarare [g]. Patres vero abbates qui praesentes sunt studeant hoc filiis suis [h] absentibus in invicem prout [i] melius potuerint [j] indicare.

9 Abbas vel monachus Ordinis [a] nostri, si in episcopum eligatur, numquam consentiat sine [b] consensu [c] abbatis [d] sui et Cisterciensis [e], nisi forte [f] a Domino Papa cogatur. Qui vero [g] aliter egerit, a societate Ordinis noverit se amotum [h]. Similiter [i] qui contra hanc sententiam iam [j] episcopatus [k] receperunt [l], a societate Ordinis noverint [m] se amotos, donec Cistercio se praesentent.

---

5 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] omnes varietates : D^3. [b] ab : *J*. [c] amoveantur : *sic finitur* C^1. [d] ante : *J*. [e] aufferatur : L^2. [f] vero : *J*. [g] id non fuerit emendatum : P^3T^3. [h] de hoc : *J*.

6 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] sacerdotes : $C^1D^3P^3T^3$. [b] ab : *J*. [c] celebrantes : $C^1D^3P^3T^3$. [d] non celebrent si reversi fuerint nisi ... : *J*.

7 : $C^1D^3JL^2MP^1P^{10}$. [a] inde veniam : C^1. [b] eiusdem : C^1. [c] *ibi finitur* C^1. [d] sciverit : *J*. [e] puniendus : *M*.

8 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] abbatibus omnibus : *J*. [b] quod : C^1. [c] menses et : *J*. [d] calendarium : *M*. [e] studeant : C^1. [f] Cisterciensi : *J*. [g] intimare : C^1. [h] abbatibus intimare, et hii qui presentes sunt omnibus abbatibus invicem prout melius potuerint declarare : C^1. [i] valuerint : *J*. [j] hoc studeant : P^1.

9 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] nostri Ordinis : JP^1. [b] absque : *J*. [c] assensu : $C^1P^4T^4$. [d] prioris abbatis et Capituli generalis : P^3T^3 ; patris sui abbatis et Cap. gen. : C^1. [e] Cisterciensis Capituli : P^4T^4. [f] forte : *deest* $D^3P^3P^4T^4$. [g] vero : P^4. [h] amoveri : $P^3P^4T^3$. *Nihil amplius apud* P^4. [i] Qui vero contra : $D^3P^3T^3$. [j] iam : *deest* $D^3P^3T^3$. [k] episcopatum : $D^3P^3T^3$. [l] acceperunt : $D^3P^3T^3$. [m] sciant : *J*.

Novitius qui ea [a] die qua egreditur regreditur [b], nihil perdit [c] 10
de ordine suo.

Districte inhibetur [a] abbatibus ne novitiorum [b] professionem 11
recipiant [c] infra annum probationis. Qui [d] autem receperit [e],
omni sexta feria sit [f] in pane et aqua et extra stallum abbatis,
donec generali Capitulo se praesentet [g] super [h] hoc veniam petiturus [i].

Inhibetur districtius ne abbatibus celebrantibus tapetia sup- 12
ponantur, et si alicubi [a] de cetero [b] praesumptum fuerit, monachi
qui supposuerint, et abbas qui [c] supra [d] celebraverit, tribus
diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

Nullus abbas de [a] cetero habeat duo sigilla, et quamdiu [b] 13
habuerit, omni quarta [c] et sexta feria sit in pane et aqua.

Praecipitur ut Duci Burgundiae per totum Ordinem sicut [a] 14
eidem dudum concessum fuerit [b], plenarium [c] servitium [d] reddatur.

Conversi [a] venientes ad domos Ordinis nostri qui nolunt dicere 15
ordinem suum refectorario requirenti, sedeant ubi refectorarius
voluerit [b], et non apponatur [c] nisi panis et aqua.

Prohibetur [a] abbatibus ne ea die qua ingrediuntur [b] infirmi- 16
torium [c], egrediantur [d].

Unusquisque conventus Ordinis [a] qui proprium sigillum habet, 17
frangat [b], et quamdiu habuerit [c], omni quarta et sexta feria sit
in pane et aqua.

---

10 : $C^1D^3JL^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] eadem : $D^3P^3T^3$. [b] revertitur : $D^3P^3T^3$. [c] perdat : P^4T^4.

11 : $C^1D^3JL^1P^1P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] Prohibetur : $D^3P^3T^3$. [b] alicuius novitii : $C^1D^3P^3T^3$. [b] accipiant : P^4T^4. [d] Transgressor omni sexta ... : $D^3P^3T^3$; Qui vero aliter fecerint : L^1. [e] acceperint : P^4T^4 ; receperint : *J*. [f] sint : JP^4T^4. [g] praesentent : P^4T^4. [h] de hoc : *J*. [i] petituri : P^4T^4.

12 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^4T^4P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] sicubi : T^3. [b] de cetero : *deest* $C^1D^3P^4T^4$. [c] eam : T^3. [d] super ea : C^1D^3.

13 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] deinceps : *J*. [b] quamdiu vero : *J*. [c] quarta et : *deest* C^1.

14 : $JL^2MP^1P^{10}$. [a] prout eidem iamdudum : *J*. [b] fuerat : L^2. [c] officium et servitium : *M*. [d] officium : P^{10}.

15 : D^3JP^1 [P^4T^4 *ann.* 1217, n° 6 *nota* [e]]. P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] Conversi hospites qui requisiti a refectorario : $D^3P^3T^3$. [b] placuerit : *J*. [c] eis ob pertinaciam illam : *J*.

16 : $D^3JL^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] Nullus abbas vel monachus : $D^3P^3T^3$. [b] ingreditur : $D^3P^3T^3$. [c] infirmitorio : T^3. [d] inde exeat : $D^3P^3T^3$.

17 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] habens : *J*. [b] illud : *J*. [c] retinuerit : *J*.

18 Abbates Hyberniae qui non venerunt ad Capitulum cum venire deberent, omni sexta feria sint in pane et aqua et extra stallum abbatis donec Cistercio se praesentent. Patres abbates hoc eis denuntient.

19 De abbate Grandis sylvae [1] qui quasdam litteras cuidam abbati infra [a] Tholosam missas, quae devenerunt ad manus Domini Cistercii, ipsi Cisterciensi subripuit et eas decerpsit, de quo etiam per litteras suas generali Capitulo directas Dominus Bernardus [b] [2] Cardinalis multa [c] conqueritur, committitur Claraevallensi.

20 Abbas de Roseriis [3] qui comiti Stephano reddidit pecuniam cuiusdam sui servientis sine eius assensu, sex diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

21 Abbatibus Trium Fontium [4] et de Alba ripa [a] [5] et de Monasterio in Argona [6] praecipitur a Capitulo generali ut accedentes ad abbatiam de [b] Claro loco, [7] diligenter inquirant a conventu iuramento ab eis corporaliter praestito, de corpore Ducis Lotharingiae, si vere translatum sit ad domum D' esturneburne [8] iuxta mandatum Capituli generalis. Quod si vere translatum invenerint, hoc ipsum sequenti Capitulo generali studeant nuntiare. Prior autem et cellerarius qui, ut dicitur, Duci et Ducissae dixerunt adhuc penes se dicti Ducis corpus se habere in dehonestationem et scandalum totius Ordinis, si eos hoc dixisse constiterit, mittantur Cistercium ad arbitrium Cisterciensis puniendi. Porro si ex iuramento conventus constiterit adhuc ibi corpus detineri, omnes illi de quorum consilio factum fuerit, mittantur Cistercium ad [c] arbitrium [d] Cisterciensis similiter puniendi.

---

18 : *JP*¹.
19 : *JP*¹. [a] intra : *J*. [b] B : *P*¹. [c] multum : *J*.
20 : *JP*¹.
21 : *JP*¹. [a] Albae ripae et Monasterii in Argona : *J*. [b] Clari loci : *J*. [c] cisterciense arbitrium : *P*¹. [d] Domini cisterciensis : *J*.

---

[1] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.
[2] Nullus erat tunc cardinalis cist. huius nominis ; agitur fors. de Rainerio Capocci, ord. cist. cardinalis creatus ab Innoc. III 1216 ; Viterbiensis episcopus 1243 ; † 1252. *SE*. 737 ; *HC*. I, 4, 51, 532.
[3] Rozières, in dioec. S. Claudii. *OC*. 26.
[4] In dioec. Catalaunensi. *OC*. 6.
[5] Auberive, in Campania, dioec. Lingonensi. *OC*. 44.
[6] Moutier-en-Argonne, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 79.
[7] Clairlieu, in Lotharingia, dioec. Nanceyensi. *OC*. 127.
[8] Sturzelbrunna, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 72.

De abbatia de Alta crista [a] [1] quae valde adnihilata est, committitur abbati Claraevallis. **22**

Abbas Theoloci [2] qui fecit ministrari carnes canonicis saecularibus in loco non competenti, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Conversus vero qui in grangia monacho nigro carnes ministravit, omni sexta feria sit in pane et aqua et ultimus per annum, et singulis capitulis quibus interfuerit, verberetur. **23**

Abbas Bellae perticae [3] qui in via Capituli dixit comitem Raymundum Tholosanum et filium eius orthodoxos [a] esse, sex diebus continuis sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et de cetero tam ipse quam alii caveant sibi a tali verbo ne sibi deterius aliquid contingat. **24**

De abbate de Fresneta [a] [4] qui anno praeterito venire debuit ad Capitulum et non venit, nec renuntiatum [b] est Capitulo si [c] poenitentiam sibi iniunctam fecerit nec etiam hoc anno venit, licet a patre abbate [5] iussus [d], tribus diebus sit in levi culpa uno [e] eorum in pane et aqua. Sequenti vero anno modis omnibus veniat [f] super hoc veniam petiturus. Pater abbas hoc ei denuntiet. **25**

Abbas de Bitikiam [a] [6] qui hoc anno non venit ad Capitulum cum venire deberet, nec sufficienter se excusavit, qualibet [b] sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis donec Cistercio se praesentet super [c] hoc sequenti Capitulo veniam petiturus. Abbas de Begar [d] [7] hoc ei denuntiet. **26**

Abbas de Alneto [a] [8] qui noluit recipere monachum abbatis **27**

22 : *JP*¹. [a] Altae cristae : *J*.
23 : *JL*¹*P*¹.
24 : *JP*¹. [a] et catholicos : *J*.
25 : *JP*¹. [a] Fresnetae : *J*. [b] renuntiavit : *J*. [c] an : *J*. [d] esset : *J*. [e] duobus : *P*¹. [f] ad illud de hoc : *J*.
26 : *JP*¹. [a] Betichem : *J*. [b] quavis : *J*. [c] de hoc : *J*. [d] Begarii : *J*.
27 : *JP*¹. [a] Alneti : *J*.

[1] Haucrêt, in Helvetia, dioec. Lausannensi. *OC*. 71.
[2] Tulley, in dioec. Bisuntinensi. *OC*. 19.
[3] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.
[4] Frenada, La Frenade, in dioec. Engolismensi. *OC*. 129.
[5] i. e. Abbas Obasinae, in dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[6] Inaudita forma pro Boquiniaco, Bequeria, Boquen in dioec. Briocensi. *OC*. 47.
[7] In dioec. Briocensi. *OC*. 18.
[8] Vel Aulnay, in dioec. Baiocensi ; vel Lannoy, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 103, 99.

de Claro maresco [1b], licet [c] ei mandaverit quod [d] satisfaceret ei de vestibus, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

28 Abbati de Gonaria [a] [2] conceditur ut de licentia episcopi sui possit baptizare Sarracenos.

29 De abbate Locedii [3] qui monachum qui sponte cesserat nec una nocte voluit [a] in hospitio [b] recipere, committitur abbati de Firmitate [c], qui rei veritatem diligenter inquirat, et si ita factum esse repererit [d], ex parte Capituli generalis iniungat ut tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et sequenti Capitulo super [e] hoc veniam petat.

30 De Galtero quondam abbate Beilandae [4], praecipitur ut mittatur ad Claramvallem, ad arbitrium Claraevallensis [a] puniendus, et tam ille quam monachi qui cum eo exierunt, sententiae conspiratorum subiaceant.

31 Abbas de Bello loco [5] qui commodavit conversum suum Falconi militi, qui [a] postea factus est custos castri eiusdem [b] Falconis, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et conversus ille statim revocetur.

32 Abbas de Briestella [a] [6] qui abbati de Vacellis [b] [7] remisit conversum suum laborantem quartana, ut dicit, licet abbas de Vacellis [c] multos annos tenuisset [d] conversum eius, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

33 Abbas de Lakuein [a] [8] qui visitans filiam suam [9], reliquit in

---

[b] Clarimaresci : *J*. [c] liceat : *perp.* P^1. [d] ut : *J*.

28 : JL^1P^1. [a] Gonariae : *J* ; Vonaria : L^1.

29 : JP^1. [a] voluerat : *J*. [b] eumdem : *J*. [c] Firmitatis : *J*. [d] audierit, ei ex parte ... : *J*. [e] de hoc : *J*.

30 : JP^1. [a] Abbatis : *J*.

31 : JP^1. [a] qui etiam : *J*. [b] militis : *J*.

32 : JP^1. [a] Abbas Briestellae : *J*. [b] Valcellis : *J*. [c] Valcellis multis annis : *J*. [d] tamen : *J*.

33 : JL^1P^1. [a] Laknem : *J* ; Lusucim : L^1.

---

[1] Clairemarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC.* 59.

[2] Inusitata forma sub qua latere potest sive Ursaria, sive Junquaria, sive Ferraria, in Hispania. *OC.* 63, 159, 163.

[3] Locedio, in Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC.* 11.

[4] Bellalanda, Byland, in dioec. Eboracensi. *OC.* 104.

[5] Belloc-en-Rouergue, in dioec. Ruthenensi. *OC.* 79.

[6] Briostella, al. Alnetum, Lannoy, in dioec. Bellovacensi. *OC.* 103.

[7] Valcellae, Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC.* 24.

[8] Lankheim, Langheim, in Bavaria, dioec. Bambergensi. *OC.* 28.

[9] Langhemii filia erat Plassium, in Bohemia, dioec. Pragensi. *OC.* 82.

scriptis suis ut non posset filius eius quatuor officiales suos deponere sine [b] eius assensu, per quadraginta dies sit extra stallum abbatis, et sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

Praecipitur a Capitulo generali ut in coemeterio corpus monachi de Monte petroso [a] [1] sepeliatur infra festivitatem [b] Omnium Sanctorum, et abbas [c] qui mandatum Capituli neglexit exequi [d] sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et si ultra distulerit sepelire, omni sexta feria sit in pane et aqua et extra stallum abbatis, donec [e] sepultum sit corpus eius. 34

Praecipitur ex parte Capituli generalis abbatibus de Bethania [a] [2], de Domo Dei [3] et de Callovio [4] ut ad partes Albigensium accedant, et abbates et monachos vel conversos quos invenerint puniendos, districte punient et castigent. Garinum [b] vero monachum qui a Tholosanis missus in Pictaviam ad conducendos [c] stipendiarios cum eorum litteris est deprehensus et duos monachos Borbonae [a] [5], qui pro comite Fuxensi [e] et pro Appamiarum proditoribus appellaverunt, mittant Cistercium, ad [f] Cisterciensis abbatis arbitrium puniendos. Praecipitur autem abbatibus de terra [g] illa ut eis provideant, quamdiu ibi fuerint in securo conductu [h] et aliis [i] necessariis competenter. 35

Auctoritate Capituli generalis praecipitur ut ossa abbatum de Locedio [a] [6] quae extra capitulum sepulta sunt, infra Pascha in capitulum reducantur ; nec luminaria de [b] cetero super sepulcra eorum ardeant. 36

---

[b] absque suo : *J*.

34 : *JP*[1]. [a] Montis petrosi : *J*. [b] festum : *J*. [c] abbas vero : *J*. [d] super hoc : *J*. [e] sit sepultum illud corpus : *J*.

35 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Bethaniae, Domus-Dei et Callovii : *J*. [b] Guarinum : *J*. [c] ducendos : *L*[2]*M*. [d] Bolbonae : *J*. [e] Fulcisensi : *J* ; Fulcissensi : *L*[2]; Fulcistensi : *P*[1]. [f] domini : *J*. [g] terrae illius : *J*. [h] conventu : *P*[10]. [i] aliisque : *J*.

36 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Locedii : *J* ; Locedia : *M*. [b] deinceps : *J*.

---

[1] Montpeyroux, in Alvernia, dioec. Claromontana. *OC*. 13.

[2] Bithaine, in dioec. Bisuntina. *OC*. 28.

[3] Domus-Dei super Carum, al. Niger Lacus, Noirlac, in dioec. Bituricensi. *OC*. 43.

[4] Chalivoix, in dioec. Bituricensi. *OC*. 52.

[5] Seu Bolbonae, Boulbonne, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.

[6] In Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC*. 11.

37 Praecipitur abbatibus de Eurebac [a] [1] et de Novo Castro [2] et de Valle uterina [3] ut haeredes comitis Villosi moneant et inducant quatenus ecclesiae Sancti-Simeonis in [b] Treveri satisfaciant. Quod si facere noluerint, corpus praefati comitis apud Otteburg [c] [4] sepultum sine [d] dilatione extumulari faciant, et quid inde factum fuerit, sequenti Capitulo studeant nuntiare.

38 Praecipitur ex parte Capituli generalis ut abbates de Alba domo [a] [5] et de Beldewas [6] personaliter [b] accedant ad Madocium filium Grifini et diligenter inquirant utrum legitima sit possessio quam contulit domui de Valle crucis [c] [7], et quid invenerint, sequenti Capitulo diligenter studeant nuntiare.

39 Praecipitur ex parte Capituli generalis Magistro de Calatrava [a] [8] ut vicecomiti de Frenac, de equo pro quo eidem Magistro pluries Capitulum scripserat, infra Pascha proximum satisfaciat. Quod si non fecerit qualibet [b] sexta feria abhinc usque dum satisfactum [c] fuerit sit in pane et aqua. Abbas de Sacramoenia [d] [9] hoc illi denuntiet et quid inde fecerit sequenti Capitulo satagat [e] nuntiare.

40 Prior [a] de Outrebrouruc [10] de quo dicitur quod conductum negavit [b] abbatibus sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua et de [c] cetero caveat sibi ipse et alii officiales illius [d] domus ne nimia inhumanitate et duritia de qua conqueruntur multi notabiles inveniantur.

---

37 : *JP*¹. [a] Eurebach, Novi-Castri et Vallis uterinae : *J*. [b] apud Trevirim : *J*. [c] Ostrebox (?) : *P*¹. [d] absque : *J*.
38 : *JP*¹. [a] Albae domus et Baudevas : *J*. [b] pluraliter : *J*. [c] Vallis crucis : *J*.
39 : *JP*¹. [a] Calatravae : *J*. [b] quavis : *J*. [c] satisfecerit : *J*. [d] Sacramoeniae : *J*. [e] studeat : *J*.
40 : *JP*¹. [a] Abbas de Outrebrournc : *J*. [b] negaverit : *J*. [c] deinceps : *J*. [d] eius : *J*.

---

[1] Seu Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC*. 20.
[2] Neuburg, in Alsatia, dioec. Argentinensi. *OC*. 18.
[3] Eusserthal, in dioec. Spirensi. *OC*. 114.
[4] Otterberg, in dioec. Moguntina. *OC*. 82.
[5] Albalanda, Whiteland, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 61.
[6] Bildewas, in dioec. Cestriensi. *OC*. 102.
[7] Seu Llanegwast, in Wallia, dioec. S. Asaphi. *OC*. 205.
[8] Militia ex ord. cister. orta. *TB*. I, 547.
[9] In Veteri Castella, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.
[10] Otturbourg (?) Oterberg, in Palatinatu, dioec. Moguntina. *OC*. 82.

Monachi et conversi mercatores in civitate Londoniensi moram ultra tres dies facientes abstineant a piscibus nec in domo de Straforda [a] [1] ultra tres dies commorentur. 41

Monachi et conversi de Monte fero [a] [2] qui abbati suo volenti venire ad Capitulum abstulerunt equitaturam, sententiae conspiratorum per omnia subiaceant. Praecipitur [b] patri abbati [3] ut eos coerceat qui volunt se subducere Ordini; quod si per se non possit, adhibeat brachium saeculare. 42

De monachis fugitivis qui dicuntur moram facere in civitate Bremensi et violenter occupaverunt domum legatam domui de Luca [a] [4], scribatur episcopo et capitulo Bremensi ut eos expellant et eis [b] habitum Ordinis auferant, quem sibi in dehonestationem [c] Ordinis usurpaverunt. Abbas de Lucca [d] litteras portet [e]. 43

Monachus Montis frigidi [5], Arnaudus, qui opposuit se in Curia romana nuntiis comitissae Montisfortis revocetur et ei per abbatem Casemarii [7] nuntietur ut infra Nativitatem Domini Cistercio se praesentet. 44

Conventui Superaddi [a] [2] districte praecipitur ut sigillum proprium, quod habere dicitur, si habet confringat, et quicumque conventus, vel [b] ille vel alius, quamdiu sigillum proprium habuerit, omni quarta et sexta feria sint in pane et aqua. 45

Monachus qui in grangia Vallis lucentis [8] oblationes mulierum recepit, et conversi qui in eadem grangia mulieribus cibaria ministraverunt, omni sexta feria per annum abstineant a vino, nisi gravis infirmitas impedierit, et ultimi sint in Ordine. 46

---

41 : *JP*¹. [a] domo Strataforda e: *J*.
42 : *JP*¹. [a] Montisferi : *J*. [b] vero : *J*.
43 : *JP*¹. [a] Luccae : *J*. [b] eisque : *J*. [c] dedecus : *J*. [d] Luccae : *J*. [e] ferat : *J*.
44 : *J*.
45 : *JL*¹*P*¹. [a] Superadae : *J*. [b] sive ille sive : *J*.
46 : *P*¹.

---

[1] Stratford Langthone, in dioec. Londinensi. *OC*. 102.
[2] In Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 207.
[3] i. e. abbas Superati, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[4] Seu Loccum, in dioec. Mindensi. *OC*. 151.
[5] Leg. Fons frigidus, in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC*. 86.
[6] Casemario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.
[7] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[8] In dioec. Senonensi. *OC*. 16.

47 Monachus Fusniensis [a] [1] qui in sermone suo abbatem suum notare [b] praesumpsit, emittatur Villarium [2] ubi ultimus sit in ordine, vel ad arbitrium Claraevallensis reversurus.

48 Monachi et conversi de Sturmer [3] qui debuerunt ministrare abbatibus venientibus ad Capitulum generale, et conversis abbatum vocando eos leccatores [4] et negaverunt eis necessaria, mittantur pedites Claremvallem ad arbitrium Claraevallensis puniendi.

49 Causa quae vertitur inter abbatem [a] de Macennaria [5] et abbatem Vallis bonae [6] de pecunia cuusdam fugitivi, committitur abbatibus de Orta [b] [7] et de Spina, [8] qui diligenter inquirant de monachatu illius et in locis illis in quibus conversatus est, et quantum de rebus illius unusquisque dictorum abbatum perceperit, et quid de [c] hoc fecerint sequenti Capitulo generali renuntient. Abbas de Accubatia [d] [9] hoc eis denuntiet et ipse quid de hoc cognoverit, in praesenti [e] certificet Capitulum generale.

50 Causa Hyberniensum super distributione lanae, quae fit singulis annis tam monachis quam conversis et super aliis exordinationibus de quibus notantur, committitur abbati Claraevallensi.

51 De milite qui vult emere grangiam de Camberon [a] [10] ad faciendam abbatiam, committitur abbatibus de Vacellis [11], de Boeriis [12] et de Laude [13], qui locum considerent, et quid inde factum fuerit,

47 : *JP*[1]. [a] Fusniacensis : *J*. [b] et redarguere : *J*.
48 : *JP*[1].
49 : *JP*[1]. [a] abbates Macennariae et Vallis bonae : *J*. [b] Ortae et Spinae : *J*. [c] super hoc : *J*. [d] Alcobatiae : *J*. [e] in praesenti : *deest J*.
50 : *JP*[1].
51 : *JP*[1]. [a] Cambronis : *J*.

[1] Fusniacum, Foigny, in dioec. Laudunensi. *OC*. 10.
[2] Villarium in Brabantia, in Belgio, dioec. Mechliniensi. *OC*. 87.
[3] Sturzer [bronn] (?), Stürzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC*. 72.
[4] Catillo, scurra, gulosus. *DC*. V, 50.
[5] Macenaria, Maceiradam, in Lusitania, dioec. Visensi. *OC*. 187.
[6] Valbuena, in Veteri Castella, dioec. Palentina. *OC*. 71.
[7] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[8] Espina, in Legione, dioec. Palentina, *OC*. 108.
[9] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulisiponensi. *OC*. 110.
[10] Cambron, in Belgio, dioec. Tornacensi. *OC*. 113.
[11] Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC*. 24.
[12] Boheriae, in Picardia, dioec. Suessionensi. *OC*. 64.
[13] Laus B. M., Loos, in dioec. Cameracensi. *OC*. 116.

renuntient sequenti Capitulo generali, et quod utile fuerit domui et honestum Ordini exequantur.

Retractatio definitionum iterum committitur [a] eisdem. 52

De campanili de Boëriis [a] [1] abbatibus Igniaci [2] et Longipontis [3] 53
committitur; abbas vero de Boëriis qui praeceptum Capituli generalis transgressus est, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbates quidem praedicti diligenter intendant [b] ut superflua [c] resecentur.

Querela abbatis Sanctae-Trinitatis [4] in Calabria contra abba- 54
tem Aquae formosae [5] super detentione quarumdam rerum iterum committitur abbatibus de Curatio [a] [6] et de Sagittario [7] qui eam pace vel iudicio terminent et sequenti anno quid de ipsa factum fuerit certificent Capitulum generale. Abbas vero de Sambucina [b] [8], qui denuntiare debuit et super hoc Capitulum certificare et non fecit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas vero de Curatio [c] qui de executione sibi commissa Capitulo non renuntiavit poena simili puniatur. Abbas Casemarii [d] [9] hoc eis denuntiet.

Querela abbatis Sancti-Leonardi [10] et abbatis Bonaevallis [11] 55
super iis quae non sunt terminata per Capitulum generale, committitur abbatibus de Morellio [a] [12], de Castellario [13] et de Tila [14], et quid inde factum fuerit sequenti Capitulo nuntietur.

---

52 : *JL¹L²MP¹P¹⁰*. [a] iisdem quibus iam commissum fuit. : *J.*; *M confundit in unum statuta* 52 et 53.
53 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] committitur : *J.* [b] incedant : *P¹⁰*; attendant : *M.* [c] illius campanilis : *J.*
54 : *JP¹*. [a] Curatii et Sagittarii : *J.* [b] Sambucinae : *J.* [c] Curatii : *J.* [d] Casemaris : *J.*
55 : *JP¹*. [a] Morellii, Castellarii et Tulae : *J.*

---

[1] Boheries, in dioec. Suessionensi. *OC.* 64.
[2] Igny, in dioec. Remensi. *OC.* 14.
[3] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionensi. *OC.* 22.
[4] SS. Trinitas de Ligno, in Calabria, dioec. Rossanensi. *OC.* 185.
[5] In Calabria citeriore, dioec. Cassanensi. *OC.* 201.
[6] Corazzo, in Calabria, dioec. Marturanensi. *OC.* 168.
[7] In regno Neapolitano, dioec. Anglonensi. *OC.* 208.
[8] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC.* 143.
[9] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC.* 58.
[10] S. Leonardus de Calmis, in dioec. Rupellensi. *OC.* 156.
[11] In dioec. Pictaviensi. *OC.* 13.
[12] B. M. de Moroliis, Moureilles, in dioec. Rupellensi. *OC.* 132.
[13] B. M. de Castellariis, Châtelliers, in dioec. Pictaviensi. *OC.* 150.
[14] Trizay (?) in dioec. Pictaviensi; vel [S]tella (?) in eadem dioec. *OC.* 85.

56 Querela abbatum de Ursaria [a] [1] et de Melone [2] iterum committitur abbatibus de Oia [b] [3], de Armentaria [4] et de Superaddo [5], qui eam pace vel iudicio terminent et anno sequenti nuntient Capitulo generali quid factum fuerit de eadem, et quia praedicti abbates neglexerunt facere praeceptum Capituli generalis sint in levi culpa tribus diebus, uno eorum in pane et aqua. Abbas de Alcubatia [c] [6] hoc eis denuntiet.

57 Querela abbatis de Thames [7] contra abbatem de Betedane [a] [8] committitur abbatibus de Waverleia [b] [9] et de Geroldone [10] et Hoisdeslée [11], et [c] quid inde fecerint, renuntient sequenti Capitulo generali.

58 Querela magistri Hugonis contra abbatem de Bullio [a] [12], committitur abbatibus de Obezina [b] [13], de Dalona [14] et de Valeta [15], et quid inde factum fuerit, sequenti Capitulo renuntient.

59 Querela quae vertitur inter Willelmum [a] Aquilarum [16] et abbatem de Voto [b] [17] committitur abbatibus de Bello becco [c] [18] et de

56 : *JP*¹. [a] Ursariae et Melonis : *J*. [b] Oiae, Armentariae et Superaddi : *J*. [c] Alcobatiae : *J*.
57 : *JP*¹. [a] Betenada : *J*. [b] Waverleiae, Geroldonae et Hoysdelée : *J*. [c] qui quod fecerint : *J*.
58 : *JP*¹. [a] Bullii : *J*. [b] Obezinae, Dalonae et Valetae : *J*.
59 : *JP*¹. [a] W. : *P*¹. [b] Voti : *J*. [c] Beaubec, Belli prati et Vallis Richerii : *J*.

[1] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.
[2] In Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 69.
[3] Oya, Hoya, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 185.
[4] Armentera, in dioec. Compostellana. *OC*. 146.
[5] Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.
[6] Alcobaça, in Lusitania, dioec. Ulisiponensi. *OC*. 110.
[7] Tama, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 46.
[8] Betlesdena, Bitlesden, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 94.
[9] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.
[10] Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventrensi. *OC*. 217.
[11] Bordesley (?) in dioec. Wigorniensi. *OC*. 53.
[12] Bulium, Le Beuil, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 148.
[13] In dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[14] In dioec. Tutelensi. *OC*. 147.
[15] La Valette, in dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[16] « Abbas Vitalis ... confirmavit compositionem factam per abbates R. de Bellobeco, I. de Bello-Prato, P. de Valle-Richerii, super quadam controversia inter monasterium de Voto et Guillelmum Aguilon, militem ... » *Neutria pia* ... a R. P. Du Monstier. Rothomagi, 1663, p. 858.
[17] Al. Valassia, Le Valasse, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 140.
[18] Beaubec, in Normannia, dioec. Rotomagensi. *OC*. 96.

Bello prato [1] et de Valle Richerii [2] qui eam infra sequens Capitulum studeant terminare et quid inde fecerint, renuntient sequenti Capitulo generali.

Querela abbatis de Gratia-Sanctae-Mariae [3] contra abbatem de Obazina [a] [4] committitur abbatibus de Dalona [b] [5], de Sancto-Leonardo [6] et de Ré [7], et quid inde factum fuerit sequenti Capitulo nuntietur. **60**

Querela abbatis de Karrazeto [a] [8] quam habet adversus abbatem Claraevallensem pro domo de Monte Ramorum [b] [9], iterum committitur abbatibus de Sacra moenia [c] [10], de Orta [11] et de Sancto-Prudentio [12], qui de abbate de Ursaria [13] et coniudicibus eius olim in causa ista datis attestationes ab eis iam pridem susceptas, si quas habent, accipiant, diligenter inquirentes quid de eis factum sit. Si non invenerint, et auditis allegationibus testibusque receptis et inspectis instrumentis utriusque partis causam sufficienter instructam et attestationes tam novas quam antiquas sub sigillis suis inclusas, nec non et instrumenta remittere studeant ad audientiam Capituli generalis, et ad istud negotium diligenter exequendum omnimodam curam studeant adhibere et quid super hoc fecerint in sequenti Capitulo studeant nuntiare. Abbas de Sacramoenia istam executionem abbati de Orta [d] et abbati Sancti-Prudentii denuntient ; sed et ipse cum eis sicut supra dictum est exequatur. **61**

Querela abbatis de Fontanis [14] in Anglia contra abbatem de **62**

---

60 : *JP*[1]. [a] Obazinae : *J*. [b] Dalonae, Sancti-Leonardi et Réi : *J*.
61 : *JP*[1]. [a] Carraseti : *J*. [b] Montis Ramorum : *J*. [c] Sacraemoeniae, Ortae et Sancti-Prudentii, qui ab abbate Ursariae : *J*. [d] Ortae : *J*.
62 : *JP*[1].

---

[1] Beaupré, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 38.
[2] Val Richer, in Normannia, dioec. Baiocensi. *OC*. 94.
[3] Al. N. D. de Charon, in dioec. Rupellensi. *OC*. 194.
[4] Obazine, in dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[5] Dalon, in dioec. Tutelensi. *OC*. 147.
[6] S. Leonardus-de-Calmis, in dioec. Rupellensi. *OC*. 156.
[7] B. M. in Insula Ré, dioec. Santonensi. *OC*. 139.
[8] Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.
[9] S. M. de Monte de Ramo, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 134.
[10] In Veteri Castella, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.
[11] Horta, Huerta, in Veteri-Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[12] In Veteri Castella, dioec. Calaguritana. *OC*. 145.
[13] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.
[14] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.

Furnesio [a] [1] committitur abbatibus de Rievalle [b], de Deulacresse [2] et de Cocheshale [3], qui diligenter inquirant rei veritatem et pace [c] vel iudicio terminent, et quid inde fecerint sequenti Capitulo nuntiare procurent.

63 Querela abbtis Vallis Christianae [4] ordinis Praemonstratensis contra abbatem Longipontis [5] ex parte Capituli Cisterciensis [a] committitur abbatibus Igniaci [6] et Signiaci [7] qui compositione inter duos [b] Ordines iamdudum facta diligenter inspecta cum aliis duobus ab abbate Vallis Christianae pro parte sua assumptis, pace vel iudicio studeant [c] terminare. Quid autem super hoc [d] fecerint sequenti Capitulo denuntient [e].

64 Querela quae vertitur inter abbatem de Scaleriis [8] [a] et abbatem de Reigniaco [9] committitur abbatibus de Fonte Morini [10], de Ripatorio [11] et de Alba ripa [12], qui rei veritate diligenter inquisita, negotium illud infra sequens Capitulum modis omnibus satagant terminare, et quid inde fecerint sequenti Capitulo denuntient.

65 Querela episcopi Sagiensis [13] et domini Ioelis de Meduano contra abbatem Perseniae [14] de quodam deposito committitur abbatibus de Curia Dei [a] [45], de Eleemosyna [16] et de Oratorio [17], qui rei veritatem diligenter inquirant et quid inde fecerint in sequenti Capitulo denuntient.

---

[a] Furnesii : *J.* [b] Rievallis : *J.* [c] hoc : *J.*

63 : *JP*[1]. [a] Cistercii : *J.* [b] ambos : *J.* [c] rem : *J.* [d] super hoc : *deest J.* [e] nuntietur : *J.*

64 : *JP*[1]. [a] Scarlegiarum ... Reigniaci ... Fontismauriniaci, Ripatorii et Albae Ripae : *J.*

65 : *JP*[1]. [a] Curiae Dei, Eleemosynae et Oratorii : *J.*

---

[1] Furness Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC.* 97.
[2] Dieulacres, in dioec. Conventrensi. *OC.* 142.
[3] Coggeshale, in dioec. Londiniensi. *OC.* 105.
[4] Val-Chrétien, in dioec. Suessionensi. *TB.* II, 3210.
[5] Longpont, in Picardia, dioec. Suessionensi. *OC.* 22.
[6] Igny, in dioec. Remensi. *OC.* 14.
[7] Signy, in dioec. Remensi. *OC.* 33.
[8] Scarleiae, Escharlis, in dioec. Senonensi. *OC.* 20.
[9] Rigny, in dioec. Senonensi. *OC.* 15.
[10] Fontmorigny, in dioec. Bituricensi. *OC.* 115.
[11] L'Arrivour, in dioec. Trecensi. *OC.* 59.
[12] Auberive, in dioec. Lingonensi. *OC.* 44.
[13] Silvester, Sagiensis episc. 1202-1220. *SE.* 626 ; *HC.* I, 427.
[14] Perseigne, in dioec. Cenomanensi. *OC.* 84.
[15] La Cour Dieu, in dioec. Aurelianensi. *OC.* 6.
[16] L'Aumône, in dioec. Blesensi. *OC.* 10.
[17] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC.* 10.

Querela monialium Sancti-Georgii [1] contra abbatem de Alna [a] [2] committitur abbatibus de Villari [3], de Vacellis [4] et de Camberona [5], qui rei veritate diligenter inquisita, pace vel iudicio [b] terminent et quid inde [c] fecerint, sequenti Capitulo denuntient. **66**

Querela quae vertitur inter Carum locum [6] et Clarum fontem [7] committitur abbatibus Vallis lucentis [8], Quintiaci [9] et de Buxeria [a] [10] et quid inde fecerint sequenti Capitulo denuntient [b]. **67**

Petitio domini Papae de militibus Calatravae [11] exauditur, et [a] Morimundensis ipsius constituitur executor. **68**

Petitio Archiepiscopi Dublinensis [12] et coepiscoporum suorum de facienda solemnitate sancti Severiani exauditur. **69**

Petitio abbatis Fossae novae [12] de facienda commemoratione sancti Stephani in cuius honore ecclesia sua dedicata est, in vesperis et in laudibus, exauditur. **70**

Petitio Iacobi thesaurarii Suessionensis de habendo plenario servitio per ordinem exauditur. **71**

Petitio episcopi Culburgensis exauditur. **72**

Petitio abbatis de Bello loco [a] [14] exauditur. **73**

---

66 : *JP*[1]. [a] Alnae... Villarii, Valcellarum et Cambroni : *J*. [b] rem : *J*. [c] inde : *deest J*.
67 : *JP*[1]. [a] Buxeriae : *J*. [b] referant : *J*.
68 : *JL*[1]*P*[1]. [a] et abbas : *J*.
69 : *JL*[1]*P*[1].
70 : *JP*[1].
71 : *JMP*[1].
72 : *P*[1].
73 : *JP*[1].

---

[1] Al. Salzinia, prope Namurcum, in Belgio. Cf. Berlière. *Monasticon belge*. Bruges, 1890, t. I, 101 ; Canivez. L'*Ordre de Citeaux en Belgique*. Scourmont, 1926, p. 317 ; *GC*. III, 601.
[2] Aulne, in Belgio, dioec. Tornacensi. *OC*. 108.
[3] Villers-en-Brabant, in Belgio, dioec. Mechliniensi. *OC*. 87.
[4] Valcellae, Vaucelles, in dioec. Cameracensi. *OC*. 24.
[5] Cambron, in Belgio, dioec. Tornacensi. *OC*. 113.
[6] Cherlieu, in dioec. Bisuntina. *OC*. 19.
[7] Clairefontaine, in dioec. Bisuntina. *OC*. 24.
[8] Vauluisant, in dioec. Senonensi. *OC*. 16.
[9] Quincy, in dioec. Senonensi. *OC*. 27.
[10] La Bussière, in dioec. Divionensi. *OC*. 19.
[11] Militia ex ord. cister. orta. *TB*. I, 547.
[12] Henricus de Londinio, Dublinensis archiepisc. 1212-1228. *SE*. 218 ; *HC*. I, 228.
[13] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC*. 37.
[14] Tunc temporis erant tria monasteria virorum huius nominis : in dioec. Lingonensi, Ruthenensi et Wintoniensi. *OC*. 160, 79, 210.

74 Petitio abbatum Angliae exauditur ut statuantur abbates in partibus illis, quorum consilio omnes alii utantur in causis gravioribus et tribulationibus, si [a] tale quoddam [b] emerserit quod [c] non possit [d] Capitulum generale expectare vel consilium patrum abbatum, salva tamen [e] auctoritate [f] patrum abbatum et paternitate. Illi [g] vero cum necesse fuerit [h] consilio patrum abbatum mutari poterunt. Haec sunt [i] nomina patrum abbatum, de Fontanis [1], de Rievalle [j] [2], de Waverlegia [k] [3], de Margan [4] et de Bello loco [5].

75 Petitio comitis Syfridi de procurando pauperes in hospitali abbatiae Sancti-Michaelis [6] secundum redditus quos assignaverit exauditur, ita tamen quod per personas illius domus hospitale id administretur.

76 Abbatibus de Fontanis, de Rievalle [a], de Waverleia, de Sola [7] et de Margan, de Furnesio [8] et de Estaford [9], auctoritate Capituli generalis committitur [b] ut pecuniam colligant quam abbates Angliae, Scotiae, Walliae et Hyberniae, in usus eorum qui Romam ituri sunt, dare deberent, et eam infra festum Purificationis B. Mariae, in domo de Claromaresco [c] [10], omni occasione postposita reconsignent [d]. Abbates autem qui eis inobedientes extiterint in solvendo, extra stallum abbatis sint, et omni sexta feria in pane et aqua et [e] ad instans Capitulum generale veniant super

---

[a] Belli loci : *J*.

74 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] si tamen tale quid : *J*. [b] quidem : P^1 ; quiddam : L^2P^{10}. [c] unde : *J*. [d] expectare : P^1. [e] videlicet : *J*. [f] paternitatis ipsorum : *J*. [g] Isti vero consultores : *J* ; Ipsi : *M*. [h] de : *J*. [i] vero nomina ipsorum : *J*. [j] Rievallis, Waverliae : *J*. [k] Waverlegia : $L^1L^2P^{10}$.

75 : JP^1.

76 : JL^1P^1. [a] Rievallis, Waverleiae, Solae ... Furnesii et Strafordii : *J*. [b] praecipitur : L^1. [c] Clarimaresci : *J*. [d] resignent : *J*. [e] et sequenti Capitulo generali de hoc : *J*.

---

[1] Fountains, in dioec. Eboracensi. *OC*. 37.

[2] Rievaulx abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 22.

[3] Waverley, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 16.

[4] In Wallia, dioec. Landavensi. *OC*. 107.

[5] Beaulieu-Abbey, in dioec. Wintoniensi. *OC*. 210.

[6] Lapis S. Michaelis, Michelstein, in ducatu Brunsvicensi, dioec. Halberstadensi. *OC*. 89.

[7] Sawley, Sallay, in dioec. Eboracensi. *OC*. 109.

[8] Furness Abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 97.

[9] Stratford, in dioec. Londinensi. *OC*. 102.

[10] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC*. 59.

hoc veniam petituri. De summa autem pecuniae eis credatur : residua autem pars[f] Ordinis committitur Domino Cistercii et quatuor primis abbatibus, et praecipitur ut istis abbatibus quos isti miserint, credatur. Qui vero eis inobedientes extiterint, poena supradicta puniantur.

Siardus qui, meritis suis exigentibus, eiectus est ad[a] portam **77**
de Tuta insula[1], et quia mortem minatus est patri abbati[2] revocatus est a porta, et promotus in abbatem, de quo et alia peremptoria dicuntur, deponitur in[b] continenti, et ad Claramvallem ibidem moram facturus. Pater vero abbas qui tam indignum promovit et statim post promotionem litteras visitationis domus de Hovedia[c] [3] tam indigno commisit, deponitur similiter in instanti.

Abbas de Tileto[a] [4] qui filium abbatem Casae novae[5] electum **78**
in episcopatum sine[b] postulatione clericorum et sine mandato archiepiscopi Turitani[6], auctoritate propria confirmavit ad ipsius petitionem, et qui quasdam litteras sigillatas ad quemdam militem missas sine licentia aperuit, et ubi[c] decem librae appositae fuerunt, duodecim apposuit[d] et iterum[e] sigillavit, deponitur in instanti. Abbas[f] Locedii[7] et Strafarde[8] qui dictae confirmationi interfuerunt nec restiterunt, sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Abbas Strafarde abbati Locedii hoc denuntiet.

Abbas Sambucinae[9] qui in abbatia de Everbac[a] [10] per sex **79**
septimanas moram faciens in infirmitorio, et monachos fraudu-

---

[f] quae ad Ordinem totum : *J.*

77 : *JP*[1]. [a] extra portam Tutae insulae : *J.* [b] in instanti : *J.* [c] Hovediae : *J.*

78 : *JP*[1]. [a] Abbas Tileti : *J.* [b] absque : *J.* [c] cum decem ... essent : *J.* [d] subinscripsit : *J.* [e] easdem : *J.* [f] Abbas vero : *J.*

79 : *JP*[1]. [a] Euerbach : *J.*

---

[1] Tuttero, in Norvegia, dioec. Nidrosiensi. *OC.* 213.

[2] i. e. abbas de Lysa, Lyse Kloster, in Norvegia, dioec. Bergensi. *OC.* 88.

[3] Hovedoa, Hovedö Kloster, in insula Hofudeya, dioec. Osloensi Norvegiae. *OC.* 93.

[4] Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquensi. *OC.* 9.

[5] In Pedemontio, dioec. Taurinensi. *OC.* 121.

[6] Biagius (Blasius), 1198-† c. 1218. *SE.* 839 ; *HC.* I, 503.

[7] In Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC.* 11.

[8] Stafarda, in Pedemontio, dioec. Salutiensi. *OC.* 36.

[9] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC.* 143.

[10] Eberbach, in Nassovia, dioec. Moguntina. *OC.* 30.

lenter et ignorante abbate domus seduxit, et usque in terram suam secum duxit, quorum [b] unus in itinere decessit, deponitur in instanti.

80 Abbas de Plachiis [a] [1] qui supra formam Ordinis filium suum deposuit, sicut tres abbates testantur per litteras, deponitur in instanti.

81 Capitulum generale moniales de Trebnitz Ordini incorporat. Abbates C[onradus] [2] de Cistercio, R. [3] de Firmitate, G[ualterus] [4] de Pontiniaco, W[illelmus] [5] de Claravalle, P. [6] de Morimundo hoc testantur.

82 Praecipitur ut abbatibus et personis Ordinis per totum Ordinem tam in grangiis quam in abbatiis necessaria secundum domorum facultates ministrentur, nec [a] oporteat conqueri. Transgressores vero super hoc comprobati, per visitatores vel per generale Capitulum, prout meruerint, puniantur.

83 Nullus abbas amodo quamdiu conventum tenuerit, monachum vel conversum sibi destinatum renuat retinere. Potest tamen pater abbas in visitatione praecipere, si domum invenerit nimis oppressam, ut omnes hospites emittantur.

84 Moniales quae de cetero incorporantur Ordini, sicut definitum est, penitus includantur, et nullum [a] habeant proprium. Liceat tamen abbatissae cum duabus egredi propter inevitabiles causas, de licentia abbatis cui commissae sunt, si potest fieri, quod tamen rarissime fiat et honeste. Qui visitator taxet numerum personarum quem transgredi non liceat [b].

---

[b] quorum ... decessit : *deest in J.*
80 : *JP*[1]. [a] Planchiis : *J.*
81 : *W.* ex Grünhagen, *Schlesische Regesten,* I, 101.
82 : *D*[3] [*P*[3]*T*[3] *ann.* 1210]. [a] nunc : *perp.* *T*[3].
83 : *D*[3] [*P*[3]*T*[3] *ann.* 1210].
84 : *D*[3] [*P*[3]*T*[3] *ann.* 1210]. [a] et nihil : *T*[3]. [b] licet : *T*[3].

---

[1] Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragensi. *OC.* 82. duas filias genuit Gradicium et Welehradum.

[2] Conradus d'Urach, antea abbas Villariensis in Brabantia, dein Clarevallensis et Cisterciensis ; cardinalis creatus 1219 † 1227. *BB.* I, 1017.

[3] Apud *AC.* I, 493 et *GC.* IV, 1023, abbas Firmitatis citatur Odo in hisce annis.

[4] Gualterus, Pontiniacensis abbas 1212, Carnotensis episcopus 1219 ; † 1234. *AC.* I, 499 ; *GC.* XII, 445.

[5] Claraevallensis 12us abbas, 1217-1221. *AC.* I, 507 ; *GC.* IV, 804.

[6] Juxta *AC.* I, 520 et *GC.* IV, 818, erat tunc Morimundensis abbas Guido,

In singulis domibus nostris dicatur ab unoquoque sacerdote collecta *Praesta Domine quaesumus*, in crastino Annuntiationis dominicae, pro rege Richardo. 85

Innovamus ut quicumque monachus vel conversus pro culpa sua vel inquietatione a domo sua emittitur, pedes eat et redeat, et hoc in litteris suis viaticis conscribatur. 86

1219

Praecipitur ut [a] nullus abbas, quamdiu conventum suum tenuerit, monachum vel conversum sibi ab abbate aliquo destinatum renuat detinere. 1

Innovamus ut quicumque monachus vel conversus pro culpa sua, vel [a] inquietatione a domo propria emittitur [b], non nisi pedes eat et redeat, et hoc in litteris suis viaticis conscribatur [c]. 2

Sententia de garcionibus [a] retractatur de ingressu in quatuor primas domos. 3

Sententia vero de poena [a] conversorum quorum servientes rixam fecerint, teneatur, scilicet quod sex diebus continuis a vino abstineant [b]. 4

Universis abbatibus inhibetur [a] ne [b] pelles secum deferant [c] ad [d] cooperiendum [e]; transgressores [f] autem omni sexta feria sint in pane et aqua, quamdiu talia [g] habuerint ad hunc usum. 5

Inhibetur abbatibus ad Capitulum venientibus et redeuntibus, 6

---

85 : D^3 [P^3T^3 *ann.* 1210].

86 : D^3 [P^3T^3 *ann.* 1210].

1 : $C^1JL^2MP^1P^{10}$ [D^3 *ann.* 1218, *n*° 83. *cf. ibid.*]. [a] Praecipitur ut : *deest* C^1.

2 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$ [D^3 *ann.* 1218, *n*° 86 *cf. ibid.*]. [a] et : *J* ; aut : $L^1L^2MP^1$. [b] pedes vadat et redeat : C^1. [c] contineatur : C^1 *qui add.* : Qui vero pro necessitate monachum vel conversum emiserit equitaturam ei provideat usque ad locum quo pervenire debuerit.

3 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] servis non intromittendis in quatuor domos primas : *J*.

4 : $JMP^1P^4T^4$. [a] Sententia poenae... : *J*. [b] *apud* P^4T^4 : Sententia de garcionibus ita teneatur ut conversi quorum pueri rixam fecerint in via (viam : P^4) Capituli sex diebus continuis a vino abstineant a die illa qua factus fuerit tumultus.

5 : $C^1JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] prohibetur : *M*. [b] Nullus abbas pelles : C^1. [c] ferant : P^1. [d] quibus cooperiantur : C^1. [e] se : *J*. [f] Transgressor quamdiu eas tenuerit sit : C^1. [g] eas : *J*.

6 : $JL^2MP^1P^{10}$.

ne de cetero morentur ultra unam noctem apud [a] Vezelaïcum [1] ubi benigne suscipiuntur, nisi gravi fuerint infirmitate detenti.

7 Omnibus abbatibus Angliae, Walliae [a] et Hyberniae, auctoritate Capituli generalis praecipitur ut omnibus personis Ordinis [b] per se transeuntibus ita charitative et liberaliter, tum in abbatiis quam in grangiis, quae necessaria sunt tam personis [c] quam equis, ministrentur, ut clamor qui [d] in generali Capitulo super hoc [e] insonuit, per correctionis evidentiam subito conquiescat; ab aliis omnibus [f] et in omni regione et natione, haec sententia iuxta domorum facultates inviolabiliter observetur. Transgressores [g] super hoc convicti [h], per visitatores vel per generale Capitulum, prout meruerint, puniantur [i].

8 Petitio domini Portuensis [2] [a], ut singulis diebus statim post Primam voce mediocri cantetur [b]: *Salve Regina* cum versiculo et tribus collectis, videlicet *Adsit nobis, Concede nos famulos tuos... Deus fidelium omnium pastor...* quae dicendae sunt ab eo qui conventum tenuerit, monachis in stallis suis manentibus dum antiphona canitur, et semotis a podio et facies suas habentibus ad altare, exauditur.

9 Petitio domini [a] Cistercii de faciendo anniversario regis Richardi in domo Cisterciensi [b] exauditur, et [c] in singulis domibus Ordinis nostri dicatur a singulis sacerdotibus in missa privata: [d] *Praesta Domine...* in octava Annuntiationis Dominicae, pro dicto rege qui eodem die dicitur migravisse.

10 Statuitur, auctoritate Capituli generalis, ut quadrigarii Ordinis

---

[a] ad: P^{10}.

7: $C^1JP^1P^4T^4$. [D^3 *ann.* 1218, n. 82. *cf. ibid.*]. [a] Valliae: JP^1. [b] Ordinis: *deest* T^4. [c] monachis: T^4. [d] de eis: P^4T^4. [e] in auribus totius Capituli: P^4T^4. [f] etiam: P^4T^4. [g] vero: P^4. [h] comprobati: P^4T^4. [i] P^4T^4 *add.* et quia etiam de ferraturis equorum quaestio facta est in Capitulo praecipitur ut in illis sicut in aliis omnibus personis Ordinis nostri provideatur.

8: $JL^2MP^1P^{10}$. [a] exauditur qua petit ut: *J*. [b] in conventu: *J*.

9: $C^1JL^2MP^1P^{10}$. [D^3 *ann.* 1218, nº 85 *cf. ibid.*]. [a] abbatis: C^1. [b] Cistercii: *J*. [c] etiam dicatur: *J*; et unusquisque sacerdos per omnes domos dicat pro eo collectam: *Praesta, Domine, quaesumus,* videlicet in crastino Annuntiationis: C^1. [d] pro dicto rege: *J*.

10: $JL^2MP^1P^{10}$.

---

[1] Vezelay, abbatia O. S. B.

[2] Conradus d'Urach, antea abbas Villariensis in Brabantia, Claraevallensis abb. 1215; Cisterciensis abb. 1217; Portuensis card. episc. 1219; † 1227. *SF.* p. IX; *HC.* I, 5, 36.

nostri euntes ad halletia [a] vel redeuntes, in domo de Clairmarais [b] [1] vel in grangiis eius non ibi [c] pernoctent, nisi ter in eundo et redeundo [d]; quod si amplius pernoctaverint, sibi provideant in avena.

Quicumque Londonias [a] veniunt, causa litigii vel cuiuscumque 11
negotiationis, non morentur in domo de Strafford [b] [2] infra quindenam nisi per tres dies [c]; diutius immorantibus, non [d] vinum, non sincera [e] nec cervisia [f] ministretur, non eorum equis avena vel [g] palea praebeantur.

Moniales quae de [a] cetero incorporantur Ordini [b] nostro, sicut 12
diffinitum est, penitus includantur et nihil habeant proprium. Liceat autem [c] abbatissae cum duabus egredi monialibus propter inevitabiles causas [d], de licentia abbatis [e] si fieri potest; quod tamen [f] rarissime fiat et honeste, et abbas visitator taxet numerum personarum quem transgredi non licebit.

Singuli abbates, cum ad domos proprias venerint [a], missam de 13
Spiritu Sancto celebrent in persona propria solemniter in conventu, monachis omnibus assistentibus, donec post evangelium singuli [b] singulas missas celebrent de Spiritu Sancto pro domino Papa.

De abbate de Moris [3] qui dicitur improperasse domino Cister- 14
cii in capitulo Claraevallis quod in 150 [a] equis ad [b] domum suam venisset, cum in [c] sex tantum venerit, et quod conversi sui bibebant de nocte aliis dormientibus, quod inventum est aliter se habere [d] et de converso quem remisit ad abbatem suum vacuum

---

[a] halecia : *J*; allexia : *M*; allectia : *P*[1]. [b] Claromaresci : *J*. [c] ibi : *deest* *L*[2]*MP*[10]. [d] *J add.* : per annum.

11 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Londonium pergunt : *J*; Londoniae : *P*[1]. [b] Strafardae : *J*; Stafford : *M*; Estrafort : *P*[1]; Estraffort : *P*[10]. [c] plus quam tres dies; diutius vero : *J*. [d] nec... nec ...: *J*. [e] sicera : *L*[2]; sicera vel cervicia : *J*. [f] servisia : *P*[1]. [g] nec paleae : *M*.

12 : *C*[1]*JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [*D*[3] *ann.* 1218, *n*[o] 84. *cf. ibid.*]. [a] deinceps : *J*. [b] penitus includantur : *C*[1]. [c] tamen : *C*[1]. [d] et necessitates, idque de licentia... : *J*. [e] cui commissae sunt : *C*[1]. [f] honeste et : *C*[1].

13 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] post Capitulum : *J*. [b] singuli : *deest* *P*[1].

14 : *JL*[1]*L*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] quindecim : *M*. [b] in : *P*[10]. [c] in : *deest* *J*. [d] habuisse, ideoque mendacium hoc esse. Qui praeterea conversum Fusniacensis abbatis remisit ad eum dicens : *J*.

---

[1] Clairmarais, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC.* 59.

[2] Stratefordia, Stratford Langthone, in dioec. Londinensi. *OC.* 102.

[3] Morae, Mores, in dioec. Trecensi Campaniae gall. *OC.* 135.

dicens, quod abbas Fusniacensis [1] furem suum ei [e] misisset sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, tres dies faciat in Cistercio, tres in Claravalle, et per quadraginta dies sit extra stallum abbatis et amodo sibi a verbis levibus et risum moventibus caveat, intuentibus se compositum exhibens et maturum.

15 Abbas de Petra [a] [2] qui suscepit professionem abbatis Grandis sylvae [3], inordinate cedentis [b], tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

16 Abbas Superadi [a] [4] qui dicit [b] quod non potuit certificare Capitulum generale utrum [c] puniti fuissent monachi et conversi Montisferi [d] [5] qui abbati suo volenti venire ad Capitulum generale abstulerunt equitaturam, sententia conspiratorum cui subiacere adiudicati fuerant per Capitulum generale, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et statim eidem committitur et quid inde factum fuerit, sequenti Capitulo studeat nuntiare.

17 Abbas de Luca [a] [6] qui dicitur benedixisse novitium ante annum probationis, omni sexta feria sit in pane et aqua, donec Cistercio se praesentet.

18 De abbate de Ochet [7] de quo conqueritur episcopus Pragensis [a] [8], et contra quem scribit dominus Portuensis conquerendo, [b] committitur priori [c] abbati qui convocatis vicinis abbatibus, causam diligenter inquirat, et si depositione dignum invenerit, auctoritate Capituli generalis exequatur. Abbas de Place [d] [9] hoc ei denuntiet.

---

[e] sibi : *JL*[2].

15 : *JP*[1]. [a] Abbas Petrae : *J*. [b] sedentis : *perp.* *P*[1].

16 : *JMP*[1]. [a] Superadae : *J* ; Superaddi : *M*. [b] se non potuisse : *J*. [c] an : *J*. [d] de Monte Sibo : *P*[1] ; de Monte-fori : *M*.

17 : *JMP*[1]*W*. [a] Abbas Lucae : *J*.

18 : *JP*[1]. [a] Peragensis : *P*[1]. [b] etiam : *J*. [c] Patri : *J*. [d] Abbas Placecii : *J*.

---

[1] Fusniacum, Foigny, in dioec. Laudunensi. *OC*. 10.

[2] N. D. des Pierres, in dioec. Bituricensi. *OC*. 116.

[3] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.

[4] Superatum, Sobrado, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 67.

[5] Monfero, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC*. 207.

[6] Loccum, in provin. Hannov. dioec. Mindensi. *OC*. 151.

[7] i. e. Ossecum, Ossegg, in Bohemia, dioec. olim Pragensi, post Litomericensi. *OC*. 197.

[8] Andreas de Guttenstein, 1215-1224. *SE*. 303 ; *HC*. I, 408.

[9] Plassium, Plass, in Bohemia, dioec. Pragensi. *OC*. 82.

19 Abbas de Benehuse [1] qui sepilivit comitem Palatinum in capitulo suo, qui plurimis damnificatis non satisfecerat competenter, et quemdam alium nobilem sepelivit in capella quam construxerat, quod ad parrochialem presbyterum pertinebat ei persolvens, unde in terra illa exortum est scandalum magnum, sex diebus sit in levi culpa, tribus eorum in pane et aqua, et per quadraginta diebus maneat extra stallum abbatis.

20 Abbas de Estafarda [a] [2] ab impetitione monachi qui conqueritur de mantica perdita absolvitur et sexaginta secundum quos eidem monacho mutuo tradidit si amissam pecuniam rehaberi de ipsa recipiat, residuum vero pecuniae abbati Claraevallensi restituet, ad quem dinocitur pertinere; abbas vero pro posse suo laboret qualiter illa pecunia valeat rehaberi, quod si non contingat abbas Claraevallensis cuius erat nuntium, si tamen illa pecunia non fuerit mutuata. Primus abbas [3] qui presens est hoc illi denuntiet.

21 Abbas de Claustro [a] [4] pro excessibus suis pro quibus proclamatus fuit in Capitulo, sit tribus diebus in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

22 Abbates quibus collecta [a] imposita pro itinere romano, a Divione non recedant donec satisfecerint. Patres [b] abbates eos faciant qui solverunt [c] et qui soluturi [d] sunt diligentius [e] annotari.

23 Abbas [a] Lucae [5] qui non renuntiavit Capitulo generali quid actum sit de monachis fugitivis moram facientibus in civitate Bremensi [6], tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et iterum committitur eidem [b] in sequenti Capitulo renun-

19 : *JP*[1].
20 : *JP*[1]. [a] Abbas Estafardae : *J*.
21 : *JP*[1]. [a] Abbas Claustri : *J*.
22 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] pecuniarum : *J*. [b] Patres vero : *J*. [c] solverint : *P*[1]. [d] solvituri : *P*[10]. [e] diligentibus : *P*[10].
23 : *JP*[1]. [a] Abbates de Luca ... renuntiantur : *P*[1]. [b] eisdem : *P*[1].

[1] Bebenhausen, in regno Wirtembirgico, ant. dioec. Constantiensi. *OC*. 191.
[2] Stratefordia, Statford Langthorne, in dioec. Londoniensi, de linea Claraevallis. *OC*. 102.
[3] i. e. Saviniacensis abbas, cuius Stratefordia erat filia. *OC*. 95.
[4] Claustrum novum, seu Himmerod, in dioec. Trevirensi. *OC*. 31.
[5] Loccum, in prov. Hannov. dioec. Mindensi. *OC*. 67.
[6] Cf. ann. 1218, n° 43.

ciare quid actum sit, super hoc veniam petiturus. Abbas de Campo-Sanctae-Mariae [c] [4] hoc ei denuntiet.

24 Abbas Casemarii [a] [2] qui non denuntiavit abbatibus Curatii [3], Sambucinae [4] et de Sagitario [b] [5] poenam eis a Capitulo iniunctam, non certificavit super [c] hoc Capitulum generale, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Abbas Claraevallis hoc ei faciat denuntiare.

25 Abbas [a] Casemarii [6] qui requisitus a domino [b] Portuensi [7], ut concederet ei monachum ad habitandum cum eo, noluit [c] consentire, sed etiam contumeliose locutus est, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et sexaginta diebus extra stallum abbatis, et veniat ad pedes domini Portuensis veniam petiturus. Abbas Claraevallis hoc ei faciat nuntiari.

26 Abbates de Miratorio [a] [8] et de Persenia [9], in quorum ecclesiis sepultae sunt personae saeculares contra statuta [b] Ordinis, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua, et locus aptus provideatur corporibus [c] transferendis tempore opportuno.

27 De abbate de Rocha [a] [10] qui electus et [b] promotus in matre domo, susceptis professionibus, sequenti die cessit, ut dicitur, iterum [c] promotus est in abbatem non professus, committitur abbatibus de Claromonte [d] [11] et de Trapa [12], qui auctoritate Capituli gene-

---

[c] Abbas Campi ... : *J*.

24 : *JP*¹. [a] Casemaris : *J*. [b] Sagitarii : *J*. [c] de hoc : *J*.

25 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Idem abbas Casemaris : *J*. [b] cardinali : *J*. [c] non modo noluit, sed etiam : *M*.

26 : *JL*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Abbates Miratorii et Perseniae : *J*. [b] statutum : *L*²*MP*¹⁰. [c] illis : *J*.

27 : *JP*¹. [a] De abbate Rupae : *J*. [b] ac : *J*. [c] qui etiam nundum professus promotus ... : *J*. [d] abbatibus Clarimontis et Trappae : *J*.

---

[1] Seu Marienfeld, in Westphalia, dioec. Monasteriensi. *OC*. 185.

[2] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC*. 58.

[3] Corazzo, in Calabria, dioec. Marturanensi. *OC*. 168.

[4] In Calabria, dioec. Bisianensi. *OC*. 143.

[5] In regno Neapolitano, dioec. Anglonensi. *OC*. 208.

[6] Cf. in stat. praeced.

[7] Conradus d'Urach, ord. cist. cf. supra stat. nº 8.

[8] Le Miroir, in dioec. Aeduensi. *OC*. 20.

[9] Perseigne, in dioec. Cenomanensi. *OC*. 84.

[10] Les Roches, in dioec. Nivernensi ; vel Roche-abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 45, 95.

[11] Clairmont, in dioec. Valleguidonensi. *OC*. 131.

[12] La Trappe, in Normannia, dioec. Sagiensi. *OC*. 105.

ralis, si ita invenerint, ipsum sine retractatione deponant, et quod factum fuerit, sequenti Capitulo nuntietur.

Abbas de Charmeia [a] [1] qui monachum suum noluit recipere ad mandatum domini Cistercii [b], tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua; provideant autem de cetero [c] omnes abbates ut monachis sibi destinatis a Cisterciensi [d], ita provideant ut in domibus suis recipiantur, vel in aliis competenter, si recipi valeant ordinate. 28

Abbas de Sauterea [a] [2] qui hospitem sibi missum [b] de Bellanda [3] retinere noluit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua et monachum remissum retineat. Abbas de Furnesio [c] [4] hoc ei nuntiet. 29

Abbates de Anglia [a] qui monachos vel conversos concesserunt episcopis vel aliis personis saecularibus, ut essent in obsequio [b] vel [c] officiales eorum, infra Pascha eos revocent, alioquin omni sexta feria sint in pane et aqua quousque fuerint revocati, et pro excessu quem fecerint tribus diebus sint in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. 30

De priore de Albis petris [a] [5] qui sine licentia abbatis sui venit ad Claramvallem et, ut dicitur, litteras misit, emittatur a domo propria non nisi per generale Capitulum reversurus. 31

De priore Curiae Dei [6] qui conversos venientes ad Capitulum generale vocavit ribaldos, ut dicitur, visitatori committitur. 32

Auctoritate Capituli generalis praecipitur abbatibus de Trapa [a] [7] et de Cume [b] [8], ut personnaliter [c] accedant ad partes Hy- 33

---

28 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] Abbas Charmeiae : *J*; Carmera : *P¹⁰*. [b] Cisterciensis : *J*. [c] deinceps : *J*. [d] a domino Cistercii : *J*; a Cistercio : *M*.
29 : *JP¹*. [a] Abbas Soteriae : *J*. [b] a Beelandae domo : *J*. [c] Abbas Furnesii hoc ei denuntiet : *J*.
30 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] Abbates Angliae : *J*. [b] earum vel : *J*. [c] per officiales : *L²MP¹⁰*.
31 : *JP¹*. [a] De priore Albarum petrarum : *J*.
32 : *JP¹*.
33 : *JP¹*. [a] Trapae : *J*. [b] Cumir : *J*. [c] pluraliter : *J*.

---

[1] La Charmoie, in dioec. Catalaunensi. *OC*. 155.
[2] Seu Saltereya, Saltrey, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 95.
[3] Bellalanda, Byland, in dioec. Eboracensi. *OC*. 104.
[4] Furness abbey, in dioec. Eboracensi. *OC*. 97.
[5] Aubepierre, in dioec. Lemovicensi. *OC*. 115.
[6] La Cour Dieu, in dioec. Aurelianensi. *OC*. 6.
[7] La Trappe, in Normannia. *OC*. 105.
[8] Cumira, Cumhir, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 74.

berniae ubi multa, sicut dicitur, enormia successerunt, et eadem auctoritate, quae corrigenda sunt corrigant et statuant statuenda, et quid inde factum fuerit sequenti Capitulo nuntietur.

34 Auctoritate Capituli generalis praecipitur [a] ut frater Peregrinus quondam abbas Villae Longae [1] sine speciali licentia [b] Capituli in Gasconiam nullatenus revertatur.

35 Auctoritate Capituli generalis praecipitur Magistro Calatravae [2] quod [a] pretium equi pro quo toties abbates venientes ad Capitulum generale sunt vexati, abbati de Sacramoenia [b, 3] committatur ad sequens Capitulum generale deferendum et fiat [c] huius pretii aestimatio de bonorum virorum arbitrio sine dolo.

36 Auctoritate Capituli generalis praecipitur omnibus abbatibus in legatione [a] Bertrami constitutis ut quoscumque monachos aut conversos, fautores [b] haereticorum comprobaverint vel [c] modo aliquo excepto confessionis titulo compererint, a domibus propriis eliminent, ad loca remotissima transmittentes [d], non reversuros, nisi de licentia Capituli generalis. Inobedientibus [e] huic sententiae, habitus auferatur [f], et de [g] Ordine expellantur. Qui praesentes sunt hoc absentibus studeant nuntiare.

37 Abbatiae de Bellomonte [a] [4] et de Jubin [b] [5], per indulgentiam Capituli mutuo se visitent ad tempus, quia [c] non possunt aliter visitari.

38 De abbatia de Barona [a] [6] paupere et oppressa pondere debitorum utrum retineri valeat an non debeat derelinqui, committitur abbatibus de Locedio [b] [7], de Caravalle [8] et de Ponte [9] qui rem

---

34 : *JP*¹. [a] praecipitur : *deest P*¹. [b] eiusdem : *J.*
35 : *JP*¹. [a] ut : *J.* [b] Sacramoeniae : *J.* [c] autem : *J.*
36 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] in legatione : *deest in P*¹. [b] fotores : *P*¹. [c] vel modo ... compererint : *desunt apud M.* [d] transferentes : *M.* [e] vero : *J.* [f] aufferatur : *P*¹. [g] ab : *JL²MP¹⁰.*
37 : *JL²MP¹P¹⁰*. [a] Bellimontis : *J.* [b] Iubinii : *J* ; Tubin : *M.* [c] eo quod modo non possunt aliter visitari : *J.*
38 : *JP*¹. [a] Baronae : *J.* [b] Locedii, Caraevallis et Pontis : *J.*

---

[1] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC.* 122.
[2] Calatrava, militia monachilis ex Ord. cist. orta. *TB.* I. 547.
[3] In Veteri Castella, dioec. Segoviensi. *OC.* 67.
[4] Belmont, in Syria, dioec. Tripolitana. *OC.* 139.
[5] i. e. Sanctus-Georgius de Iubino, in Montana-Nigra, prope Antiochiam Syriae. *OC.* 217.
[6] Barona, in Lombardia, dioec. Papiensi. *OC.* 216.
[7] In Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC.* 11.
[8] Chiaravalle di Milano. *OC.* 39.
[9] Pons Trebiae, seu Quartazzola, in dioec. Placentina. *OC.* 221.

diligenter inquirant et quid invenerint, sequenti Capitulo studeant nuntiare ; interim autem abbas de Tylieto [1] curam domus illius habeat.

Monachi Novae Vallis [2], qui requisiti a detentoribus alicuius [a] rei in maleficio deprehensi, quidnam deberet de illo fieri [b], responderunt : Facite quod facere debetis, et [c] ita suspensus est, sine dispensatione speciali domini Papae officia sua exequi non praesumant. 39

Conversus de Ousburge [a] [3] qui contra prohibitionem abbatis sui discurrens non vult reverti, revocetur et nisi infra Purificationem beatae Mariae reversus fuerit, pro fugitivo habeatur. Abbas de Sancta-Cruce [b] [4] in Austria hoc ei denuntiet. 40

Magister grangiae de Esturmiers [a] qui noluit visitare duos abbates infirmos, et appositus est eis panis sine pitantia, ad abbatiam Fontineti [5] pedes vadat, in capitulo verberetur, et ad terram tribus diebus comedat, grosso pane et aqua et uno pulmento contentus. 41

De grangia Villaelongae [6] quam abbas Gundoniae [7] sibi vendicat, et repetit tamquam suam, committitur abbatibus de Grandisylva [a] [8], de Borbona [9] et Bellaeperticae [10], qui pace vel iudicio terminant quid inde factum fuerit in sequenti Capitulo narraturi. 42

Negotium de distractione grangiae de Cambrun [a] [11], ad cons- 43

---

39 : *JL²MP¹P¹⁰W*. [a] fortis, tantus rigor exercitus est quia ex tali responso suspensus est reus a detentoribus non a iudice, hoc est, non fuit legitime condemnatus ... : *P¹⁰*. [b] quid non deberet illos fieri : *P¹*. [c] atque ita ille suspensus est, ipsi sine... : *J*.

40 : *JP¹*. [a] Osneburg : *J*. [b] Abbas Sanctae-Crucis : *J*.

41 : *JMP¹*. [a] Esturmurs : *M*.

42 : *JP¹*. [a] abbatibus Grandsis sylvae, Borbonae : *J*.

43 : *JP¹*. [a] Camberoni : *J*.

---

[1] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquensi. *OC*. 9.

[2] Seu Nydala, in Suecia, dioec. Lincopensi. *OC*. 74.

[3] Otterburgum (?) in Palatinatu, dioec. Moguntina. *OC*. 173.

[4] Heiligenkreuz, in dioec. Vindobonensi. *OC*. 36.

[5] Fontenay, in dioec. Divionensi. *OC*. 8.

[6] Villelongue, in dioec. Carcassonensi. *OC*. 122.

[7] Gondon, in Guiennia, dioec. Aginnensi. *OC*. 11.

[8] Grandselve, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 81.

[9] Seu Bolbona, Boulbonne, in dioec. Tolosana. *OC*. 123.

[10] Belleperche, in Vasconia, dioec. Montis-Albani. *OC*. 75.

[11] Cambron, in Belgio, dioec. Tornacensi. *OC*. 113.

truendam abbatiam committitur abbatibus Signiaci [b] [1] et de Bello prato [2] in territorio Belvasensi, qui diligenter inquirant si cum pace conventus et utilitate domus sit talis distractio facienda.

44 Pecunia suscepta ab abbate Aquaebonae [3] a quodam converso fugitivo, quam requirit abbas de Petris [4], detur monasterio monialium, in quo per annos plurimos moram fecit.

45 De pecunia quam dicitur asportasse Galderus quondam abbas Longivadi [5] et de eius excessibus committitur abbati Claraevallis.

46 Querela domini cardinalis legati Albigensium contra abbatem Mansiadae [6], committitur abbatibus de Leoncellis [a] [7], de Cassania [8] et de Benedictione-Dei [9], qui rem diligenter inquirant, et corrigant quod fuerit corrigendum; et quod factum fuerit sequenti Capitulo nuntietur. Ipse autem abbas ad dominum cardinalem accedens, petita venia, humiliter se excuset.

47 Scribatur a Capitulo generali domino Papae [10] et domino regi Hungariae [11] pro libertate domorum Ordinis, quae sunt in Hungaria, ne prae nimia servitute [a] et gravamine abbates iterum conqueri compellantur.

48 Querela Hybernensium abbatum venientium ad Capitulum scilicet quod male ministratum est eis in domo de Boxlee [a] [12], et quod pabulum negatum est equis eorum, committitur abbatibus Clarimontis [13] et de Trappa [14] qui rem diligenter inquirant et

---

[b] Igniaci, Signiaci et Belli prati : *J*.
44 : *JL²MP¹P¹⁰*.
45 : *JP¹*.
46 : *JMP¹*. [a] Lioncelli, Cassaniae et Benedictionis-Dei : *J*.
47 : *JMP¹W*. [a] severitate : *MW*.
48 : *JP¹*. [a] Boxliae : *J*.

---

[1] Signy, in dioec. Remensi. *OC*. 33.
[2] Beaupré, in dioec. Bellovacensi. *OC*. 38.
[3] Al. Bona aqua, Bonaigue, in dioec. Tutelensi. *OC*. 106.
[4] N. D. des Pierres, in dioec. Bituricensi. *OC*. 116.
[5] Longuay, in dioec. Lingonensi. *OC*. 118.
[6] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9.
[7] Léoncel, in Delphinatu, dioec. Valentinensi. *OC*. 46.
[8] Chassagne, in dioec. Bellicensi. *OC*. 147.
[9] Bénissons-Dieu, in dioec. Lugdunensi. *OC*. 53.
[10] Honorius III, 1216-1227.
[11] Andreas II, 1205-1235.
[12] Boxleya, in dioec. Cantuariensi. *OC*. 91.
[13] Clairmont, in dioec. Valleguidonensi. *OC*. 131.
[14] La Trappe, in Normannia, dioec. Sagiensi. *OC*. 105.

corrigenda digne corrigant et quod factum fuerit sequenti Capitulo nuntietur.

Querela abbatis Dalonae [a] [1] contra abbatem Petrosae [2] committitur abbatibus Obazina [b] [3], Gratiae-Dei [4], de Boscarii [5], qui rem diligenter inquirentes pace vel iudicio terminent ; et quid inde factum fuerit sequenti Capitulo studeant nuntiare. **49**

Querela abbatis Loci Dei [6] contra abbatem Mansiadae [7] super animalibus apud eum depositis, committitur abbatibus de Silvanecto [a] [8], de Bonacomba [9] et de Belloloco [10], qui eam pace vel iudicio terminent et quid inde factum [b] fuerit sequenti Capitulo nuntietur. Item abbati Mansiadae auctoritate Capituli generalis iniungitur ne sua animalia in pastura [c] abbatum de Roseriis [11], de Miratorio [d] [12] introducat [e], nisi eorum assensu in supra dictorum praeiudicium et gravamen. **50**

Petitio domini Antissiodorensis [a] [13] de abbatia monialium construenda et Ordini incorporanda exauditur. **51**

Petitio abbatis nigri de Merosa [a] [14] in Frisia, de abbatia sua incorporanda Ordini exauditur, ita tamen quod dioecesani [15] volun tas[b] interveniat super hoc et assensus. Porro abbati de Sancto-Ber- **52**

---

49 : *JP*¹. [a] de Valona : *P*¹. [b] de Oppesina, Gratia-Dei, de Boscario : *P*¹.

50 : *JP*¹. [a] Silvanecti, Bonae combae, et Belli loci : *J*. [b] factum : *deest in P*¹. [c] pasturas : *J*. [d] et Miratorii : *J*. [e] in eorum praeiudicium et gravamen nisi ipsi assentiantur : *J*.

51 : *JMP*¹. [a] Antitiodonensis : *P*¹.

52 : *JL²MP¹P¹⁰W*. [a] Marasa : *MW*. [b] et assensus : *J*.

---

[1] Dalon, in dioec. Tutelensi. *OC*. 147.

[2] La Peyrouse, in dioec. Petragoricensi. *OC*. 134.

[3] Obazine, in dioec. Tutelensi. *OC*. 106.

[4] La Grâce-Dieu, in dioec. Rupellensi. *OC*. 194.

[5] Boscum cavum, Bouchaud, in dioec. Petracoricensi. *OC*. 150.

[6] Loc-Dieu, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 149.

[7] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC*. 9.

[8] Silvanès, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 39.

[9] Bonnecombe, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 155.

[10] Beaulieu-en-Rouergue, in dioec. Ruthenensi. *OC*. 79.

[11] Rozières, in dioec. S. Claudii. *OC*. 26.

[12] Le Miroir, in dioec. Aeduensi. *OC*. 20.

[13] Guillelmus de Seignelay, Antiss. epis. 1207, deinde Parisiensis 1220 ; † 1223. *SE*, 502, 596 ; *HC*. I, 119, 391.

[14] Teste Janauschek, agitur hic de abbatia S. Benedicti in Menterna, cuius adoptio sub S. Bernardi in Adwert paternitate ad annum 1259 tantum referri potest. *OC*. 252.

[15] Otto de Lippe, Ultraiectentis episc. 1215-1228. *SE*. 225 ; *HC*. I, 490.

nardo [c] [1] conceditur ut eam sibi assumat in filiam lege expressa superius observata.

53 Petitio domini Coloniensis [2] de monialibus incorporandis Ordini, cum non constet utrum eas velit [a] includi, differtur, donec de eius voluntate super hoc nobis plenius innotescat. Abbas [b] Bergensis [c] [3] super hoc eum adeat, et de voluntate eius sequens Capitulum plenius instructurus [b].

54 Petitio comitis Geldrensis [a] de construenda abbatia monialium, committitur abbatibus deVillari in Brabantia [b] [4], et Campensi [5], qui ea quae in tali negotio requirenda sunt, diligentius inquirant, et quod [c] invenerint sequenti Capitulo ostensuri.

55 Petitio abbatissae de Burgis [6], ut ei liceret celebrare festum Iustae et Rufinae [a] virginum, exauditur.

56 Petitio domini Stephani, filii Stephani [a] comitis, de subdendo Monasterio Sanctae-Mariae [b] Sancti-Godardi [7] in Hungaria, et Ordini incorporando, committitur abbatibus de Egris [c] [8], de Runis [9] et de Sancta-Cruce [10] et quod invenerint studeant sequenti Capitulo nuntiare.

57 Petitio abbatis de Topli [a] [11] de commutando loco abbatiae suae, committitur abbati Claraevallis, qui de competentia loci

---

[c] Sancti-Bernardi : *J*.

53 : *JL²MP¹P¹⁰W*. [a] eae velint : *P¹P¹⁰*. [b] Abbas autem : *J*. [c] Abbas vero Belgen : *L²*; Belgensis : *M*. [d] instruat : *J*.

54 : *JMP¹W*. [a] Gerlensis : *M* ; Gellensis : *P¹*. [b] Villariensi : *J*. [c] quae : *MW*.

55 : *JMP¹*. [a] Euphinae : *P¹*.

56 : *JMP¹W*. [a] filii Stephani : *deest J*. [b] *W add.* : et. [c] Cyris : *W*.

57 : *JMP¹W*. [a] Toph : *MW*.

---

[1] Sanctus-Bernardus in Adwert, in Frisia, prope Bolswardiam. *OC*. 194.

[2] S. Engelbertus de Berg, Colonien. archiep. 1216-1225. *SE*, 270 ; *HC*. I, 198.

[3] i. e. Vetus Mons, Altenberg, in dioec. Coloniensi. *OC*. 29.

[4] In Belgio, dioec. Mechliniensi. *OC*. 87.

[5] Vetus Campus, Camp, in dioec. Coloniensi. *OC*. 11.

[6] S. M. la Real de las Huelgas, in civitate Burgos.

[7] Non agitur hic de Sancto-Gotthardo iam in Ordine cist. existente ab anno 1184 (*OC*, 183), sed de Sa Margaretha de Porno, in Hungaria. Vide annotationes Janauschek, *OC*. 223.

[8] Egresium, Egres, in Hungaria, dioec. Csanadiensi ; Janauschek tamen vult leg. : Zircz, in Hungaria, dioec. Vesprimiensi. *OC*. 181.

[9] Runa, Reun, in Styria, dioec. Secoviensi. *OC*. 17.

[10] Heiligenkreuz, in Austria, dioec. Vindobonensi. *OC*. 36.

[11] i. e. Toplica, Toplitz, in Croatia, dioec. Zagrabiensi; Claraevallis filia. *OC*. 215.

et sufficentia possessionum et de necessitate mutandi diligenter inquirat, et quod invenerit, in sequenti Capitulo studeat nuntiare.

Petitio abbatis Locedii [1] de commutanda abbatia Aquae longae [2], vel si mutari [a] non potest penitus dimittenda, committitur abbatibus de Tylieto [b] [3], de Caravalle [4] et de Columba [5], qui ad hoc [c] pertinentia diligenter inquirant ; et quod factum fuerit, in sequenti Capitulo studeant nuntiare. Abbas de Tylieto [b] hoc aliis denuntiet. **58**

Petitio marchionis Brandeburgensis [a] de construenda abbatia committitur abbatibus de Sichem [b] [6], de Senna [c] [7] et de Valle-Sanctae-Mariae [8], qui locum cum suis pertinentiis diligenter inspiciant et quod invenerint nuntient sequenti Capitulo generali. **59**

Petitio Henrici de Alilesce [a] in Anglia de aedificanda abbatia committitur abbatibus de Bildeuvas [b] [9], de Brueria [10] et de Tama [c] [11] qui rem diligenter inquirant et quod invenerint sequenti Capitulo generali studeant nuntiare. Abbas de Brueria [d] hoc aliis denuntiet. **60**

Petitio abbatis de Carrazeto [12] de aedificanda abbatia non admittitur. **61**

Petitio domini Tolosani [a] [13] de abbate mittendo Romam, et de scribendo domino Papae pro terra Albigensium exauditur. **62**

---

58 : *JMP*[1]. [a] si commutari non possit : *J*. [b] Tileti, Caraevallis et Columbae : *J* ; Tilieto : *M*. [c] haec : *M*. [d] Tileti : *J*.

59 : *JP*[1]. [a] marquionis de Bransdeburch : *P*[1]. [b] Chichen : *P*[1]. [c] Cenna : *P*[1].

60 : *JP*[1]. [a] Alileser : *J*. [b] Bildewas : *J*. [c] Thama : *J*. [d] Brueriae : *J*.

61 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10].

62 : *JL*[2]*MP*[1]*P*[10]. [a] Tholosani : *JL*[2].

---

[1] Locedio, in Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC*. 11.

[2] In Pedemontio, dioec. Papiensi. *OC*. 209.

[3] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquensi. *OC*. 9.

[4] Chiaravalle di Milano. *OC*. 39.

[5] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC*. 45.

[6] Seu Sittichenbach, in dioec. Halberstadiensi. *OC*. 63.

[8] Coena-Sanctae-Mariae, Zinna, in dioec. Brandenburgensi. *OC*. 163.

[7] Marienthal, in dioec. Halberstadiensi. *OC*. 75.

[9] Bildwas, in dioec. Cestriensi. *OC*. 102.

[10] Bruernia, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 95.

[11] Tame, in dioec. Lincolniensi. *OC*. 46.

[12] Carracetum, Carracedo, in Legione, dioec. Asturicensi. *OC*. 209.

[13] Fulco de Massilia, ord. cist. Tolosanus episc. 1205-1231. *SE*. 638 ; *HC*. I, 488.

63 De ossibus ducis Lotharingiae, quia iuravit conventus Clari loci [1] quod credebant [a] esse translata ad domum de Estorceborne [b] [2], praecipitur a Capitulo generali, ut si quis modo [c] de utralibet domo super hoc in Capitulo generali moverit [d] quaestionem [3], si abbas fuerit sine retractatione deponatur ; et si monachus, de domo illa emittatur, non nisi de licentia Capituli generalis reversurus. Subprior autem, per quem domus diffamata fuit, numquam ulterius revocetur.

1220

1 Abbas qui per se vel per aliquem [a] procuraverit [b] ut a [c] Capitulo generali remaneat [d], extra stallum abbatis sit, et omni sexta feria sit [e] in pane et aqua quousque [f] Cistercio se praesentet.

In receptione conversorum ista [g] sit consideratio, ut solo victu contentus [h] antequam vestiatur [i], sex mensibus serviat [j] in habitu saeculari, et tunc si utilis [k] invenitur [l], habitum recipiat [m], et probationem faciat in Ordine consuetam [n], nisi talis persona fuerit quam pro evitando periculo illis [o] sex mensibus [p] oporteat non probari.

2 De numero personarum tam clericorum quam laicorum quilibet abbas sibi [a] provideat ut iuxta possibilitatem domus suae de consilio fratrum [b] habeat [c] numerum personarum.

3 Conceditur abbatibus Ordinis nostri ut monachos vel conversos suos archiepiscopis, episcopis et regibus [a] liceat commodare, ad

63 : $JMP^{1}W$. [a] credebat : *J*. [b] Stulceborne : *J*. [c] amodo de utravis : *J*. [d] moveret : *MW*.

1 : $C^{1}D^{3}JL^{1}L^{2}MP^{1}P^{4}P^{10}$ [$P^{3}T^{3}$ *ann.* 1210]. [a] alium : $C^{1}P^{4}T^{4}$; alium aliquem : $D^{3}P^{3}T^{3}$. [b] statuitur : T^{3} (?). [c] de : $L^{1}L^{2}M$; in : P^{1}. [d] absit : *J*. [e] ieiunet : *J*. [f] donec : D^{3}. [g] haec : $C^{1}D^{3}$. [h] contenti : $C^{1}D^{3}P^{3}T^{3}$. [i] antequam vestiatur : *deest* $C^{1}D^{3}P^{3}T^{3}$. [j] serviant : $C^{1}D^{3}P^{3}T^{3}$. [k] utiles inveniuntur : $C^{1}D^{3}P^{3}T^{3}$. [l] tonsurentur : $D^{3}P^{3}T^{3}$; tondeatur : *J* ; conservetur : P^{1} ; tonsoretur : $C^{1}M$. [m] habitum recipiat : *apud* P^{1} *tantum*. [n] consuetam : *deest apud* P^{1} *qui habet* : in ordinem conversatum. [o] ille : P^{1} ; illum : T^{3}. [p] illis sex mensibus : *deest in* C^{1}.

2 : $C^{1}D^{3}JMP^{1}$ [$P^{3}T^{3}$ *ann.* 1210]. [a] sic sibi : *J*. [b] seniorum suorum : $C^{1}D^{3}P^{3}T^{3}$. [c] congruum : *J*.

3 : $C^{1}D^{3}JL^{1}L^{2}MP^{1}P^{10}$ [$P^{3}T^{3}$ *ann.* 1210]. [a] regibus, episcopis : P^{1}.

[1] Clairlieu, in Lotharingia, dioec. Nanceyensi. *OC.* 127.
[2] Sturzelbronn, in Lotharingia, dioec. Metensi. *OC.* 72.
[3] Cf. ann. 1215, nº 26 ; 1216, nº 7 ; 1217, nº 75 ; 1218, nº 21.

hoc tantum [b] ut illis [c] assistant, eleemosynas eorum distribuant et si monachi fuerint [d], confessiones [e], si eis [f] iniungitur ab iis qui possunt iniungere, recipiant [g]. Quod [h] si se contra honestatem Ordinis se saeculariter [i] habuerint, statim a suis abbatibus revocentur.

Inhibetur auctoritate Capituli generalis ne [a] aliqua abbatia 4
monialium de cetero [b] Ordini [c] incorporetur. Moniales [d] Ordinis nostri includantur, et quae [e] includi noluerint, a custodia Ordinis se noverint eliminatas. Liceat tamen abbatissae cum duabus, vel cellerariae ad procurandum negotia domus exire.

De grangiis [a] et terris minus utilibus colonis [b] ad tempus 5
concedendis [c], permittitur [d] abbatibus ut cum consilio [e] seniorum suorum [f], patrum abbatum vel visitatorum, si patrum haberi non possit copia, faciant [g] super hoc quod iussum [h] fuerit faciendum.

In sabbatis [a] vacantibus, quando missa de Beata [b] cantatur in 6
conventu, dicatur *Gloria in excelsis* ob reverentiam Beatae Virginis, et solemniter sicut in dominicis diebus cantetur, cum [c] praefatione : *Et te in veneratione*, etc. ; et qui privatim cantaverit similiter [d] faciat. Item in octava [e] Assumptionis eius, et in octava [e] Epiphaniae, et in octava [e] Ascensionis Domini, praefationes dicantur.

Antiphona videlicet *Salve Regina* de cetero [a] non [b] cantetur, 7
sed privatim dicatur a singulis quotidie, cum collectis consuetis.

Innotuit Capitulo generali quod quidam abbatum et officialium 8

---

[b] tamen : P^1. [c] illi : P^1. [d] sacerdotes : *J*. [e] recipiant si ab eis ... : $C^1D^3P^3T^3$. [f] si aliquibus possunt : T^3. [g] personarum : *J*. [h] qui si : C^1D^3. [i] saeculariter : *deest* $C^1D^3P^3T^3$.

4 : $C^1D^3JL^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] de cetero : $C^1D^3P^3T^3$. [b] deinceps : *J*. [c] nostro : C^1. [d] Moniales ...etc. *ad finem* : *apud* $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$ *tantum. cf. infra statutum* n° 60. [e] et cum : T^3.

5 : $C^1D^3JP^1P^4T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] De grangiis nostris : D^3 ; De terris et : *J*. [b] collonis : C^1. [c] tradendis : $C^1D^3P^4T^3T^4$. [d] conceditur : $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$. [e] patrum abbatum vel visitatorum et seniorum domus suae: $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$. [f] et assensu : *J*. [g] de eis ordinent prout melius viderint expedire : $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$. [h] *J superscripsit* : visum. [i] P^4T^4 *add.* : Inhibetur autem authoritate Capituli generalis ne possessiones abbatiarum dentur nisi pro evidenti utilitate domus et hoc cum consensu patris abbatis et conventus.

6 : $JL^2MP^1P^{10}$. [a] In abbatiis : P^{10}. [b] de sancta Maria : JL^2MP^{10}. [d] silenter : P^1. [e] octavis : *J*.

7 : $JL^1L^2MP^1P^{10}$. [a] deinceps : *J*. [b] non amplius : *M*.

8 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^{10}$ [P^3T^3 *ann.* 1210].

de consuetudine quaedam [a] secrete accipiunt de [b] magistris grangiarum vel etiam aliorum modo decem, modo viginti solidos [c], vel amplius pro sumptibus suis et expensis de quibus tamen in computationibus non fit sermo; unde praecipitur ut de cetero non faciant sed omnia sumant de communi [d], et omnia velint communiter computari [e].

9 Petitio Domini Papae [1] de [a] eius anniversario singulis annis post mortem ipsius faciendo, exauditur.

10 Petitio [a] Domini Coloniensis [2] super Commemoratione undecim martyrum vigilia facienda annuatim in festum earum admittitur, duodecimo kalendas novembris ad vesperas antiphona *O quam pulchra es amica mea*; in laudibus antiphona *Prudentes Virgines*; versus *Adducentur regi virgines*; collecta: *Exaudi nos* [b] *Deus* personaliter.

11 Abbas de Rouga [3] qui cessit inordinate, a patre abbate restituatur, et postea advocatis secum duobus vel tribus abbatibus discretis, causam eius diligenter discussiat et si dignum depositione invenerit, in instanti deponatur. Si vero dignus depositione non fuerit, pro inordinata cessione sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Pater etiam abbas qui non significavit inordinatam cessionem eius abbati qui recepit professionem ipsius, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

12 Correctio Mellifontis [4] in capite et in membris de Malachia, sicut dicitur, promoti in ordine abbatum et aliarum per Hyberniam abbatiarum de quibus dicuntur enormia multa abbati

---

[a] quaedam: *deest M*; quadam: P^1. [b] a: L^1. [c] soldos: P^1. [d] de conventu: *M*. [e] *brevius apud* $C^1D^3P^3T^3$: Praecipitur ut tam abbates quam ceteri officiales [ordinis nostri: C^1] expensas accipiant de communi et in singulis computationibus eas exprimere non omittant.

9: $C^1L^2MP^1P^{10}$. [a] de faciendo anniversario eius post obitum ... per totum Ordinem: C^1.

10: C^1P^1. [a] C^1 *incip.*: In festo undecim milium virginum ad vesperas antiphona: O quam...; ad laudes ... [b] ut sicut de beatarum virginum festi: C^1.

11: P^1.

12: P^1.

---

[1] Honorius III, 1216-1227. *BB.* I, 2176.

[2] Engelbertus de Berg. Colon. archiep. 1216-1225. *SE.* 270; *HC.* I, 198.

[3] Quae sit abbatia sub tam inusitata forma latens, non apparet.

[4] Mellifont, in Hibernia, dioec. Armachana. *OC.* 70.

Claraevallis auctoritate Capituli generalis committitur qui, si in propria persona [a] non potuit accedere, tales et tam ferventes et ordinis aemulatores ad excessus corrigendos dirigat qui destruant et corrigant et evellant quod fuerit corrigendum ad utilitatem Ordinis et honorem, et etiam, si indiguerint, brachium sibi adhibeant saeculare; abbates etiam quibus iniunctum fuerit mandatum abbatis Claraevallis, auctoritate Capituli generalis exequantur.

De abbate de Bellanda [a] [1] qui iamdudum habet conventum **13**
dispersum [b] et non revocat, cum melius sit ei, ut dicitur, quam solebat, patri abbati [2] committitur ut conventum revocari faciat, si viderit expedire.

Robertus de Verdun, Michael et Odo conversi qui turbaverunt **14**
domum Cistercii et grande moverunt scandalum, poenae conspiratorum per omnia subiaceant, nec in perpetuum intrent domum Cistercii vel grangias vel cellaria, sed nec [a] quatuor primas domos intrent nec eas quae infra sunt, omnibus diebus vitae suae.

Abbates de Saya [3] et de Joiaco [4] assumptis secum abbatibus **15**
de Orta [5] et de Sacraminia [6], accedant ad castrum de Fronzac compositur cum haeredibus vicecomitis de Fronzac super equo quem a Calatrava [7] rapuerat [a] idem vicecomes, et illi abbates de Orta et de Sacramoenia recipiant pretium a Calatravensibus et per manum abbatis Sancti-Petri [8] tradatur abbati de Saya qui satisfaciat haeredibus dicti vicecomitis.

Negotium Gondonii [9] et de Longa villa [10] deferatur ad Capitu- **16**

---

[a] ms : patria.
13 : L^2MP^1. [a] Berlanda : MP^{10}. [b] diversum : P^1.
14 : L^1P^1. [a] non : P^1.
15 : P^1. [a] *ms* : rapueret [?].
16 : P^1.

---

[1] Bellalanda, Byland, in dioec. Eboracensi. *OC*. 104.
[2] i. e. abbas Savigniaci, in Normannia, dioec. Constantiensi. *OC*. 95.
[3] Saya, in Catalonia, dioec. Dertusana. *OC*. 170.
[4] Joyacum, Jouy, in Bria, dioec. Meldensi. *OC*. 12.
[5] Horta, Huerta, in Veteri Castella, dioec. Seguntina. *OC*. 79.
[6] Sacramoenia, in Veteri Castella, dioec. Segoviensi. *OC*. 67.
[7] Militia ex ordine cist. orta. *TB*. I, 547.
[8] S.-Pedro de Gumiel, in Veteri Castella, dioec. Oxomiensi. *OC*. 198.
[9] Gondonium, Gondon, in Guiennia, dioec. Aginnensi. *OC*. 11.
[10] Villelongue, in dioec. Carcassonensi. *OC*. 122.

lum generale anno sequenti et veniant pariter cum instrumentis suis.

17 Negotium Loci Dei [1] abbatis et de Mansiade [2] sequenti anno referatur ad Capitulum cum partium instrumentis.

18 Causa abbatis de Dalona [3] adversus abbatem de Petrosa [4] committitur abbatibus Obezina [5], de Gratia Dei [6] et de Boscanio [7], et renuntietur Capitulo generali quid inde factum fuerit.

19 Abbas de Tyleto [8] qui debuit nuntiare abbatibus de Columba [9] et de Caravalle [10] petitionem abbatis Locedii [11] de commutanda abbatia, vel penitus dimittenda, et non nuntiavit tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Negotium autem iterum committitur eisdem abbatibus qui sequenti Capitulo quid inde factum fuerit denuntient. Abbas de Ripa alta [12] [a] ei hoc denuntiet.

20 Abbas de Bonalda [13] in Rutinensi qui non fecit visitationem a patre suo sibi iniunctam, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

21 Conceditur fratribus de Calatrava [a] [14] quod quandocumque gratiam et libertatem in Curia romana potuerint impetrare, impetrent et habeant, dummodo non sit contra Ordinis nostri libertatem. Iterum conceditur eis moniales dispersas in unum congregare, et includere in loco competenti et distanti a Calatrava [a] per duas aut tres dietas. Quomodo autem iidem [b] fratres

---

17 : *P*¹.
18 : *P*¹.
19 : *P*¹. [a] *ms* : Ripaalda.
20 : *P*¹.
21 : *L²MP¹P¹⁰*. [a] Calatravia : *P¹P¹⁰*. [b] ibidem : *M*.

---

[1] Loc-Dieu, in dioec. Ruthenensi. *OC.* 149.
[2] Mazan, in Languedocio, dioec. Vivariensi. *OC.* 9.
[3] Dalon, in dioec. Tutelensi. *OC.* 147.
[4] La Peyrouse, in dioec. Petracoricensi. *OC.* 134.
[5] Obasine, in dioec. Tutelensi. *OC.* 106.
[6] Grâce-Dieu, in dioec. Rupellensi. *OC.* 34.
[7] i. e. Boscum cavum, Bouchaud, in dioec. Petracoricensi. *OC.* 150.
[8] Tiletum, Tiglieto, in Liguria, dioec. Aquensi. *OC.* 9.
[9] S. M. della Colomba, in dioec. Placentina. *OC.* 45.
[10] Chiaravalle di Milano. *OC.* 39.
[11] Locedio, in Pedemontio, dioec. Casalensi. *OC.* 11
[12] Ripalta, in Pedemontio, dioec. Derthonensi. *OC.* 180.
[13] i. e. Bonavallis, Bonneval, in dioec. Ruthenensi. *OC.* 144.
[14] Militia ex ord. cist. orta.

se debeant habere in abbatiis Ordinis nostri, sicut ab olim [c] statutum est, ita per omnes abbatias scribatur et teneatur.

Abbates de Hybernia vel de Anglia apud Blancham landam [1] venientes, si ultra quindecim dies ibi moram fecerint, sibi provideant in avena et appositis [a] sint contenti. 22

Causa inter abbatem de Saviniaco [2] et abbatem de Botrinhan [3] super abbatia de Bona requie [4], committitur abbatibus de Oratorio [5], de Claromonte [6] et de Longonio [7] qui diligenter quae audienda sunt audiant, et nisi potuerint inter eos componere causam, ad sequens Capitulum deferant sufficienter instructam. 23

Iniungitur auctoritate Capituli generalis abbati Sancti-Martini de Viterbio [8], ut cum litteris Domini Cistercii deprecatoriis accedat ad dominum Papam [a] ut liceat nobis absolvere fratres nostros qui manus violentas in clericos saeculares iniiciunt, vel se invicem usque ad mutilationem membri enormiter laedunt. 24

Abbas de Bardonis [9] qui sigillum apposuit in litteris quae commendabant personam infamem, sex diebus sit in levi culpa, et uno eorum in pane et aqua. Inquisitio autem super quodam equo quem habuisse dicitur, committitur abbatibus [a] de Scala Dei [10] et de Bono fonte [11], qui diligentissime inquirant in ambabus domibus de Bardonis et de Villa longa [12] utrum illum equum habuerit per emptionem vel per donationem vel per alio aliquo modo (*sic*) quem dominus abbas de Bardonis constantissime negavit coram diffinitoribus se habuisse a monachis Longaevillae [12] et conversis; sequenti autem anno quam super hoc 25

---

[c] alio : P^1.
22 : P^1. [a] *ms* : appositionis.
23 : P^1.
24 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] domum propriam : P^1 (!).
25 : P^1. [a] abbas : *ms*. [b] Longovillae : *ms*.

---

[1] Seu Albalanda, Whiteland, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC*. 61.
[2] Savigny, in Normannia. *OC*. 95.
[3] i. e. Boquianum, Boquen, in dioec. Briocensi. *OC*. 47.
[4] Bon repos, in dioec. Corisopitensi. *OC*. 1064.
[5] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC*. 10.
[6] Clairmont, in dioec. Valleguidonensi. *OC*. 131.
[7] Langonium, Langonnet, in dioec. Corisopitensi. *OC*. 41.
[8] S.-Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S. Petri *OC*. 124.
[9] Berdona, Berdouës, in Vasconia, dioec. Ausciensi. *OC*. 48.
[10] L'Escale-Dieu, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 47.
[11] Bonnefont, in Vasconia, dioec. Tolosana. *OC*. 48.
[12] Villelongue, in Languedocio, dioec. Carcassonensi. *OC*. 122.

poterunt inquisisse veritatem Capitulo generali significare procurent.

26 Abbas Sancti-Spiritus [1] qui revocavit conspiratores sine licentia Capituli generalis et petit eos reconciliari, sex [a] diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua. Conspiratores autem eiiciantur de domo, de cetero numquam revocandi [b].

27 De monialibus, quae in diebus dedicationis ecclesiae Saviniacensis [a] [2] in choro dicuntur cantasse, et in refectorio comedisse, abbati Claraevallis committitur, ut super hoc faciat diligenter inquisitionem et condignam adhibeat correctionem.

28 Abbas Sancti Portus [3] qui crudeliter se habuit contra abbatem praedecessorem suum, minus discrete et contra inhibitionem patris abbatis obloquendo et qui in auribus totius Capituli confessus est se habere penes se libellum infamationis eiusdem, et pluribus personis per ipsum innotuit liber ipse, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis, et sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua, et omni sexta feria usque in Pascha sit in pane et aqua et uno pulmento nisi grandis infirmitas vel grandis infirmitas vel grandis solemnitas exegerit dispensationem. Ipse autem tam devotum, tam humilem, tam benignum se exhibeat, ut pater suus qui de eo multum conqueritur, de emendatione sua et laudabili conversatione gaudeat ; alioquin infra sequens Capitulum generale sine correctione ab ipso patre abbate sub testimonio coabbatum, quos ipse pater abbas ad hoc ipsum secum adduxerit, deponatur. Monachi vero qui infami libellulo consenserint, ad arbitrium abbatis [a] Pruliaci [4] relinquuntur puniendi.

29 Praecipitur [a] ut abbates [b] in istis [c] casibus [d] non dispensent [e] : in simonia, in homicidiis, [f] in bigamiis, [g] in falsariis litterarum

26 : MP^1. [a] tribus : *M*. [b] revocari : P^1.
27 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Savigniaci : L^2MP^{10}. [b] habeat : P^{10}.
28 : :P^1. [a] privati abbatis : *perp. in ms. pro* : patris abbatis.
29 : $C^1D^3L^1L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] abbatibus ut in : $C^1P^4T^4$. [b] abbas : $D^3P^3T^3$. [c] his : C^1. [d] casibus : *deest M*. [e] videlicet de... de... de... : $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$. [f] homicidio : $C^1D^3P^4T^4$. [g] bigamia : $C^1D^3P^4T^4$, *qui statim add.* : de mutilatione membrorum, de iniectione manuum in abbatem vel in episcopum vel in clericum...

[1] Tunc duo erant huius nominis monasteria : in Sicilia, dioec. Panormitana, et in Apulia, dioec. Tarentina. *OC.* 165, 221.
[2] Savigny, in Normannia. *OC.* 95.
[3] Al. : Barbellum, Barbeaux, in Insula Franciae, dioec. Meldensi. *OC.* 111.
[4] Prulliacum, Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC.* 5.

Domini Papae, in illis qui iniiciunt manus violentas in episcopum vel in abbatem, vel in clericum saecularem et in mutilationibus membrorum. In istis [h] casibus supradictis [i] recurratur [j] ad consilium Capituli generalis ; in [k] aliis casibus conceditur [l] abbatibus dispensare hoc anno [m], usque ad sequens Capitulum generale.

Stabula equorum in Anglia, quae sunt extra portam ubi con- 30
versi iacent, et ubi [a] multa possunt fieri inhonesta, infra sequens Capitulum intra septa abbatiarum redigantur.

Abbas Claraevallis qui filio suo deposito non permisit adire 31
domum quam elegerat, sed litteras quas eidem dederat revocavit, tribus diebus sit in levi culpa et praedictus monachus permittitur domum eligere in qua valeat profiteri, a poena conspirationis penitus absolutus.

De abbate de Hirrestal [1] de quo dicitur quod miserit monachum 32
suum cum servientibus suis ad eiiciendum hominem qui tenebat possessionem quamdam ipsius et tradidit eos cuidam qui dicebatur habere capitales inimicitias contra invasorem et invasor ille fuit interfectus, committitur abbatibus de Cumbremare [2] et de Geroldona [3] [qui] duobus consociis suis hoc idem denuntiet.

Abbates de Lubens [4], de Sichem [5], de Volcorost [6] et de Porta [7] 33
qui cedulae [a] vacuae sigilla sua praesumpserunt apponere, sex diebus sint in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

De abbate de Halsbronne [a] [8] in cuius domo monachi dicuntur 34

---

[h] his : C^1 ; iis : D^3 ; hiis : P^4T^4. [i] supradictis : *deest* $C^1D^3P^4T^4$. [j] recurrendum est : $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$. [k] de aliis : P^4T^4. [l] licet : P^4T^4.
[m] hoc anno : *deest* $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$, *et add.* P^4T^4 : Item indulgetur a Capitulo generali quod liceat abbatibus absolvere hospites apud se commorantes si excommunicationem incurrerint in illis dumtaxat casibus in quibus licet Ordini absolvere.

30 : $L^2MP^1P^{10}$. [a] ibi : *M*.
31 : P^1.
32 : P^1.
33 : P^1. [a] *ms* : sedulae.
34 : L^1P^1. [a] Halbertono : L^1.

---

[1] Seu Kirkestal, Kirkstal, in dioec. Eboracensi. *OC.* 93.
[2] Cumbermera, in dioec. Conventrensi. *OC.* 100.
[3] Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventrensi. *OC.* 30.
[4] Seu Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislaviensi. *OC.* 171.
[5] Sichemium, Sittichenbach, in dioec. Halberstadiensi. *OC.* 63.
[6] Volkeroda, Volkenrode, in Thuringia, dioec. Moguntina. *OC.* 21.
[7] Porta, Pforte, in Thuringia, dioec. Numburgensi. *OC.* 25.
[8] Heilsbronn, Fons-salutis, in Bavaria, dioec. Eystettensi. *OC.* 28.

iacere super fultra [b], conversi extra domum, et passim loqui ad mensam, committitur patri abbati de Ebraco [1] ut ista digne corrigat usque ad sequens Capitulum.

35 Monachus qui quondam fuit abbas Candeliae [2], qui propter pacem domini Bertrandi Legati debuit mitti extra provinciam, mittatur ad Domum Dei [3], et abbas Bonaecumbae [4] qui recepit eum ad commorandum contra inhibitionem Capituli generalis tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua.

36 De abbatia de Barona [5] abbati de Firmitate committitur ut praesentaliter accedat ad locum et de ea plenarie disponat ut melius viderit expedire, et quid inde, et cetera.

37 Abbas Armentariae [6] depositus qui sine praecepto patris abbatis [7] ad eandem domum reversus est, emittatur ad aliam domum remotam ad minus per duas dietas.

38 De abbate Septem Fontium [8] in cuius grangiis conversi passim dicuntur loqui ad mensam, et comedunt sine cappis, et monachus grangiarum loqui dicitur ad mensam, patri abbati [9] committitur, si ita invenerit, digne corrigat et quod inde factum fuerit [a] renuntiet.

39 De furtivis nuptiis quae factae dicuntur in capitulo de Grosso bocco [10] prope Rupellam, committitur patri abbati [11] ut si ita est diligenter inquirat, et si ita invenerit, digne corrigat et quid factum fuerit, et cetera.

---

[b] fultra : *deest in* P^1 *qui habet locum vacuum.*
35 : P^1.
36 : P^1
37 : P^1.
38 : L^1P^1. [a] et cetera : P^1.
39 : P^1.

---

[1] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana, Fontis-salutis mater. *OC.* 13.
[2] Candeleium, Candeil, in Languedocio, dioec. Albiensi. *OC.* 132.
[3] Domus Dei super Carum, al. Nigerlacus, Noirlac, in dioec. Bituricensi. *OC.* 43.
[4] Bonnecombe, in dioec. Ruthenensi. *OC.* 155.
[5] In Lombardia, dioec. Papiensi. *OC.* 216.
[6] Armentera, in Gallecia, dioec. Compostellana. *OC.* 146.
[7] i. e. abbas Claraevallis.
[8] Sept-Fons, in dioec. Molismensi. *OC.* 25.
[9] i. e. abbas Fontaneti, in Burgundia. *OC.* 8.
[10] Grosbois, in dioec. Engolismensi. *OC.* 155.
[11] i. e. Obazinae abbas. *OC.* 106.

Abbas Caricampi qui[1] duobus episcopis professionem facere 40
praesumpsit, quadraginta diebus sit extra stallum abbatis et sex diebus in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua.

Abbas de Ebera[a] [2] qui duobus paribus litterarum monachum 41
suum commendavit, qui non solum non erat commendandus, verum etiam de[b] Ordine expellendus, sex diebus sit in levi culpa, duobus eorum in pane et aqua ; et quia confessus est litteras illas minime se inspexisse, districte praecipitur ipsi et aliis, ne de cetero litteras non[c] inspectas faciant sigillari, et monacho suo provideat in alia domo praedictus abbas.

Abbas Pontiniacensis[a] qui conversum Quintiaci[3] eiectum pro 42
vitio indicibili, inconsulto proprio abbate, ad domum Pontiniaci revocavit, tribus diebus sit in levi culpa, uno eorum in pane et aqua. Conversus vero ad domum Curiae Dei[3] emittatur, ubi in gradu ultimo receptus, sub arcta disciplinae custodia conservetur ; hoc etiam[b] ut non equitet, et de domo ad quam mittitur egredi minime permittatur.

Monachus cellerarius Claudus de Moris[4] qui de partu Virginis 43
per verbum ambiguum protulit, in Capitulo verberetur, et ipsa die sit in pane et aqua.

De monachis et conversis Clarifontis[5] qui facta conspiratione 44
cum impetu irruerunt in bornas quae dividunt territorium abbatiarum Clarifontis et Chariloci[6], districte praecipitur ut mittantur infra festum Omnium Sanctorum in domum Kariloci, ubi monachi levi culpae subiaceant, conversi triduo ad terram comedant grosso pane et uno pulmento contenti unde remittantur ad domum propriam, ubi poenae conspiratorum subiaceant per annum et infra praedictum terminum tales bornae[a] reparentur quae fractis bornis[b] deteriores minime videantur.

---

40 : P^1.
41 : $L^2MP^1P^{10}W$. [a] Ebrac : L^2 ; Ebraea : *M* ; Ebraco : *W*. [b] ex : *MW*. [c] nisi : L^2MP^{10}.
42 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] Pontiniaci : L^1 ; Pontigniaci : L^2MP^{10}. [b] hoc est : $L^1L^2MP^{10}$.
43 : P^1.
44 : P^1. [a] *ms.* : bunnae. [b] *ms.* : bunnis.

---

[1] Cercamp, in Artesia, dioec. Atrebatensi. *OC.* 66.
[2] Ebrach, in Bavaria, dioec. Herbipolitana. *OC.* 13.
[3] Quinciacum, Quincy, in dioec. Senonensi. *OC.* 27.
[4] Mores, in dioec. Trecensi, in Campania. *OC.* 135.
[5] Clairefontaine, in dioec. Bisuntina. *OC.* 24.
[6] Cherlieu, in dioec. Bisuntina. *OC.* 19.

45 De monachis de Fontanis [1] in Turonia, qui de praecepto abbatis sui ierunt [a] ad dedicationem ecclesiae monialium et cantaverunt alternatim in choro simul cum eisdem monialibus, et [b] comederunt, et abbas de cuius mandato factum est hoc, decessit, in quem vindicari non potest talis praesumptio, committitur abbatibus de Oratorio [2], et de Claromonte [3], ubi praesentaliter [c] ad praedictam domum accedentes, inquirant si per aliquem vel aliquos monachorum id procuratum sit, et si factum est, digne corrigant, et in sequenti Capitulo istud denuntient.

46 De converso hospitali de Secanae portu [a] [4], qui dixit cuidam magistro parisiensi, quod non tam bene ministratur abbatibus redeuntibus a Capitulo sicut euntibus, et quod non timeret [b] abbates usque ad annum, committitur abbati Pruliaci [5].

47 Monachus quondam prior de Albis Petris [6] qui per sententiam Capituli generalis debuit deponi et noluit intrare capitulum ad praeceptum abbatis sui ut audiret sententiam, sed contumaciter distulit per tringinta dies, ad ultimum audita depositionis suae sententia, in capitulo arroganter reversus est in sedem prioris, et cum increparet eum abbas quod ibi sedere non deberet, surgens improperavit ei quod ipse melius deponi deberet, sicut et stultissimus de domo extrahi et velut insanus exiens de capitulo, fracto per totam abbatiam silentio, multa in abbatem suum movens convicia, tandem deposita domus facta saeculari cuidam revelavit, unde plurimum damnificata est dicta domus, et praeterea procuravit cum notario abbatis sui falsationem litterarum quas detulit ad abbatem Claraevallis occasione quarum depositus est praedictus abbas de Albis petris, sententiae conspiratorum subiaceat.

48 Auctoritate Capituli generalis liceat Domini Cistercii scribere Domino Papae pro canonisatione venerabilis viri Hugonis [7] quon-

---

45 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] iverunt : *M*. [b] biberunt et : *L*². [c] personaliter : *L*²*MP*¹⁰.
46 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰. [a] Sequanae-portu : *L*²*MP*¹⁰. [b] timuerint : *P*¹⁰.
47 : *P*¹.
48 : *L*²*MP*¹*P*¹⁰.

---

[1] i. e. Fontanae albae, Fontaines blanches, in dioec. Turonensi. *OC.* 100.
[2] Le Loroux, in dioec. Andegavensi. *OC.* 10.
[3] Clairmont, in dioec. Valleguidonensi. *OC.* 131.
[4] seu Barbellum, Barbeaux, in dioec. Meldensi. *OC.* 111.
[5] Preuilly, in dioec. Meldensi. *OC.* 5.
[6] Aubepierre, in dioec. Lemovicensi. *OC.* 11
[7] Sanctus Hugo, abbas Bonaevallis. † 1194. *BB.* I, 2196.

dam abbatis Bonaevallis [1] ad petitionem archiepiscopi Viennensis [2] et suffraganeorum eius.

Praecipitur [a] auctoritate Capituli generalis, ut duo clerici provideantur assidui in Curia romana pro negotiis Ordinis ad impetrandum et contradicendum [b]. Abbates vero S. Martini Viterbiensis [c] [3] et Casemarii [4] taxent de salario quod eisdem clericis competet, et id sequenti Capitulo studeant nuntiare. 49

Querela abbatis de Croquedena [5] contra abbatem de Cumbremare [6], qui sicut dicitur, contra Ordinis instituta, aedificare praesumit abbatiam infra terminos suos, committitur abbatibus de Geroldona [7] et de Ruforda [8] qui loca considerent, et sequenti Capitulo veritatem renuntient. Interim autem ab aedificatione cessetur. 50

Querela abbatis de Bilduwas [9] qui petit sibi restitui abbatiam de Dolber [10] in Hybernia, abbatibus de Mellifonte [11] et de Valle victoriae [12] committitur, qui audiant quae audienda sunt et nisi potuerint inter eos componere, ad sequens Capitulum causam sufficienter instructam studeant destinare. 51

Petitio Domini archiepiscopi Cabilonensis [13] et episcopi Maurianensis [14] exaudiuntur. 52

Petitio abbatis Molismensis [15] de scribendo Domino Papae pro canonizatione [a] venerabilis Roberti [16] abbatis exauditur. 53

---

49 : $C^1D^3L^2MP^1P^4P^{10}T^4$ [P^3T^3 *ann.* 1210]. [a] $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$ *incip* : Duo clerici... [b] *nihil amplius apud* $C^1D^3P^3P^4T^3T^4$. [c] biterbiensis : P^1.

50 : P^1.

51 : P^1.

52 : P^1.

53 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] canonicatione : P^{10}.

---

1 In dioec. Viennensi. *OC.* 7.
2 Joannes de Bournain, 1219-1256. *SE.* 655 ; *HC.* I, 527.
3 S.-Martinus de Montibus Viterbii, in patrimonio S[i] Petri. *OC.* 124.
4 Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum, *OC.* 58.
5 Vallis S. Mariae de Crokesden, in dioec. Lincolniensi. *OC.* 176.
6 Cumbermera, in dioec. Conventrensi. *OC.* 100.
7 Geroldonia, Garendon, in dioec. Conventrensi. *OC.* 30.
8 Ruffordia, in dioec. Eboracensi. *OC.* 112.
9 Bildwas, in dioec. Cestriensi. *OC.* 102.
10 De facto, nullam genuit abbatiam Bildwas.
11 Mellifont, in Hibernia, dioec. Armachana. *OC.* 70.
12 Seu potius Collis Victoriae, Knockmoy, in Hibernia, dioec. Tuamensi. *OC.* 192.
13 Durandus, 1215-1251, *SE.* 533 ; *HC.* I. 152.
14 Amedeus de Geneva, 1214-1220. *SE.* 830 ; *HC.* I, 331.
15 Odo II, 1215-1227.
16 S. Robertus, Cistercii fundator. † 1110. *BB.* II, 3999.

54 Petitio comitis Gelrensis [a] et matris eius de monasterio monialium incorporando Ordini nostro exauditur, ita tamen quod includantur.

55 Petitio de cereo ponendo [a] ante reliquias beati Bernardi exauditur.

56 Petitio Domini Kracoviensis [1] de construenda abbatia committitur abbatibus de Lubens [2] et de Camina [3] ut accedant ad locum quem diligenter considerent, utrum sit idoneus ad abbatiam construendam et quod invenerint sequenti Capitulo renuntient.

57 Petitio domini episcopi Verzellensis [4] de construenda abbatia committitur abbatibus de Sancto-Andrea [5] et de Camena [6] ut ad locum accedant et diligenter inspiciant si idoneus fuerit, et quid invenerint sequenti Capitulo renuntient.

58 Petitio abbatis de Ferraria [7] de duabus domibus Ordini nostro incorporandis committitur de Fossa nova [8], de Casamario [a] [9] abbatibus, ut accedant ad loca, et videant si idonea et sufficientia fuerint et quid invenerint sequenti Capitulo renuntient. Idem abbas de Ferraria dictis abbatibus nuntiet.

59 Petitio nobilis viri Henrici Tuandelvale super construenda abbatia committitur abbatibus de Luceia [10] et de Porta coeli [11] ut ad locum accedant et diligenter, et cetera.

60 Petitio Dominae de Britolio de construenda abbatia monialium in dioecesi Senonensi pro qua rogat dominus Silvanectensis [a]

---

54 : P^1. [a] *leg.* Geldrensis.
55 : $L^1L^2MP^1P^{10}$. [a] pendendo : *M*.
56 : P^1.
57 : P^1.
58 : P^1. [a] *ms.* : Casamariis.
59 : P^1.
60 : P^1. [a] *ms.* : Silvaneccensis.

---

[1] Ivo, Cracov. episc. 1218-1229. *SE.* 349 ; *HC.* I, 213.
[2] Seu Luba, Leubus, in Silesia, dioec. Vratislaviensi. *OC.* 171.
[3] Camencium, Kamenz, in dioec. Vratislaviensi. OC. 241.
[4] Hugo[linus] Sessa, Vercell. episc. 1213-1235. *SE.* 825 ; *HC.* I, 520.
[5] S.-Andreas de Sexto, in Liguria, dioec. Ianuensi. *OC.* 22.
[6] Fors. Casa-nova Taurinensis. *OC.* 121.
[7] Ferrara, in regno Neapolitano, dioec. Theanensi. *OC.* 178.
[8] Fossa nuova, in Campania romana, dioec. Terracinensi. *OC.* 37.
[9] Casamario, in Campania romana, dioec. Verularum. *OC.* 58.
[10] Leg. Lucella, Lucelle, in dioec. Argentinensi. *OC.* 12.
[11] Seu Thennenbach, in Brisgoa, antiq. dioec. Constantiensi. *OC.* 142.

episcopus [1] exauditur, ita tamen quod includantur ; quae vero includi noluerint ubicumque fuerint a custodia se noverint eliminatas. Liceat tamen abbatissae cum duabus vel cellerariae ad procuranda negotia domus exire [b].

Petitio abbatis de Blancalanda [2] de inspectione loci ad abba- 61
tiam construendam quae ei offertur, committitur abbatibus de Margan [3] et de Neth [4] qui ad locum accedant diligenter inspecturi utrum fuerit idoneus, et cetera.

Petitio abbatis de Porta [5] de abbatia monialium transferenda 62
ad abbatiam monachorum, in qua abbatia sunt duae moniales, committitur abbatibus Campensi [6] et Belgensi [7], qui positionem loci diligenter inspectam in sequenti Capitulo studeant nuntiare.

Petitio abbatis de Loco-Sanctae-Mariae [8] de transferenda 63
abbatia sua ad alium locum, committitur abbatibus de Bergis [9] et de Valle S. Petri[10] qui praesentialiter ad locum accedant et auctoritate Capituli generalis statuant secundum quod viderint expedire.

Petitio cuiusdam militis qui petit ut liceat sibi construere 64
capellam iuxta infirmitorium quod ipse construxit in abbatia Sanctarum-Crucium [a] [11], exauditur.

Petitio cantoris de Ulixbona[12] de construenda abbatia in 65
possessione sua ut sit filia Alcubatiae[13], committitur abbatibus

[b] *cf. supra statutum n° 4.*
61 : *P*[1].
62 : *P*[1].
63 : *P*[1].
64 : *P*[1]. [a] *ms.* : crucum.
65 : *P*[1].

[1] Garinus, Silv. episc. 1214-1227. *SE.* 628 ; *HC.* I, 451.
[2] Seu Albalanda. Whiteland, in Wallia, dioec. Menevensi. *OC.* 61.
[3] Marganense coenobium, in Wallia, dioec. Landavensi. *OC.* 107.
[4] Neath abbey, in dioec. Landavensi. *OC.* 98.
[5] Pforte, in Thuringia, dioec. Numburgensi. *OC.* 25.
[6] i. e. Vetus Campus, in dioec. Coloniensi. *OC.* 11.
[7] i. e. Altenberg. Vetus Mons, in dioec. Coloniensi. *OC.* 29.
[8] Marienstatt. in Nassovia, dioec. Coloniensi. *OC.* 220.
[9] Altenberg, cf. supa.
[10] Al. : Heisterbach, in dioec. Coloniensi. *OC.* 189.
[11] In Catalonia, dioec. Barcinonensi. *OC.* 133.
[12] Seu Lisboa.
[13] Alcobaca, in Lusitania. dioec. Ulisiponensi. *OC.* 1190.

de Ursaria [1], de Oia [2] et de Belone [3] qui accedant ad locum, et consideratis omnibus quae ad construendam abbatiam sunt necessaria, quaecumque viderint et invenerint, sequenti Capitulo generali studeant nuntiare.

---

[1] Osera, in Gallecia, dioec. Auriensi. *OC*. 63.
[2] Oya, Hoya, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 185.
[3] Leg: Melone, in Gallecia, dioec. Tudensi. *OC*. 69.

INDEX

INDICES NOMINUM ET RERUM IN FINE TOTIUS OPERIS PRODIBUNT.

IMPRIMERIE J. DUCULOT, GEMBLOUX (BELGIQUE)

